augent bilem, & massam sanguineam nimis volatilem reddunt.

2. Vitent nimium, primariò animi, secundariò corporis, motus; &
3. Nimiam Venerem, quæ tales admodum pessundat.

Hinc facile patet, qualis diæta conveniat. Quod si autem fiat excessus, potest emendari: in specie *in priori* excessu ferocior ejus impetus, fixioribus sulphureis mineralibus, imprimis nitratis & acidis blandis, refrænandus, spirituumque nimius motus opiatis sistendus, item quies, & somnus interponendus, quæ multa faciunt; *in posteriori* verò defectu spirituosis volatilibus & aromaticis conservandus spirituum vigor, & moderato cautoque Ambratorum usu confortandus est; motum commendatum habeant; quies & somnolentia nimia vitanda: interim etiam volatiliora & acriora alimenta scorbutica, plus minus alimentosa sunt assumenda, aut etiam alia ♁ia volatilia artificialia; sic enim corriguntur vitia, & fermentatio restituitur.

Quoad tandem ætatem decrescentem, *Senes languescentes*, cum eorum sanguis instar vini acescentis, vel ex rancore vappescentis, se habeat, sit effœtus & spiritibus depauperatus, indeque ex acidi abundantia crudisque succus fit crassus, viscidus, aquosus, tardeque mobilis; quæ omnia ex cruditate acida & deficiente stomachi digestione dependent; hinc oriuntur febres lentæ ex lympha acida, affectus systematis nervosi, paralytici, apoplectici, tremor, catarrhorum continuus insultus & inevitabiles læsiones accedunt. In his, pro conservanda vita, (1.) fermentativus sanguinis motus, & hinc ∽ sensim deficientes, per generosi spirituosique potus & ciborum, vel condimentorum aromaticorum, moderatum usum sunt restaurandi & excitandi, & aciditas aquea extirpanda; Sic V. generosius mirè convenit, quod rectè à quibusdam lac senum dicitur. Quibus & (2) moderatum gaudium lætitiaque, & vita curis vacua, mandanda; His enim blandissimè conservatur blandus sanguinis motus. (3) Motus mediocris æqualis & blandus ipsis convenit; loco ejus blanda & lenis corporis diaphoresis ad madorem usque per blanda diaphoretica, non fortiora, ne aliàs pauci ∽ dissipentur. Conveniunt igitur pro hoc scopo v. g. Rob sambuci, vel juniperi, cum tantillo ∽ juniperi, vini, ac ▽æ cujusdam analepticæ, apoplecticæ, aut alia aromatica volatilia ♁ea, blandis alcalibus ditata, imprimis conveniunt: Hæc enim sanguinem tenuem fluidumque reddunt, adeoque promovent motum circulatorium & fermentationem sanguinis, madorem excitant, & cruditates corrigunt, unde & sinapi vel eruca senibus ad præservationem apoplexiæ sunt utilissima. Ubi adest defectus spirituum, præter alimenta accedat simul hîc moderatus atque cautus ambratorum, aliorumque generosorum & spirituosorum usus, quorum virtute fulciantur; non verò ex nimia fusione sanguinis & spirituum repentina dissipatione hi prosternantur, vel ex nimia spirituum agitatione per generosa, & subsequente fixatione narcoticâ, functiones omninò aboleantur: in specie simplex ambræ essentia optimè convenit; alii ætati non convenit, quia habet vim inebriativam, unde primâ fronte spirituum vigorem intendit, sed crebriori abusu stupidos reddit: Testantur hoc ii, qui sæpè eo pro memoria confortanda usi, & stupidi facti sunt; potius ad ∽ torpidos immobiles ∽ ceraforum, liliorum convallium, &c. cum essentia salviæ, liliorum convallium, cherefolii, &c. spiritus rosarum ambratus aliaque, sed modicè, adhibenda sunt. Contra senum appetitum prostratum ∽ intendendo, contra ructus & flatus, tormina, &c. Ambra singulare stomachicum est, senibus decrepitis convenientissimum. Somnus etiam proficuus est. Quando autem non benè possunt dormire, caveant sibi ab opiatis, quia non ferre possunt sine insigni virium prostratione, potiùs post pastum spirituosa volatilia in hoc casu conveniunt, ut ▽ generosum, ▽ apoplectica, ▽ elixyr vitæ, &c. quæ promovent digestionem, & ad somnum blandum disponunt.

PARS THERAPEVTICA.

CVI

Propter Materiæ similitudinem & evitandas repetitiones, harmonicè connexum est

COLLEGIUM THERAPEVTICUM,

brevi ante obitum B. Autoris habitum.

CAPUT. I.

DE

METHODO MEDENDI IN GENERE.

ET ita quidem Sanitatem conservandi, & morbos præcavendi, rationem docet Hygiene; legitimam verò curandi morbos rationem, cum inventione selectæ materiæ Medicæ, & hujus præscribendis optimis Formulis, docet Pars *Therapevtica*, Latine Curatrix, quæ primaria Medicinæ pars est; tractat scilicet de Mediis, mediantibus quibus Medicus finē suū in subjecto assequitur, dū legitimâ agendorum notitiâ seu Methodo Medendi instructus, salubriter ægris prospicit. Tribus Capitibus absolvitur:

1. Generali Methodo Medendi,
2. Speciali causarū & symptomatū Curatione; &
3. debitâ Prognosi, qua cognoscat Medicus, an possit sanitatem restituere, nec ne?

Curat autem Medicus, dum ritè novit medicamenta & eorum applicationem pro curandis morbis. *Notitia hæc curandi* per medicamenta & eorum applicationem vulgo *Medendi Methodus vocari solet*, & innuit artem, cujus ope Medicus auxilia invenit, eaq; legitimè applicat pro sanandis morbis. Revera autem *Methodus* hæc *Medendi consistit in judicio Medici Practico, fundato super judicium ejus Theoreticum*, i. e. in accurata evolutione Causarum morbificarum, & inventione causatorum seu effectuum morbosorum, ac dein quoque artificiosa applicatione mediorum ad causas evolutas; pro tollendis morbis & obtinendo fine, nempe Sanitate. Theoreticū in Pathologo viget, Practicum verò in Therapevta. Judicium verò hoc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0269-1 DFG

rationale, memoriæ contradistinctum, proximè in notitia œconomiæ animalis seu microcosmi particularis, quam suppeditat Anatomiæ studium, remotè verò in historiæ universæ naturæ seu Macrocosmi cognitione fundatum est; unde sicut ratione hujus naturæ Analysta Chymia seu Pyrotechnia, quæ clavis est, totam naturam reservare valens, dum ad adyta ejus abditissimasquè causas viam sternit; ita ratione illius, uti dictum, exacta notitia Anatomes, Medico necessaria sunt: nisi enim omnia tria regna exactè cognoverit, nunquam cognoscet remediorum vim & applicationem legitimare; & nisi sciat functiones partium naturales, quî fiant & lædantur, nescit etiam, quomodo corrigendæ sunt; quæ notitia reverà sagacem & prudentem Medicum requirit, artem verò ejus conjecturalem quidem, non tamen superficialem aut temerariam, sed fundamentalem & accuratam constituit. Hinc ex horum, nempe judicii Theoretici & Practici, diversimodè super cognitionem Oeconomiæ animalis & naturæ universæ fundatorum, diversitate diversæ & variæ Medicorum oriuntur hypotheses, tam in Theoria quàm Praxi.

Nam prout Medicus ex aliis fundamentis in Theoria suam dirigit Praxin Medicam, etiam variæ hypotheses oriuntur, remotè ex diversitate judicii Theoretici, proximè ex practici; unde, prout hypotheses Medicorum & judicia variant, etiam variat Methodus medendi, & judicium Medici Practicum: Hinc alia est *Galenica*, ejusquè assectarum, alia *Paracelsica*, alia *Poteriana*, alia *Helmontiana*, &c. Nulla tamen hypothesis Practica facilè, multò minus penitus, rejicienda est in praxi, cùm quælibet alleget rem facti, & certa quædam habeat experimenta, circa universam naturam & œconomiam animalem petita, ratione saltem modi applicandi differunt.

Historiis ergò his non omnis fides est abneganda, causæ saltem & modi, quibus phænomena talia applicantur, non nisi limitatè admittenda sunt, circa quæ omnis occupatur difficultas.

Consistit autem hæc discrepantia in diversa applicandi ratione & causarum diversitate, quâ, uti dictum, rem facti sapiunt, i.e. experientiam historiis & observationibus naturæ innixam: propterea etiam ea, quæ sunt desumpta ab experientia, amplectenda veniunt; applicatio saltem horum omnium ad causas cum limitatione varianda est. Atque ex hoc fundamento est, quod non semper remedium idem, licet optimum, eundem habeat effectum, sed diversos sortiatur; non enim eâdem methodo seu judicio applicatur. Accedit itaque hoc aut ob judicii aut methodi medendi errorem, & neglectum, præmittendis non ritè præmissis. Prout ergò fundamentum variat in historia naturali & œconomia animali Theoreticum, ita variat etiam fundamentum judicii practicum.

Dum verò superiùs methodum hanc in judicio Medici Practico, super judicium ejus Theoreticum fundato, consistere dixi, eo ipso non exclusam volo imaginationem, quæ ejus anima est, & cum judicio practico necessariò jungi debet, ob diversitatem nempe casuum in Praxi occurrentium, cùm imaginatio in his enucleandis non parum cum judicio Practico necessariò conspirare debeat. Hinc est, quod rectè *JANUS HUARTUS in Scrutin. Ingen. c. 15. p. 408.* eruditè docet, potissimum requiri in Medico Theoretico cum Judicio Memoriam, in Practico verò imaginationem, atque simul causam *p. 417.* adfert, cur sæpe optimi Theoretici mali tamen sint practici, et contra optimi practici sint mali Theoretici.

Ex quibus dictis sponte patet decisio controversiæ; an magis Judicium, an Memoria, in Medico practico requiratur, quia Experientia est res memoriæ? Respondeo: Memoria non est infinita, Casus verò morbosi ob cujuslibet subjecti humani idiosyncrasiam simpliciter infiniti sunt: cum ergò infinitæ circumstantiæ observabiles sint, Memoria Medico non satisfacit. Unde & propter casuum in Praxi varietatem, & circumstantiarum inextricabiles nodos, morborumque novorum subinde, ex accrescente hominum luxuria, & contagiorum connexu vario, proventum, judiciosus magis quàm memoriâ præditus consulendus Medicus, quatenus hic non nisi visa ac audita, ille planè nova mentis acie, penetrare valet. Judicium enim nobilitat, Memoria verò perficit Medicum.

Quæritur, an Medicus veteranus expertus sit præferendus Juveni erudito? Respondeo distinguendo affectus practicos occurentes, in quibus Medici cujusdam necessitas requiritur: Si morbi enim sunt ordinarii seu familiares, epidemici, endemii, & nobis aliàs obvii, reverà Memoria excellit in Medico, quæ quotidiè ferè his occupata, hinc horum facilitat curam; In his ergò veteranus ob experientiam revera juniori præferendus est. Verùm in casibus dubiis, intricatis, & non adeò obviis affectibus, ubi judicio opus, ibi Medicus junior longè præferendus inveterato Practico, quia cum judicio curat, quod plus præstat, quàm Memoria. In Medico juvene enim præsupponitur acumen judicii, & quod in omnibus affectuum causis & circumstantiis exactè se gerat; in Veterano autem experientia, quæ nempe est multarum rerum seu casuum & circumstantiarum à se observatarum memoria: Hinc quoque magis ope memoriæ, quam judicii curat, & simpliciter ex Analogismo procedet, & novos affectus ad hunc ignotum reducet, quamvis interdum satis empiricè; Medicus verò junior judicio omnia præponderans, rationem morborum, causas & curam magis circumspectè aggreditur? unde in his omnino & rectè seniori junior præferendus.

Est equidem *natura* morborum medicatrix, *Minister* etiam ejusdem *Medicus*, teste *HIPPOCRATE in Epidem. l. 6. Sect. 5*, contra quam aliàs conservandam, & non destruendam, non agere debet aut potest.

Sed quid natura Medicatrix sit? investigandum est: Nempe optime respondent, qui in genere & non ineptè eam definiunt, & dicunt; eam esse causarum complexionem naturaliter ad conservationem œconomiæ animalis conspirantium; vel quod natura sit nexus & ordo causarum, corporis nostri œconomiam constituentium & conservantium, sub prima efformatione ita statutarum, ut ejus connexiones necessariæ, & inde effectus ad corporis conservationem necessarii, continuò se invicem subsequantur. Dum itaque dico, esse eam ordinem & nexum quendam, præsuppono subordinationem quandam causarum, quarum aliæ principales seu primariæ, aliæ secundariæ seu minus principales sunt.

Juxta hanc, tanquam normam, Medicus dirigit legiti-

legitimam, curationem respiciendo in ordine ad causam primariam, in qua eminent ~, sicuti fundamentum hujus naturæ medicatricis consistit primariò in fermentatione sanguinis naturali & vitali; adeòque, concedentibus omnibus, non consistit natura morborum medicatrix in partibus solidis externis, nec in visceribus seu partibus solidis; quippe quarum usus non communis, sed quæ tanquam instrumenta particularibus saltem functionibus, in œconomia animali obeundis, inserviunt; potiùs in contentis seu fluidis corporis inquirendum est, quorum usus & functio ad conservationem totius seu ad universum corpus se extendit. Inter contenta autem sunt quædam humorosa, quædam spirituosa, seu quædam humores, quædam spiritus. Causam igitur primam formalem sub nomine naturæ concipio ~, impetum illud faciens *HIPPOCRATIS*, tam influum quàm insitum; ita tamen ut influus primitus sit considerandus; adeoque *formaliter* & proximè in spiritibus, *fundamentaliter* verò in sanguine ejusque motu fermentativo & intestino (per motum enim agunt) cujus instrumenta sunt Acidum & Alcali, volatilia tamen, quod itaque inquirendum ulterius est: vid. *HARVÆUS Exercit. de Generat. Animalium.*

Hæc fermentatio nempe præsupponit digestionem præviam fermentativam, seu primam in stomacho & intestinis, hinc alteram in chylosi, alteram in hæmatosi, in quibus rectè se habentibus consistit generatio spirituum: hinc prout se habet sanguis, ejusque crasis, & inde dependens ⊖ina fermentatio, corpus est firmum, vel imbecille, vel longævum vel brevis vitæ.

Natura ergo, dum corpus nostrum per alimenta nutrit & conservat, horum abusu dum quoq; morbos excitat, pro horum ablatione iterum, dum medicamenta invenit, applicat & actuat, sicque per hæc pristinam sanitatem corpori restituit; hæc nihil aliud sunt, quàm mutationes corporis nostri, primariò à spiritibus procedentes, nunc quidem immediatè, nunc verò mediatè, mediantibus scilicet humoribus, in quibus duo naturæ æquè & artis instrumenta, Alcali & Acidum volatilia, primatum obtinent, & quidem respectu humorum horum motus, tàm progressivi quàm fermentativi, quamvis Alcali purè passivè saltem se habeat, acidum verò activè. In horum ergo proportione & symmetria debita omnis sanitatis & euphoriæ punctum consistit naturalis; sicut econtrà in eorundem ametria & læsa proportione, in specie Acidi, omnis disphoriæ & morborum origo consistit. Adeoque Medicus, dum naturæ ministerium agit, intentus saltem sit, quo spirituum integritatem sartam tectamque conservet, hincque Acidum & Alcali in debita quoque symmetria retineat: quibus ritè observatis naturæ debito modo & rectè succurrit. De cautionibus & animadversionibus continentibus, quæ Medici, qua Medici, officii sunt, vid. *BONETI Pharos Med. pag.* 1.

Sed observetur hîc in puncto medicationis morborum triplex naturæ status *ab HELMONTIO Tractatu Ignotus Hospes Morbus* §. 89, *item Tract. Catarrhi Deliram.* §. 1. inculcatus, *naturæ* scilicet *stantis, sedentis* seu morbosæ, & *jacentis.* Natura *stans* adhuc quidem est valida, ad morbos tamen jam proximè inclinat: *Natura sedens* est, quando vi morbi labefactata, non tamen succumbens, collecto suo robore, denuò possit surgere: *Jacens* est; quæ vi morbi ita est prostrata, ut de se ipsa surgere nequeat. In casibus igitur, in quibus natura sponte resurgere valet, *HIPPOCRATIS* hoc effatum consistere dicit. Natura enim stans non opus habet medico; in sedente solus est minister, naturam adjuvans & imitans; sed in tertio prostratæ naturæ statu Medicus non amplius Minister, sed potiùs ejus est Patronus & Rector, eam denuò erigens, & in libertatem vindicans: quod ipsum non nisi adeptis, majoribus medendi arcanis & nobilioribus medicamentis instructis, concessum est.

Nobis autem in defectu horum sufficiat, stanti & sedenti per nota medicamenta succurrere. Munere hoc fungitur Medicus, dum legitimâ Agendorum notitiâ seu methodo medendi instructus auxilia seu media invenit, eaque legitimè applicat pro sanandis morbis. In omni namque auxilio duo consideranda:

1. Materiale seu ipsius medium in se; &
2. Formale seu legitima usurpandi ratio, quæ pro varietate circumstantiarum multis admodum modis variat.

Legitimè autem sanat morbum Medicus, qui tres hasce conditiones seu legitimas curationis normas observat; nempe ut *citò, tutò,* & *jucundè* curet. *Citò* scilicet ratione temporis & citra moram, ut, quantum possibile est, ægrum relevet, avaritiam deponat, ne spe lucri protrahat, sed in tempore præscindat morbum, timiditatem deponat, ne negligat nobiliora medicamenta, nec tumidus sit in propria jactantia, aut etiam morbi contemptu, cùm apparenter levis plus in recessu habeat. *Secundò* curet *tutò* ratione eventus, citra recidivæ aut alius cujusdam majoris periculi metum, vel ratione morbi præsentis, vel futuri: Ratione præsentis, ut eum sine recidiva profliget; ratione futuri, ne curando leviorem, inducat graviorem; e. g. quando quidam curant febres intermittentes, & excitant hecticam. *Tertiò jucundè* curet ratione modi, & sine medicamentis ingratis, ut cum nulla, quantum fieri potest, ægri eveniat molestia; molestia enim est affectus sensuum: vid. *WALÆUS Methodo Medendi pag.* 7. Faciet hæc Medicus imitando legitimam functionum quarumvis naturalem rationem, temperatis imprimis insistendo remediis.

Pro *primo* scopo curare, non supprimere, debet morbos, nec naturæ motum hôc ipso sufflaminet. In hoc imprimis errare potest per usum nimium aut sæpius repetitum opiatorum. Igitur hisce non nisi circumspectè utatur, quoniam hæc medicamina morbos quidem supprimunt, rarò curant. *Secundò* tutò curat, si morbum penitus eradicet, seu radicaliter evellat, ne recidiva gravior succrescat, aut urgeat aliquando, de quibus videatur *HIPPOCRATES Sect.* 2. *aphor.* 12. Aliàs enim palliare morbos, & symptomata tantùm mitigare, est non curare, sed ægrum decipere. *Tertiò* jucundè curat, quando remedia sensibus grata, quantum quoque possibile est, exhibet; sapori scilicet seu gustui & odoratui Pharmaceutica, quæ sine nausea æger assumere possit, tactui verò chirurgica applicat.

In hisce ergò, ut rectè se gerat Medicus, præcognoscat, quantum fieri potest, morbum sui ægri sensuum beneficio, per visum nempe, auditum, & tactum; reliqui sensus exulant, mediante triplici symptomatum genere.

I. Visum quod attinet, ille attendit ad *habitum* & *positum* corporis integri rectum, vel partes, an sit in statu adhuc erecto? an verò parùm decumbat? dein, an decubitus sit quietus vel inquietus? si posterius, an plus minus se jectiget? *Jectigatio enim corporis nunquam bonum signum est*; *anxietatem* nempe ventriculi seu præcordiorum, item hypochondriorum, plus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0271-8 DFG

minus gravem, quæ anxietates pedissequam sæpè conjunctam habent malignitatem. Ulterius attendat, si *quietus*, an nonnihil extensus corpore jaceat? an verò crebrò lacertis convolutis ad pedes devolvatur? quod posterius signum est facultatis animalis affectæ, & deficientium spirituum animalium, qui corpus sufficienter sustinere nequeunt: quo autem magis extensus est æger, eo melior est status morbi. Dein visu quoque, Medicus habitum faciei cognoscat, an vegeta adhuc vel collapsa sit, nec ne? *Collabescentia* enim, & quidem subitanea, non semper colliquationem humorum contentorum, sed elasticæ virtutis defectum seu insufficientiam influentium spirituum, musculos in tono naturali non servantium, eorumq; fibras sufficienter inflantium & contrahentium, indigitat; hinc indicium deficientis quoque virtutis elasticæ spirituum. Occurrunt præterea sæpius *tempora excavata, nasus acutus, genæ exesæ*, &c. ex quibus omnibus simul, apparentibus *facies Hippocratica* dicta demum colligitur & emergit. Denique visus indicat rationem ⊡æ; inservit enim ejus notitia, ut per hanc in morbis acutis cognoscat coctionis conditionem, aut cruditatis humorum in massa sanguinea; in chronicis verò affectibus conditiones digestionis primæ in ventriculo & intestinis, ac sanguificationis plus minus vitiatæ, rationes eruere valeat.

II. *Auditu* percipiat *ægri* vel *adstantium* de statu morbi interrogatorum, *Responsa* ad Quæsita, secundum *HIPPOCRATEM l. de Affect. Thesi* 36. instituenda: *Cum ad ægrum deveneris, interrogare oportet, quæ patiatur? & ex qua causa? & quot jam diebus? & an venter secedat? & quo victu utatur?* Ad quinarii hujus primum punctum, seu *quæ patiatur*, notetur, ordinariè urgentia magis symptomata sæpissimè indigitari ab ægris, à quibus tanquam notis, ad morbum tanquam ignotum, Medicus debet per rationem concludere, sicque facilè ex urgentibus de morbi natura judicare potest. Ad secundum seu *ex qua causa?* Medicus intelligere & investigare debet, causas non-naturales externas, remotas dictas, ut & Temperamentum, sexum, ætatem, victum, tempus anni, &c. easque considerare debet. Ad tertium, *quot jam diebus?* hunc in finem, ut maximè in morbis acutis tempora morborum generalia, & in specie statum morbi possit investigare, an sit remotus, vel propinqvus? an etiam crisis citiùs vel tardiùs sit expectanda? sicque universalibus præmissis præcaveri queat. Ad quartum, *an venter secedat?* Notum, enim est, maximum sanitatis punctum consistere in digestione prima, cùm ex hac vitiata omnes ferè morbi certo respectu suam habeant originem, imprimis vitioso hujus Acido; quibus omnibus excreta per alvum respondent, an digesta vel non sint? hincque judicium de vitiatis humoribus vel biliosis vel aliis in qualitate, quantitate & motu peccantibus, suggerunt. Quod si autem excreta laudabilia sint, docet hoc digestionem in ventriculo, chylique in intestinis rejectis fecibus perfectionem, legitimè adhuc procedere, functionesque adeò principes sibi adhuc constare. Ad quintum denique, seu *quo victu utatur?* an Appetitus sit prostratus vel plus minus adhuc constet & supersit, & ad quæ feratur? Quousque enim adhuc comedere & bibere, hinc etiam adhuc digerere aliquo modo valet æger, cæteris tamen paribus, bonum signum est. Judicium enim sic fieri potest de statu fermenti digestivi incolumi, hincque nutritionis bonæ; ex quibus facilè fieri potest augurium, vires ex assumptis adhuc reparaturum iri, & unde materia sit derivanda?

III. *Tactu* demum debet investigare Medicus conditiones corporis ægri, secundùm qualitates primas vulgò dictas & secundas, an nempe plus minusve æger caleat vel frigeat? Dein habitum corporis externum, an plus vel minus mollis, humida, & ob pororum raritatem perspirabilis cutis sit? hæc enim si arida, malum signum est; mollis, tenera, rara, humida, &c. econtrà bonum est; arida enim, squalida, rugosa, & fibris strictis hispida cutis, fibrarum spasmodicum affectum seu poros clausos, & adstrictionem fibrarum, vel defectum roris nutritii vi exhausti, sicque viam excernendi morbum vel per diuresin, vel diaphoresin, interclusam indigitat, uti econtrà indicium perspirabilitatis perstantis, tonum fibrarum & nervosi generis, hinc stantem adhuc naturam & salutem denique futuram, certò promittit. Porrò Tactu inquirit & explorat pulsum, intensum vel languidum, & ex hoc cognoscit statum sanguinis fermentantis, & dein spirituum moventium cordis musculum quantitatem majorem minoremve; ex hujus enim pulsus robore spirituum animalium robur quoque cognoscendum est. Denique *hypochondria* manibus tangat Medicus, an tensa? an suspensa? an dura? an verò mollia? an tenera & tractabilia, & facilè Tactui cedentia sint? an contrà? si enim mollia, &c. sint, bonæ constitutionis viscerum abdominis signum est; si verò dura, &c. innuit causam morbificam affligere hypochondria, horumque viscera contenta, & sæpè ventriculi dolorem, difficilem respirationem, & spasmorum omen conjunctam habet, hinc frigus vel spasmus & anxietas præcordiorum subest; viscerum quoque tumorem, vel vitiatam in ventriculo digestionem ciborum indicat, vel etiam flatus: Quæ omnia membranas intestinorum & abdominis sapore peregrino affici & irritari supponunt, quæ sese contrahendo dolorem & tumorem excitent; quo magis verò mollia sunt, & tactui cedunt, eò meliorem horum statum indicant, melioremque spem promittunt.

His igitur præcognitis nunc ad opus se, accingit, dextrè invenit & legitimè applicat remedia Medicus, hoc est, non solùm, quid ipsi agendum sit pro cura, sed etiam legitimum administrandi modum, in circumstantiis externis fundatum, subinde observando *EPIPHANII FERDINANDI* effatum; inviolabili lege observandum esse, ut quandoque à remediis abstineamus: *nam interdum optimam esse Medicinam, nullâ uti Medicinâ.* Interdum enim fit præprimis in chronicis affectibus, ut natura medicamentorum farragine magis obruatur, hæcque nullum vel contrarium sortiantur effectum. In hisce igitur, casibus nullo potius utendum est remedio, sicque interdum Medici munus non minus est amovere, quàm admovere aut promovere medicamenta, quod *EPIPHANIUS FERDINANDUS in Histor. Medica* 54. *pag.* 168. illustrat exemplo quodam per ægrum nephriticum, qui per 10. & variis vexatus remediis, externè & internè hæc omnia, naturâ reluctante, elusit; his autem nihil proficientibus, & induciis natura, à Medico per octiduum datis, inter missisque medicamentis, in sequenti die plures calculos natura suâ sponte exturbavit, quod medicamenta anteà non potuerunt

runt præstare, sed imitando continuò fibras motrices corrugarunt, hinc spasmos excitarunt, quibus remissis, natura sensim ad serediens morbum aut materiam contentam excrevit & exturbavit. Probatur id ulteriùs exemplo febrium intermittentium, in quibus ante paroxysmum exhibita specifica hanc exasperant, quatenus materiam peccantem, inque primis viis stabulantem, irritant, sed insequentes absque ullo adhibito remedio antipyretico remittere faciunt: vid. *ZACUTUS LUSITANUS lib.* 2. *Praxeos Admir. Observat.* 81. unde rectè *BORELLUS* inquit *Centur.* 3. *Observat.* 55. *Medicus non minus est, qui remedia, ægris admovere, quàm qui utiliter amovere scit.*

Media curandi inveniuntur tribus modis; *Ratione, Experientia, & Analogismo:* vid. *WALÆUS Methodo Medendi pag.* 28. *seq.* Hisce enim materiam auxiliorum, per indicationem indigitatorum, invenit Medicus. Nempe

1. *Per Rationem*, in Philosophia naturali & Oeconomia animali fundatam, quando nempe Medicus ex cognitione morbi, ejusque causæ, rationem à priori potest demonstrare, & hoc vocatur aliàs Indicatio.
2. *Per Experientiam*, in aliquot æqualibus exemplis jam olim observatis fundatam, quâ ratione medicamenta, specifica dicta, quorum agendi ratio à priori non potest adeò exactè demonstrari, in usum vocantur.
3. *Per Analogismum*, in similitudine affectus unius cum altero cognito fundatum, unde medicamenta affectui cognito appropriata applicantur etiam in affectu altero incognito, priori tamen simili: id quod imprimis in novis aliisque incognitis affectibus usu venit.

In his tribus inveniendi auxilia mediis, per Indicationem indigitatis, quasi modus argumentationis syllogisticæ nunc perfectæ nunc imperfectæ, occurrit. Medium Argumentationis desumptum à ratione est Indicatio, & dat syllogismum perfectum: e.g. Pono quendam laborare Pleuritide, ubi aliquis Medicus cognoscit, causam esse Coagulationem sanguinis, hinc invenit, ϑia volatilia, congrumatum sanguinem resolventia, & per sudorem expellentia, per sequentem syllogismum:

Quicquid potest destruere Acidum, sanguinem grumosum reddens, curat Pleuritidem.
Talia sunt ϑia volatilia:
Ergo ϑia volatilia curant Pleuritidem.

Medium ab exemplis pluribus æqualibus est Experientia seu Empiria, & dat inductionem: e.g. Ponam Quartanarium curaturum, ubi ita argumentor:

Quia Petrus, Paulus, &c. laborans Quartanâ, China-Chinæ curatus fuit:
Ergo & hic per eam curabitur.

Quod si Medium sumatur ab alio affectu simili, fit Analogismus, & est argumentandi forma, quæ vocatur Exemplum: v.g. Si quis laborat scabie ferinâ cum ulceribus variis, doloribus nocturnis, aliquo modo convenit cum Lue Venerea, & ita argumentor:

Mercurius in Lue Venerea mira facit per salivationem,
Ergò & in scabie.

Ex his *Experientia*, cujus respectu Medicus denominatur Experientissimus, primatum obtinet, *dilucidata* imprimis *per rationem*. Comuniter quidem soli rationi indicationis fundamentum tribuitur, sed perperam: Nam à Juvantibus & Nocentibus indicatum Rationis per Experientiam procedit. Verùm ratio sola sine Experientia, hoc est, cognitione per sensus, est nulla vel cœca, & in plurimis rebus naturalibus, obscurissima ac intricatissima, & impossibilis, ut omnium remediorum in Praxi rationem à priori semper demonstret Medicus. Nil quippe est in intellectu, quod non prius fuerit in sensibus: nam omnis ratio in rebus naturalibus sensuum necessariò præsupponit observationem; sensus autem observati suggerunt memoriam, plurium nempe effectuum observatorum, ex eadem causa productorum, quæ tandem inducit Experimentum; adeoque Experientia primatium medium est inveniendi auxilium, unumque experimentum circumspectum præstat 100 rationibus, sæpè falsis hypothesibus superstructis. Rationis enim fundamentum est indagatio morborum, causarum evolutio, & effectuum mutua consecutio, tam in natura universali in genere, quàm in œconomia animali in specie, quæ omnia cum fiendi modo perspecta habere debet Medicus: e.g. æger quidam bracchii inflammatione cum insigni dolore laborat; Medicus ex ratione causarum naturalium invenit remedia, dum novit & cognoscit ex ratione æstum & Ruborem ab Acido volatili procedere; ex hoc concludit, & sic invenit facilè aliquod remedium, Alcali nempe fixum, quod talem affectum possit curare, e.g. ▽ Ψæ seu benedicta Chirurgorum, à cujus Alcali Acidum destruitur, quod hîc peccat; cùm hæc egregiè refrigerare, æstum & ruborem compescere, & sic inflammationem sistere Medico videatur: item Unguenta saturnina quælibet ratione texturæ suæ absorbere Acida acuta & pungentia, Medicus novit per rationem. Ergo hæc inventa applicat, tam in forma sicca, quàm humida, pro ardoris istius extinctione. Sicut igitur experientia fundamentum est rationis, ita omnis experientia per Rationem est illustranda, quæ hujus medio ad usum transferenda: Experientia quippe alias nuda sine manuductore ratione esset temeraria, imò periculosa, egetque, ut Ratiocinijs causæ ejus dilucidentur. Hinc omnis specificorum remediorum, quæ *HELMONTIO Appropriata* dicuntur, efficacia, casu utplurimum inventa, per experientiam confirmata & hinc per rationis scrutinium, quantum fieri potest, illustrata fuit. In praxi sæpius experimur, quod vetulæ in Pharmacia & Chirurgia evporistis curent aliàs incurabilia, quæ appropriatorum ratio est: v.g. Icterus est morbus, si quis alius, contumax, si illegitimè tractetur; interim tamen Chelidonium majus mira facit, quanquam ratio à priori dari non possit; Amara quidem est planta, attamen cœtera & huic similia Amara, ut Absinthium, &c. idem non faciunt, ut ut similiter sint Amara, ac Chelidonium. Sic in fractura ossis cujusdam Medicus per experientiam diuturnam edoctus novit lapidem osteocollæ conducere, & esse ideò propinandum ad calli materiæ generationem: vid. *SCHROEDERUS Pharmac. lib.* 3. *pag.* 347. Sic in hæmorrhoidibus dolentibus per experientiam notam scrophulariam internè præscribit, externè autem radicem fabariæ de collo suspendendam; vel si laborat mulier epilepsiâ Chronicâ & habituali, viscum propinat Medicus corylinum; novit enim per experientiam hoc remedium sæpiùs conduxisse in hisce casibus: & sic in aliis morbis alia quoque auxilia esse & convenire concludit.

Equidem Experimenta & ipsa Specifica, in omnibus subjectis eandem vim nullo modo semper habere possunt, quin interdum & ipsa sint frustranea, idque propter idiosyncrasiam uniuscujusque individui specialem, nunc seminalem, nunc adventitiam, pro-

propter quam necessariò habitudo seu respectus, quem habet remedium tanquam agens, ad corpus ægrum tanquam patiens variat. Simili negotium illustro: Pulvis jalappæ ad ℈j hunc copiosè, illum interdum planè non purgat, utut 100 alios purgaverit; exinde tamen hujusmodi experimenta specifica statim tanquam nulla planè rejicere, insultum est: nam in rebus talibus contingentibus ea, quæ utplurimum ita fiunt, necessarii effectus locum obtinent.

Exinde exsurgit *Methodus Dogmatica* & Empirica: *Hæc* Experientiis nititur, & *est duplex*, vel *Rationalis* seu circumspecta, *& audax* seu temeraria, fortuita, casualis, &c. Empiria rationalis seu circumspecta est, quæ experimenta quæcunque trutinat, considerat nocentia, & juvantia, & quatenus possibile, ad œconomiam naturalem trahit; & hæc Empiria laudatur; semper nempe necesse est, ut omnis Medicus propter primatum experientiæ nonnihil sit Empiricus in Praxi. Empiria strictè sic dicta temeraria, vel audax est, quæ fit inconsultò sine circumspectione circumstantiarum, quæ nullatenus concedenda. Prior seu Rationalis has tres conditiones habet:

1. Ut fundata sit super plures observationes; & quidem quæ
2. Sint ejusdem rei; &
3. Eodem modo sæpiùs factæ.

Sic namq; ex sensu fit ac oritur memoria, & ex multis memoriis pluries observatis experimentum, cujus causas post repetitas continuò applicationes indagat Ratio.

Experientiæ ergò insistere debet Medicus, cui supervenit ratio, quæ ex antecedentibus & consequentibus causas scrutari nititur, aut si nequit, ex observationibus crebriùs eodem modo factis limitat experimenti usum, sicque discit legitimam in ægro applicationem. Conf. *ARISTOTELES l. 2. post Analytica*, & *GALENUS de subsigur. Empiricorum*. Medicum superiùs dixi aliquando, imò sæpiùs agere Empiricum in Praxi necesse est:

1. Quia non est absolutè necessarium, ut suarum rerum semper reddat rationem.
2. Neque semper hoc est possibile: vid. *BOYLE Tentam. Physiol. Proœm. pag.* 14. & 15.

Sic enim nauta mediante sæpe acu magneticâ debitè dirigit navem ad portum, licet nesciat præparationem acus, & rationem motus, ac cur septentrionem petat? seu quomodo ea versus polum vergat? pari ratione, sicut aurifaber purgat optimè ☉ fusione cum & per ♂, ãããt. cum Mercurio, solvit per ♏; quorum omnem tamen rationem seu causam Physicam reddere non semper valet, aut nescit: sic Medicus per experientiam sæpius observatam propinat feliciter sic dicta specifica, quæ per experimenta rationabilia quidem cognovit, horum tamen evidentem rationem à priori reddere nequit, aut dare nescit, quod multis aliis quoque non semper est possibile, imò sæpiùs planè impossibile, modò conducant & conveniant seu prosint ægris; multa enim in rerum natura à posteriori tantùm adeoque notitiâ imperfectâ cognoscimus. Sed experientia hæc & Empiria debet esse sana. Interim tamen Medicus in Praxi nec sit tumidus in casibus manifestis, nec tamen etiam sit nimis timidus in casibus dubiis, nec unquam quoque ægrum Prognostico is relinquat, præsertim in acutis morbis; variant enim sæpiùs circumstantiæ, casus, multaque alia, quæ Indicationem simul limitant.

De Chronicis ergo equidem liberiùs, de acutis autem morbis non, nisi cautè, debent fieri Prognoses: hinc *HIPPOCRATIS Aphor.* 19. *Sect.* 2. observandus: *Morborum acutorum non omninò certæ sunt prædictiones, neque mortis, neque salutis.* Interdum hinc accidit, ut remedio quodam vulgari curetur æger, quem effectum ipsi non tribuisset Medicus, aut à se derelicto naturæ virtus & robur ex insperato sæpè redit, morbumque repellit, quod pro impossibili per plura videbatur Medico. Ergò non statim despondeat animum, si effectus non semper respondeat votis.

Quæritur, quid in Praxi de *Fortuna Medici* sit habendum? Respondeo distinguendo inter Consilium, Fortunam, & Casum. Consilium in Medico semper sit præstò, tam Theoreticum quàm Practicum. Fortuna exulet à Medico, aliàs similis erit circumforaneo, cui ex improviso effectus supervenit; fortuna enim est eventus accidentarius. Distinguatur tamen inter Medicum Fortunatum & Felicem: Felix est, qui habet faustos eventus, à Medico quasi prævisos per legitimum rationis ductum: Fortunatus est, qui curat ægrum, sed sine ulla ratione, dum, quomodo medicamenta ita operata sint, nescit. *Felix* ergò *sit Medicus quoad eventum, non fortunatus*, cùm ratio à fortuna & casibus fortuitis longiùs absit. Interim & casus non planè rejiciantur, cùm & casu quidam interdum curentur, & imprimis multi insperati eventus eveniant, tàm in mutationibus spontaneis morborum, quàm per remedia; & etiam secundùm *CELSUM*, sæpiùs miracula in Medicina fiant, in specie, in acutis, ubi ægri quasi casu denuò convalescunt.

Casibus tamen, tanquam fundamento inniti nefas est, licet habeant suas etiam in natura causas, quas scrutari demum etiam debet Medicus. Sic Quartanâ laborans per aliquot menses, aliis multisque medicamentis irritis, musto recenti tempore autumnali lautiùs indulgens, diarrhœâ hinc excitatâ, curatur, & affectum molestum averruncat; quem casum imitari velle, temerarium esset, propter metum duplicaturæ. Sic mulier quædam diu malo ischiadico vexata, ac ægrè laborans, contraxit eo in loco bubonem, occasione luis Venereæ; factâ autem bubonis apertione, à morbo etiam altero illa curata fuit: potest hinc Medicus quidem conjicere, fonticulos eo in casu fore proficuos: illius autem ratione temerarium esset, suadere Ischiadico luem Veneream. Casus tamen hinc non semper negligendi sunt; habent enim suas causas in natura per indagationem ulteriorem illustrandas, quas tamen scrutari non semper est licitum; ex hoc enim casu concludi potest, Vesicatoria & Fonticulos in morbo Ischiadico non esse de nihilo, cùm proficua ab *aliis fuêre* observata. Omnium remediorum *inventio fuit* casualis, v. g. In hydrophobia, quæ curatur per immersionem in ▽m frigidam, quod remedium casu fuit inventum, quando nempe ex casu aliquis incidit in ▽s; dein sæpiùs usurparunt. Sic v. g. in hydrope, quando umbilicus tumet & sponte rumpitur, ▽ cum euphoria ægri evacuatur, quod ipsum ars est imitata. De Fortuna Medicorum videatur elegantissima *Oratio DANIELIS MAJORIS in Academia Kiloniensi.*

Analogismus valet in tribus punctis, vel in Affectibus, vel in Parte affecta, vel in Remediis. (1.) *In Affectibus*, quando unus affectus est alteri similis ratione symptomatum, habitus morbosi, & similium circumstantiarum, quas habent inter se, ubi incognitus affectus curatur iisdem remediis, atque notus affectus. Sic scabies ferina olim curata fuit per inunctionem Mercurialem, & huic supervenientem salivationem. Jam verò cùm nova lues, & superiorum

rum memoriâ incognita, succresceret, Venerea seu Gallica dicta, suspicati sunt Medici ex Analogia, quæ ipsi cum scabie ferina intercedit, similium, h. e. Mercurialium applicationem fortè irritam haud fore. In morbo ergò Gallico ex Analogismo Medicus concludit, propter convenientiam, respectu pustularum, &c. ægro Mercurialia conducere, quod quoque factum. Sic æger torquetur & conqueritur de insigni æstuationis sensu circa præcordia, fluctuatione ventriculi seu motu, concurrentibus simul ructibus fervidis & soda: Medicus hinc suspicatur & concludit ex Analogismo, adesse motum effervescentiæ præternaturalem, similem illi, qui fit aliàs ex ☿ cum oleo terebinthinæ seu spiritu vini & spiritu nitri rectificatis & invicem mixtis; Adeòque simili ratione ex Acido volatili acri, & concurrente oleoso viscido nidoroso, fieri talia concludit; compesci autem hæc optimè per Acidum absorbentia & infringentia, seu præcipitantia dicta, etiam novit. Propinat ergò cornu cervi ustum, lapillos cancrorum, corallia, cretam, saturnina. Quoniam verò imprimis observavit cretam omnium optimè hoc facere, cretam invenit per experientiam; hinc si eveniat, ut æger occurrat non dispari affectu laborans, & de sensu ardoris in orificio stomachi pari ratione conquerens, sine reliquis licet symptomatis, huic compescendo repetit idem auxilium, ipsique cretam propinat; per Analogismum enim concludit, esse etiam hîc tale vel simile acre Acidum, ac in soda aliàs reperibile est. (2.) *In Parte affecta*, si e. g. quis læditur vel vulneratur in flexura cubiti, alius in flexura genu, tunc Medicus ob Analogiam applicat ea remedia, quæ in cubito. (3.) *In Remediis*, si v. g. quis pro curanda diarrhæa vel dysenteria in defectu sorbi torminalis usurpat succum mespilorum, quia hi duo in pluribus valdè conveniunt.

De cætero triplex quoad Remedia, quibus Curationes fiunt, est differentia: nam *Curatio fit* vel

1. *Per Generalia* saltem & Universalia, Evacuantia & Alterantia, quæ Methodus est communissima, & quo etiam *Sylvii Praxis* pertinet; vel
2. *Per Particularia* seu specifica causæ aut affectui singulariter appropriata ac opposita, v. g. priapus ceti in dysenteria, chelidonium majus in ictero, viscus corylinus in Epilepsia; vel
3. *Per Arcana* seu sublimiora remedia, & quæ ad Panacææ fastigium plus minus assurgunt, quorum uno alterove pluribus & tantùm non omnibus affectibus succurrere satagunt, dum simpliciter vires naturæ roborando, & ejus inordinationes sistendo, operari videntur.

Sed cùm paucis hîc liceat adire Corinthum, optima videtur medendi ratio, quæ post Generalia specificis seu appropriatis imprimis utitur.

De *Indicationibus* prolixi sunt Autores, quæ tamen inanes sunt nugæ, harumque primus pater fuit *CAPIVACCIUS*, qui de Indicationibus integrum Volumen conscripsit. Cùm itaque ordinariè remediorum Inventio consistat in Indicationibus, *Indicatio* hinc optimè definitur, quod *sit Ostensio Auxiliorum*, seu demonstratio Agendorum, in se nempe & absolutè considerata; unde hoc explicari potest tàm respectu ægri, quàm respectu Medici. Respectu Medici Indicatio est nihil aliud, quàm Inventio Remedii in Medico, quo succurit naturæ in curando affectu, ex eo quod cognoscit per rectam rationem à priori, tale remedium hanc habere potentiam, ut tollat talem affectum; Respectu verò ægri, remediorum perceptio dicitur. Sed res eodem recidit; uterque enim confert ad Agendorum rationem seu insinuationem, adeoque in omni Indicatione consideranda sunt tria:

1. *Indicans.*
2. *Indicatum*, &
3. *Respectus* inter hæc duo *mutuus.*

Scilicet id, quod Medicum, ceu Artificem, dirigit ut inveniat Remedium, dicitur *Indicans.* Id verò quod Medico agendum seu dirigendum indicatur per tale Remedium, dicitur *Indicatum.* Respectus inter hæc mutuus seu nexus causalis inter Indicans & Indicatum dicitur *Indicatio.* Medicus ergò, naturali nixus ratione, perspicit hoc vel illud remedium hanc habere potentiam, ut satisfaciat tali scopo, pro restituenda sanitate indicato. Indicatio hæc, ratione Ostensionis ab Indicante factæ, est duplex; vel *conservatoria* naturalis & status sani, & dicitur aliàs Indicatio vitalis, quæ facultates & vires integras respicit; vel est *Ablatoria* rei præternaturalis, nempe Morbi, naturam affligentis, ejusque œconomiam turbantis. Hæc, ratione trium rerum præternaturalium auferendarum, rursus est triplex, vel ratione morbi, & dicitur Indicatio *curatoria*; vel causæ antecedentis morbosæ, & est Indicatio *præservatoria*; vel ratione symptomatum urgentium, & dicitur simpliciter Indicatio *symptomatica*, & totuplex etiam, Indicans & Indicatum, esse solet. Indicat autem Medico Indicatio præservatoria, ut aufferat morbi causam; Curatoria, qua ratione curetur morbus; symptomatica, ut mitigentur & curentur symptomata. *Indicatum* porrò dividitur in Quid agendum? & usum, seu in auxilii materiale & formale. *Quid* Medico *agendum?* seu auxilii materiale, est ipsum medium seu auxilium indicatum: e. g. Si quis laborat efflorescentiâ cutaneâ in variolis, ibi Medicus applicat Sudorifera, & observat motum naturæ, qui fertur ad cutim, & excernit copiosa anteà sanguini mista. Jam Medicus invenit Sudoriferum, ut promoveat excretionem à natura factam, quia per sudorem optimè purgatur massa sanguinea. *Usus* verò seu Auxilii Formale est legitima ejus usurpandi ratio, quæ pro circumstantiarum varietate multis admodum modis variat.

Fundamentum proximum, ex quo natura aut Medicus ex Indicante cognoscit Indicatum, *est Ratio fundata* tam in historia naturali, quàm œconomia animali in genere, nunc in statu sano considerata, nunc quatenus reflectit à statu sano & vocatur aliàs Vitalis; in specie tamen est fundamentum nexus istius formalis, vel respectus hujus inter Indicans & Indicatum, quod remoto uno ponatur alterum, & posito uno removeatur alterum. Medicus ergò per medium rationis, ex cursu causarum naturalium elicitæ, invenit id, quod valet removere illud præternaturale, ut permaneat, vel restituatur in legitimum statum id, quod est naturale. Hoc alii explicant per usitatum illum canonem, quod *Contraria Contrariis curentur, & similia similibus conserventur*: vid. *HIPPOCRATES, Sect.* 2. *Aphor.* 22. & rectè quidem. De hoc autem canone sunt mille lites, quæ tamen sunt verbales, non reales, & in logomachiam terminantur, uti res ex sequentibus patebit. Vid. *CÆSAR MAGATUS*, qui de hoc *considerationes modicas* elegantissimas scripsit, *T.* 1. *P.* 1. *Quæst.* 2. 3. & 4. est Italus; *HARTMANNUS Diss. Chym.* 8. *POTERIUS de Febribus in genere*, & *HELMONTIUS in Tractatu: Natura Contrar. Nescia*, in specie §. 15. & *Tractatu: Ignota Actio Regiminis*, ubi nervosè hunc canonem rejicit. In eo quidem rectus *HELMONTIUS* est, quod neget Contraria dari per se, vel in natura esse, sed tantùm per Accidens. Non enim

strictè & formaliter Contraria, neque tantùm opposita intelligenda, sed omnia ea, quæ tali se habent modo ad se invicem, ut in corporis nostri œconomia simul esse nequeant, & posito uno, alterum quacunque ex causa removeatur: quâ ratione facilè hæc trita sententia conciliari potest cum iis, quæ habet *HELMONTIUS loco allegato:* omnis enim contrarietas est tantùm respectu sensuum, & conceptus nostri. Verum est, in natura non dari propriè contrarietatem, nisi in regno animali propter affectus, in quo omnia subjecta habent sibi determinatas dotes, & affectus sibi invicem hostiliter repugnantes, v. g. invidiam, furorem, iram, &c. qui fiunt ex necessitate causarum necessaria, sine formali, sed effectuali contrarietate.

Videmus equidem effectus, qui ex essentia rerum & debito causarum fluxu proveniunt, ut primitus res creatæ sunt, quæ contraria nobis videntur sed propriè non sunt; siquidem tales saltem sunt respectu sensuum & intellectus nostri, cùm profluant ex debitis suis causis naturalibus & principiis seminalibus. Sic v. g. aqua & △ sibi invicem contraria esse dicuntur, quod mutuam, ubi concurrunt, tentent destructionem, quia ▽æ major quantitas extinguit ignem; formalis tamen hic contrarietas est nulla, sed accidentalis & effectiva, quatenus textura particularum ▽æ ita primitus à Creatore formata est, ut ignearum motum intercipere apta sit; nam ▽ habet sua Attributa, ex quibus fluit effectus, qui tollit motum particularum in igne. Sic frigus dicitur contrarium calori, non ex natura sua & mutuo odio invicem, sed quod saltem Attributum hoc ipsi competat respectu sensuum nostrorum, quatenus in has, ob particularum diversitatem, diversas quoque faciunt impressiones. Sic glacies & ♂ candens sibi invicem videntur contraria, cùm tamen utrumq; Attributum ipsi Accidental esit, nempe Aquæ Congelascentia, & ferro ignitio, quæ sibi invicem applicata in naturalem statum ambo redeunt; glacies liquescit in ▽m, & ♂ frigescit seu extinguitur, & non amplius urit. Sed nullam in rebus naturalibus esse contrarietatem, ex illo *HELMONTII* rectè concludi potest: *Quicquid agunt corpora, ex seminalibus suis potentiis operantur.* Et in hoc sensu verus est *HELMONTIUS*, dum omnia sine dissidio ad se invicem corpora in natura conspirant ad conservationem hujus universi; agunt enim, quæ agere jussa sunt à Creatore in primæva sui creatione, & successiva nunc generatione, quicquid etiam sit, vel sensibus nostris, obque motus eorum varios, vel simile vel dissimile videatur: atque in hoc sensu illud Axioma: *Contraria Contrariis curantur*, ruit, quod tamen aliter intelligimus; nullæ enim sunt lites in naturalibus. Interim tamen hi effectus non contrarii ita se possunt habere, ut posito uno, ponatur alterum & contra: v. g. posito frigore, ponatur glacies, quæ contrarietas intelligatur non de formaliter, sed latè de effectivè Contrariis, quæ nempe actiones & effectus respectu nostræ cognitionis ad sensus nostros habere videntur, aut sibi contrarias habent, ita quidem ut positô unô, removeatur alterũ, & remotô unô ponatur alterum, necesse est. Non ergò est Oppositio realis, sed consecutoria: sic ☾ ☌ ci dicitur contrarius calculo, non qui iacum pellit, si in paroxysmo usurpatur, sed quia relinquit contrarios effectus.

Et de talibus Contrariis, quæ ex necessitate naturali effectus necessarios relinqvunt, Axiomata illa intelligenda sunt; nempe tantùm effectivè. Recte igitur dicit *HELMONTIUS*; Curationes morborum non fieri per Contraria, sed per Appropriata seu specifica, quæ conducunt, quatenus removent causas, quibus sublatis tollitur effectus, seu morbus. Ergò, dum propinantur remedia, quibus morbi removentur, & quæ tolliunt causas remotas, patet, hæc illis esse Contraria effectivè, & vice versâ; effectum nempe contrarium & oppositum in nobis habent. Sic inter ♌♋ (quod contrarium noxiumq; observatur unicuique viventi corpori animali) & animal nulla est propriè dicta inimicitia, velut inter substantiam & substantiam, sed effectivè sibi tantùm contrariantur, ut ♌♋; bruti vel hominis destruat valetudinem, quibus tamen non minus est contrarium, quàm auro; pro textura enim sua operatur in utrisque: hinc accidentalis est ista hostilitas respectu corporis nostri, & in hoc sensu effectivo potest dici contrarium, non in sensu formali, quod nempe ita constitutum sit in sua essentia. Sic par ratio est remediorum, quæ contraria videntur & dicuntur causis morbificis, & quidem hoc etiam effectivè, non verò formaliter.

Indicans est in genere illud, quod Medico ostendit Agenda, ut homini restituatur sanitas, quæ Agenda tam vitanda seu omittenda quàm usurpanda seu applicanda. Hoc autem facilè & omnium optimè est & præstat ipsa natura, verè morborum medicatrix, quæ *propriè* & *primariò* sic dictum Indicans est, cujus minister tantùm est Medicus, præservando & curando eam. Hæc enim fundata in spiritibus, & massa sanguinea ejusque crasi, totam ad se convertit medendi rationem. Hæc est internum principium, gubernans corporis œconomiam, inducens & sanans morbos, vid. *Dissertat. Medico-Chymica HARTMANNI* §. 75. *Poterius de Febribus lib.* 2. *cap.* 4. *Jonston. Idea Medic. Practica lib.* 4. *Tit.* 1. *pag.* 187. Natura ergo, quæ utitur mediis primariò indicabit, quid agendum sit Medico, tanquam Ministro seu Gubernatore, ut conferventur vires naturales per sibi similia in Indicatione Vitali seu Conservatoria, & curentur morbi, auferantur causæ, & placentur symptomata, per molestorum seu præternaturalium destructiva, aut Contraria, in Indicatione curatoria & ablatoria; hincque universam Medici curam ad se unicè dirigit: sicut enim rectum est norma curvi, sic rectæ seu naturalis œconomiæ animalis notitia seu status monstrat Medico turbatum seu præternaturale reducere, & reductum conservare, cùm semper unius constitutio alterius index sit. Omnia Attributa, quæ Indicantibus tribuuntur, soli & uni naturæ ægri conveniunt.

Circumstantiæ vero *ipsæ naturales*, quæ ipsam Indicationem determinant, & nunc ad conservationem, nunc ad destructionem naturæ faciunt, secundaria dicuntur Indicantia, quæ à circumstantiis, in omnibus ægris observabilibus, Indicationem principalem à natura factam determinant & modificant; suntque

1. Sexus.
2. Ætas.
3. Vitæ genus.
4. Idiosyncrasia, sive nativa sive adventitia sit.
5. Juvantia & Nocentia ab ægro jam observata.
6. Morbi alii, vel præsentes vel imminentes.
7. Climatis vel regionis ratio.

8. Astro-

8. Astrorum, & præsertim ☽æ positus & influxus, & respiciunt indicatorum varietatem diversimodè.

Hæc omnia, quatenus naturæ vires limitant, & etiam Indicationem ejus primariam certâ ratione modificant, *secundaria* sunt *Indicantia*; eaque nunc *permittentia*, nunc *prohibentia*, nunc *consentientia*, &c. dicuntur.

Idiosyncrasia valdè modificat Praxin: nam quædam mulieres abhorrent castoreum, aliis tamen est medicamentum optimum. Astrorum influxus multum facit in hoc puncto, & in morbis acutis & Chronicis multum in recessu habet. Consuetudo, quæ est altera natura, multum etiam valet; magis tamen in rebus naturalibus quàm præternaturalibus variat. Variant etiam climata ☵æ.

Hæc nunc conspirant cum Indicante primario, vel ab eo dependent, vel repugnant & recedunt, vel medio modo se habent; hinc illa Coindicantia, ista Contraindicantia, hæc Permittentia, dicuntur. In Medici ergò judicio consistit hæc ritè ordinare, ut intelligat, cui & utri imprimis per Indicatum sit satisfaciendum ex Repugnantibus? e. g. Pono gravidam laborantem pleuritide, in illa ratione morbi indicatur venæsectio: Verùm si consideremus ægram, tanquam gravidam in ultimis mensibus, est vel robusta vel debilis, venæ sectioni adsveta vel insveta, &c. Quæ circumstantiæ primarium Indicatum vel promovent vel inhibent; si promovent, dicuntur Coindicantia; si ægra est robusta, venæsectioni adsveta, & tempore gestationis medio, utique conceditur; si verò ultimis mensibus, & venæsectionis inconsveta, prohibent venæsectionem, & dicuntur Contraindicantia. Pono aliud exemplum: Literatus quidam correptus est febre quartanâ intermittente: huic Medicus ante paroxysmum propinare vult Vomitorium aliàs saluberrimum; æger autem hic est herniosus, propterea contraindicatur, quia metus esset, ne rumpatur peritoneum, aut fiat cum periculo gravioris herniæ, ab irritato & concusso corpore, aut ne ileos obveniat, vel prostratis hoc modo viribus ipsa mors, tanquam periculum majus, superveniat. Ob metum ergò vitium prosternendarum, aliorumque periculorum, alia curæ via, quàm per vomitum, tentanda erit. Hæc Indicantia sunt Repugnantia, & à Medico judicandum, quid agendum sit? Vomitus nempe hic intermittendus; tu autem æger non esset herniosus, sed hypochondriacus, malum hypochondriacum coindicat, quia vomitus hypochondriacis valdè salutares sunt: si obstructio alvi accedit, Vomitus non conveniet; quia autem febris urget, obstructio alvi est Permittens, quia medio modo se habet. Sic in gravida seu sub mensium tempore etiam, lue Venereâ correpta, quæ salivationem per Mercurialia concitandam innuit, cùm tamen curam hanc impedire & dissvadere videatur graviditas vel menses instantes; periculum enim est, ne abortus fiat, vel propter retenta menstrua alius & major morbus oriatur ac concitetur: hæc itaq; isti repugnat. Fundamentum ergò, cui judicium Medici talibus in casibus innititur, sunt ægri vires, sumptò simul in consilium eò, quod vel salutare, vel nocivum magis est. Hinc in propositis exemplis, ubi constiterit primariò de viribus matris, possunt quidem, sed cautè, adhiberi Mercurialia; magis enim urgens judicio suo eligat Medicus. Fœtus ergò respectu cura aggredienda, ne hâc omissâ fœtus eodem morbo infectus nascatur, & mater posteà difficiliùs curetur.

Quod attinet Indicatum in specie, est quod, ceu auxilium, Medico insinuat, quid agendum sit? Ab indicante natura indigitatur: si quis e. g. laborat torminibus, Medicus cognoscit Anodyna, quæ sunt Indicatum. Insuper in Indicato duo consideranda sunt, Materiale & Formale. Materiale est ipsum remedium indicatum; Formale est legitima applicandi ratio, & consistit in legitimo utendi modo, vel

1. In legitimo Quanto, ne excedat in dosi.
2. Ut in debito loco applicentur, quod in Topicis valet.
3. Observetur certum tempus, ubi probè attendendum est, quomodo in legitimo ordine medicamenta legitimè administranda sint?

CAPUT II.

DE

REMEDIIS & AUXILIIS PHARMACEUTICIS.

PRæsidia talia quod attinet, seu auxiliorum materiam, tam conservandi præsentem (in *Hygiene*) quàm recuperandi absentem, hoc est, amissam sanitatem (in *Therapeusi*) ex triplici fonte desumuntur. Nempe:

1. Ex fonte Chirurgico, qui monstrat remedia potentissima per ignem & ♂ operantia, consistit in manuum armatarum artificiosa applicatione, de quo infra in specie de curandis morbis partium solidarum commodiùs tractabitur.
2. Ex Pharmaceutico fonte, qui præbet remedia ex tribus regnis, minerali, animali, & vegetabili desumpta, & concinnè composita, tam intus propinanda, quàm foras admovenda; &
3. Ex fonte diætetico, qui subministrat blandissima remedia per sex rerum non-naturalium varium, pro circumstantiarum diversitate, usum pro conservanda sanitate & præservandis morbis.

Distinctio autem horum dependere videtur ab operationum gradibus, ita ut Diæta mitissimum, Chirurgia verò generosissimum suppeditet remedium, Pharmaciâ demum medio modo se gerente.

Præ cœteris auxiliis sui considerationem merentur *ex fonte Pharmaceutico* remedia, ceu maximè variantia, & præ cœteris copiosiora & quibusvis familiaria. Circa hæc observandum, quod illa pro textura sua particularum in quasvis corporis partes agant, & operationem suam undique exserant, adeoque in spirituosas, fluidas & solidas partes agant, idquè distinctis modis, dum quædam in alterutrum saltem illarum partium agunt, alterâ intactâ.

Primaria autem *Objecta*, in quæ remedia agere assolent, sunt spiritus & humores, quibus mediantibus & universum corpus remedii activitatem plus minus percipit; *secundaria* verò, sunt saltem partes solidæ. Sic enim opiata, aliaque similia narcotica, imprimis in spiritus agunt, præsertim animales influos, quorum motum certâ ratione modificantur, sive naturalis & ordinarius is sit, sive præternaturalis & inordinatus. Sic ☉ia volatilia speciatim in fluidas corporis partes seu humores operantur, eorumque crasin dissolvunt & diversimodè alterant. Corrosiva denique, item Purgantia antimonialia & vegetabilia resinosa, adstringentia, sternutatoria, &c. in solidas corporis partes agunt, earum substantiam vel irritando, vel quatenus sensiles membranas diversimodè afficiendo, ad motum excretorium eas

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0277-2 DFG

stimulant. Quatenus tamen in machina nostra corporea quarumvis partium mutuus nexus, & certa inter se conspiratio est, evenit, ut raro medicamentum unam partem solum afficiat, quin nunc in partem saltem unam seorsim, nunc in plures junctim, agat: v. g. Purgantia vegetabilia resinosa agunt non tantum in partes fluidas, seu humores incidunt & attenuant, sed & in solidas, & latera ventriculi ac intestinorum membranacea stimulant, licet diversimode. Hinc propter partium nexum & conspirationem effectus remediorum est nunc immediatus & per se talis, qui ejus activitatem immediatè sequitur; nunc mediatus, & qui per Accidens tantum contingit: V. g. pulvis nicotianæ, vel liliorum convallium, vel sternutatorium naribus inspersum, per se irritat membranas narium glandulosas tanquam effectus immediatus, quam irritationem insequitur spasmus thoracis sternutatorius; Mediatus autem effectus est, si excretio humoris seu muci & lymphæ inibi stabulantis fiat, & simul expellatur, quod accidentarium. Irritatio ergo effectus immediatus est; spasmus verò thoracis superveniens est effectus sternutatorii, mediatus, & qui per Accidens supervenit. Sic e contrario ~ ⊖ * ci aut C. C., aut ⊖ia volatilia cuncta, immediatè operantur & agunt in partes sanguinis fluidas, quatenus immutant Acidum volatile sanguinis, & partium fluidarum particulas, qui est effectus immediatus & per se eorum activitatem insequens; post modum verò, quando per hæc dissolvitur massa sanguinea, grumosus & coagulatus in parte quadam sanguis simul resolvitur, pleuriticum pus inciditur, & sudor concitatur, hi mediati & accidentarii sunt effectus. *Remedii* in genere quod attinet *naturam*, Medium hoc inter Alimenta & Venena rectè dicitur *SYLVIO in Dissertat.* 2. *Corollar.* 3. & *Prax. Append. Tract.* 5. §. 10. *sequ.* Est quidem nonunquam differentia inter Alimenta, Medicamenta & venena, non tamen videtur differentia essentialis. Nam omnia ea, quæ assumuntur à nobis, vel temperata, & ita apta sunt exactè mutari in corpore nostro, ut pro hujus conservatione aut reparatione in ejusdem substantiam assimilari possint, & Alimenta dicuntur; Vel non adeò temperata, nec corpori exacte assimilabilia, sed inepta sunt tali mutationi subeundæ, & contra apta potiùs, quæ corpus immutent, & quidem aut in melius suo modo alterando, aut in pejus destruendo: Prius fit per medicamenta: posterius per Venena. Venenum autem sumitur vel *strictè* & propriè pro tali, quod summam vim alterativam seu immutativam, adeoque corporis nostri destructivam, sub mole etiam minima, idque non per se & suâ naturâ, sed per accidens obtinet; vel *latè* seu impropriè pro omni, quod in pejus immutat corpus, & sic opponitur alimentis, quæ conservant, & medicamentis, quæ reparant & restaurantũ corpus: e. g. Venenum propriè dictum sit tantillum illud, quod per morsum à vipera cuti infligitur; latè verò v. g. coagulatio lactis in stomacho, repletio panis, qua nihil deterius, & quæ periculosissima parit symptomata, quæ tamen in se & proprie non sunt venena. Hinc medicamentum, alimentum & venenum sunt unum idemque, nec differunt, nisi secundum majus & minus; in se enim nullum datur venenum; est vox respectiva, & saltem respectu alterius ita dicitur. Operæ tamen pretium est, ut hanc materiam de operationibus seu facultatibus medicamentorum ulteriùs perpendamus.

Considerandum ergò jam venit, *quânam ratione agant & operentur medicamenta* vulgari modo applicata? quod unum est ex difficillimis Theoriæ Medicæ doctrinis: Nam eorum vires non absolutè & in se, sed respectivè tantum considerandæ sunt ex effectu, quem scilicet applicata corpori nostro, exserunt. Cum enim totius corporis œconomia, tam naturalis sana, quam præternaturalis morbosa, à modernis per principia Mechanica, secundum particularum minutissimarum, ex quibus omnes ejus partes, tam continentes quam contentæ, constant, figuram, magnitudinem, situm, & inde natam texturam, eorumq; motum & quietem explicantur, hæcque hypothesis per experimenta Chymica optime illustretur, ob id etiam medicamentorum facultates, secundum quas certam vim habent alterandi corpus, & inde nati eorundem effectus, optimè ex iisdem principiis materialibus deducuntur.

Quæstio ergo est, quonam modo talis effectus ab iis promanet? In genere tamen, cùm varius eorum sit agendi modus, sanè, quantum hactenus sensum fide & intelligibili ratiocinio penetrari potuit, omnia remedia duplici imprimis operantur ratione. *Primò* materiali suo contactu ad partes corporis & miscela cũ succis ejus seu contentis, id est, quod ipsæ particulæ medicamentosæ remediorum, licet minimæ, tamen se insinuent in corpus & massam sanguineam, & sui miscelâ immutent, & ita operentur, quod ipsum per singularem texturam suæ substantiæ materialem, in specie ⊖inam, præstant. Sic omnia Purgantia, ⊖ia volatilia, Martialia, &c. necessariò operantur per miscelam sui, quam insequuntur certæ corporis tam sensibiles, quoad primas sic dictas qualitates, quàm insensibiles alterationes: qualia sunt v. g. quæ fermentant, præcipitant, Acidum absorbent, vel concentrant, Acre temperant, amarum corrigunt, vel purgant, sudores movent, ⊡m cient, menses evacuant, resolvunt, incidunt, coagulant, item quæ partes solidas, qua tales, afficiunt, h. e. adstringunt, vellicant seu irritant, dolorem excitant, somnum inducunt, ~ alterant, & alias vires exerunt, & agendi potentias causarum morbosarum Hippocraticas edomant, sive internè assumantur, sive externe applicentur. Hæc omnia hactenus non nisi corporali suo contactu, & materialis suæ texturæ ratione, & hujus medio facta partium corporis, sanguineæ nempe massæ, & ab ea derivatorum humorum, lymphæ tam conglomeratarum quam conglobatarum glandularum, item bilis, ipsorumque viscerum fermentorum à multiplici præternaturali labe, correctione & alteratione, operari observata assertaque fuerunt. Id quod vel istud confirmat sufficienter, quod prout materialis ista textura, & crasis seminalis sub illa recondita, plus minus immutatur, vel per præparationes vel per compositiones, etiam plus minus immutentur ipsæ remediorum, etiam potentissimorum, vires, ut in opiatis & purgantibus manifestum est; ut taceam & venena; ⊖⊖, Mercurium, &c. in salubria ex mutata textura converti remedia.

Secundo alio modo operari dicuntur medicamenta, quæ sine materiali sua miscela *per radium virtualem*, qui ideas morbosas Archei tollat, vel cujus intuitu ille novas cudat, medeantur morbis, prout *HELMONTIUS Tractatu* curiosissimo: *In Herbis Verbis & Lapidib. magna Virtus*; disserit. Hanc autem doctrinam ulteriori adhuc consideratione in *fine hujus Capitis* relinquo.

Materialem dum insinuo texturam remediorum quorum-

quorumcunq; in tribus regnis, & crasin seminalem sub illa, ceu intimum quasi nucleum medicamentosum sub cortice sepultum, penitus removeo pessimam istam doctrinam, quæ ex schola Peripateticorum in Medicinam translata, qualitates nempe 4. istas elementorum manifestas, suppositas potius, quam sufficienter demonstratas, tam primas quam secundas ac tertias, Caliditatem, Frigiditatem, & occultas proprietates, ratione quarum medicamenta operari Veteribus videbantur. Nihil enim valent hæ qualitates, cum harum fundamentum sit falsissimum. Origo horum omnium est ex Quaternione elementorum vulgò 4. sic dictorum, ex quibus Veteres constare omnia crediderunt. Ergo istæ qualitates quoque elementis attributæ, etiam medicamentis ab ipsis fuêre applicatæ, cùm hæc, tanquam corpora naturalia, quoque ex illis constare putarent, quod tamen est falsissimum. 2. Ruinosum est, ab iis omnes derivare morbos; horum enim intuitu etiam omnes causas morborum, secundum facultates vulgò dictas distinxêre, iisdemque remedia certa ex contrariis qualitatibus constantia opponenda dixerunt; cùm tamen secundum *HIPPOCRATEM* plura exstent morborum genera, horumque causæ in corpore nostro seu natura, nec ulla qualitatum mentio in *HIPPOCRATE* fiat, utpote qui simpliciter vires medicamentorum describit, parum vel nihil tribuendo his qualitatibus, quando dicit: *Non calidum, frigidum, siccum vel humidum; sed amarum, austerum, acerbum, dulce, & 600. alia sunt, quæ nos afficiunt*, &c. Propterea quoque tales Qualitates aut nullæ erunt, aut ad explicandas has causas minus sufficientes: ergo etiam secundùm has non distribuenda sunt remedia: Hinc qualitates occultæ medicamentis attribuuntur vel absolutè, & in se consideratæ, vel respectu sensuum nostrorum, indeque alias pronunciant occultas, alias manifestas. Sed vis manifesta, quâ e.g. ignis urit, æque ipsis explicabilis est, quam scammonii occulta, ratione cujus purgat ac alvum laxat; cum tamen hac ratione reliquæ facultates in remediis aliis æque dicendæ sint obscuræ vel occultæ, juxta illorum hypothesin. Hæc autem omnia respectu sensuum nostrorum planè accidentaria sunt, indeque nullam facultatem accipit remedium.

Erratum ergo in hoc fuit insigniter, quod ----
„(1) istæ qualitates, quæ medicamentorum ope„rationes insecutæ fuerunt, ipsis medicamentis „attributæ sint formaliter & absolutè, cum ta„men non nisi effectivè inde procedant, & respe„ctivè saltem ipsis conveniant, quatenus nem„pe vires suas respectu corporis nostri exserunt „v. g. sicut in magnete est vis tractoria insignis „non absolutè, sed respectivè respectu ferri sal„tem; ita in remedio est vis calefactoria, laxa„tiva, resolutiva, vel confortativa, non abso„luta, sed respectiva, nempe partium corporis „animalis, in specie humani respectu, cujus ra„tione his vel illis virtutibus pollent. Sic ☿ vi„vus determinatam & medicamentosam vim, „quam exserit in corpore nostro, respectu hujus „habet aliam, quam in auro exserit: sic amyg„dalæ amaræ, quæ homini medicamenta sunt, „gallinis venenum esse dicuntur; quod si verum, „mirum unde hoc fit.

„2. Quod facultates operatrices medicamen„torum considerentur, non quidem respectu corporis humani, qualitatis, sed quatenus viven„tis; nec enim eædem in utrumque operationes „sunt. Hinc distincta est operatio medicamen„torum in corpore vivo, ab illa, quæ fit in mor„tuo, nam ubique variat operatio, dum v.g. piper, „sinapi &c. in corpore mortuo nullum ruborem, „nec ardorem, nec minimam vesicam, excitant, „secus ac in corpore vivente. Sic butytum anti„monii extrinsecus admotum (& pro fontanellis „excitandis adhibitum à nonnullis) corpori vi„venti, hoc corrodit, exedit ejus cutem, atque „dolorem & inflammationem excitat; in mortuo „autem corrugat saltem leniter cutim, non vero „corrodit. Cantharides pro vesicatorio adhibitæ „in corpore vivente, primò punctionibus rubo„rem, post vesicas, & escharam etiam excitant; „in mortuo autem nihil operantur, & sine effectu „sensibili adhibentur eædem.

3. De Externis observandum, dum certæ fa„cultates operatrices tribuuntur remediis, venenis, „&c. quod intelligendum hoc sit non formaliter, „sed virtualiter seu effectivè, hoc est, conveniunt „facultates remediis, non quod ipsa remedia in „se sint talia, sed prout ex applicatione talium sub„jectorum ad corporis nostri partes quascumque, „& inde mutua actione & passione tales qualitates, „tanquam certi effectus, procedant: v.g. piper „non est in se calidum, seu formaliter in se ha„bet calorem, sed exserit vim in corpore nostro „ob seminalem minimorum texturam, ex qua me„diante motu similis fit motus ac impressio in lin„gua, quam excitatam & sensatam vocamus Ca„lorem, id est, corpori calorem tantum infert „per virtutem eam, qua dum corpori applicatur, „in illud agit, simili modo ac ex ♎eis particu„lis. Nam nec △ proprie & per se est calidus, „sed saltem manui admotæ ex particularum sua„rum motu talem motum & impressionem facit, „quæ calor à nobis dicitur; unde simili ex effe„ctu malè de simili causa mox argumentatur. „Par ratio est in omnibus remediis; habent enim „suas potentias, ut corporis nostri partibus ad„mota, harum respectu certos effectus, diver„sos etiam inter se, exserant. Dependet ergo „facultas remediorum certos producendi effectus „ab applicatione objecto alicui determinato; tan„tum enim abest, remedia per se calida, frigi„da, purgativa, soporifera, &c. esse, quan„tum de ☉e dicere non possum, illum in & per „se formaliter habere vim duritiem inferendi, quâ „indurat lutum, seu mollitiem aut singularem „facultatem liquefactivam, quâ ceram liquefacit: „quia hæc virtus & inde orta operatio non à vir„tute efficientis, sed substratæ materiæ condi„tione in objectorum varietate, in qua ejus vis „generaliter, sed eodem modo, unicè depen„det. Sic quoque medicamenta absolutè tales „vires non habent, sed saltem quatenus vires „exerunt pro diversitate saltem partium corporis „nostri, & pro varia sui applicatione ad determi„nata subjecta diversos quoq; exerunt vires ac vir„tutes, & pro objectorum saltem varietate varios, „modo caliditatis, modo frigiditatis, modò pur„gationis, modò sudoris, edunt effectus. Igi„tur ∽ nitri, cujus acidæ, rigidæ & acumi„natæ particulæ aliam operationem in lingua, „acidum nempe saporem, aliam in oculo, ut do„lorem; aliam in cute, ardorem nempe cum „corrosione; aliam in sanguine; aliam cum spi„ritu

„ritu vini, aliam cum Marte, saporem summè „stypticum; aliam cum sale tartari, cum quo „effervescens mixtione in perfectum demum abit „☉ regeneratum, sub eadem licet materiali tex„tura, unde plures qualitates, ceu tot operati„væ potentiæ, ipsi tribui possunt; qui tamen „sicuti simplex uniformis, in se nec acidus, nec „dolorosus, nec corrosivus, nec stypticus, nec „dulcis est, sed pro textura sua materiali, & „simplici ejus in plura & diversa objecta actio„ne, sensiles effectus diversos, & multiplices „facultates, diversimodè denominandas sortitur „& exserit; ita & remedia non habent in se „istas qualitates & facultates, quas sui usu in „corpus nostrum exerunt, sed ista ex sola illa„rum textura materiali, ejusquè diversis parti„bus corporis nostri viventis applicatione, ori„untur: unde idem remedium, in distinctas sal„tem partes agens, nunc dici potest, & est etiam, „Sudoriferum modo calefaciens, dureticum, quia „in distinctis saltem partibus distinctas exerit vir„tutes, & in has diversimodè agit; cum tamen nec „calefacientem, nec frigefacientem, nec purgan„tem, nec sudoriferam efficiendi virtutem in se „habeat; sed applicatum corpori effectivè hoc „præstet, habitâ nempe ratione agentis ad pa„tiens applicati, &c. Sic ♄ refrigerat inflamma„tiones, non frigoris efficaciâ, sed ratione tex„turæ suæ materialis, qua Acida absorbet, à qui„bus inflammationes & rubores; sicuti etiam „creta sodæ seu ardori ventriculi succurrit, non „quatenus frigida, sed quatenus ejus minutæ „particulæ ita sunt conformatæ & contextæ, ut „quæcunque Acida, quæ attingunt, mox imbi„bant, & ita cum Acido in stomacho novum „concretum invicem efficiant, quo fit ut vitiosa „ista effervescentia, quæ ab Acido anteâ fiebat, „remittat, & consequenter soda cesset. Habent „enim remedia potentiam, ut corporis nostri „partibus admota, harum respectu certos effectus, „diversos etiam, exserant; sicut cochlearia scor„butum curat, non quatenus supponitur calida, „sed ex specifica textura particularum ejus mi„nutissimarum, dum nempe hæ constituunt „concretum adeò acre, subtile, penetrans, quod „Acidum vitiosum in scorbuto peccans sui mi„scela corrigit, destruit, & in aliam quasi na„turam transmutat, cujus texturæ nucleus seu „specifica crasis in istis volatilibus & acribus „particulis, seu, ut aliàs vocatur, ☿e volati„li acri, præcisè consistit, reliquo corpore ceu „effœto nihil virtutis medicamentosæ antiscor„buticæ obtinente.

„Adeoq; impropriissimè remediis attribuuntur „certæ qualitates Caloris, frigoris, purgationis, „&c. à quibus fiant ejus operationes, sicque actio„nes in corpus nostrum fluant, nempe quod tot „sint entia distincta, quot sunt qualitates medica„mentosæ vulgò dictæ, quarum ratione in corpo„ris nostri partibus eæ sint operativæ; quod ta„men falsissimum est, cum non sint illis forma„liter, tanquam tot entia realia distincta.

Frustra ergo huic qualitatem manifestam, illi occultam, isti calefacientem, alii demum adstrictoriam, &c. tribuimus, tanquam conceptus meros; quæ enim hæc omnia operantur, ita operantur ratione minutissimarum partium, quarum textura ita affecta & constituta est, ut in corpus aliud se insinuare, idque variè afficere queant, nisi alterationes, quæ in sensus incurrunt, ex qualitatibus manifestis esse dicamus; quæ verò sine sensili operatione fiunt, ex occultis esse. Quomodo ergò determinatam qualitatem uni certò subjecto affingere possumus, cum effectus omnes remediorum varii à subjectorum varietate dependeant?

Malè itaque imponuntur remediis omnes hæ qualitates, quæ tamen sunt non-entia, cum remediorum particulæ ratione texturæ suæ & modi applicationis ad corpus nostrum, vel ejus partes, vires suas tantum exserant, effectus scilicet certos excitando; qui illis dein imponuntur quidem, in se tamen non habent. Unde sequitur, hoc non tantum secundum qualitates manifestas, primas & secundas sic dictas, sed occultas etiam, esse falsum, sive dicere velimus, talem alterationem manifestè afficere sensus, Tactum, &c. quam postea vocamus qualitatem manifestam; sive occultè, hinc occultam dicendam esse: Quæ omnia tamen nondum satis explicata aut probata sunt, nec unquam probari possunt. V. g. clavis seram aperit, non propter vim reserativam formaliter talem, sed saltem ex specifica textura & superinducta conformatione, qua non nisi huic seræ reserandæ apta est, non alii. Sic non possum dicere, spiritum vitrioli esse calidum, seu qualitatem caloris in se habere, quoniam cum spiritu vel oleo terebinthinæ, effervescit, & intensissimum ardorem efficit, nam talis ~ vitrioli in corpore nostro vires contrarias exserit, & hoc frigefacere videtur; hinc frigidus quoque vocandus esset, cum hac ratione diversos effectus exerat. Pariter piper in se non magis calidum est, quàm glacies, ob rationes supra dictas; nec minus frigidum est, quam absinthium propriissime: Quod autem ab opio oriatur Alteratio frigida, non pertinet ad essentiam ejus. Maximè ergò superficiaria est hæc qualitatum doctrina, qua specificæ simplicium dotes fuerunt neglectæ & confusæ.

Unde & distinctio qualitatum in manifestas & occultas, & istarum in certas mansiones seu gradus, est penitus futilis & nulla; unde descriptiones virtutum remediorum, quatenus ita juxta qualitates describuntur vulgo aut distinguuntur, pariter nullius pretii sunt, ex eo, quod corticem saltem medicamentosum, nucleum verò crassos seminalis, & emergentem hinc saporem specificum seu proprietatem singularem, non attingant.

Communiter quidem insuper ex sapore, odore, inflammabilitate, signatura, experientia, aliisque proprietatibus externis, investigandos modos facultatum medicamentorum esse dicunt, hincque vires eorum derivant; sed inanis quoque est hæc sententia. Sola siquidem experientia est, quæ operationem in corpore humano observat, sicque remediorum naturam per effectum investigat. Sapor enim extrinsecum saltem est Accidens, quod nullum habet respectum ad operationem in corpore nostro internam: Sic. v. g. Amarissima sunt opium, colocynthis, absinthium, fella animalium, aloë, &c. & tamen hæc amaricantia in operationum, respectu corporis nostri, varietate toto cœlo differunt: *conf. HOFFMANNUS in clave Schræder. pag.* 41. Gustus judicio ~ nitri est acidus, qui variis corporis partibus admotus

motus, multiplices operationes exerit, quarum nullum planè augurium ex gustu haberi potest. Par ratio est de odore. Quoad inflammabilitatem seu sulphuris præsentiam, hinc subsequentem intensiorem caloris gradum concludendum, nil præter ♃ eum quid eruit, respectu cujus calefacere potest. Quid enim odor moschi in quibusdam mulieribus ad excitandum passionem hystericam? aut quid castoreum ad eandem reprimendam confert? quod in aliis contrà etiam succedit. Signatura est frustranea; à similitudine enim medicamenti cum parte quadam corporis convenientia, seu quod huic conducat ideò, concludere, absurda esset consequentia. Quid enim conferunt signaturæ? quod, sicut hypericon habeat folia perforata, ergo ad curationem vulnerum sit aptum! Par quoque ratio de reliquis est habenda. *Sola ergò* saltem, quæ restat, *Experientia in medicamentorum facultatum investigatione palmam obtinet*, per quam vis specifica primariò innotescit.

5. Omnia medicamenta saltem per contactum suum corporalem seu materialem, quem habent cum istis partibus, in quas immediatè operantur, seu agere debent, agunt, ratione texturæ suæ materialis secundum minima, qua in partibus nostri corporis, mediante certo motu vel quiete, certas mutationes faciunt, quas insequuntur immediatè alterationes istæ plus minus sensiles in corpore, quæ à nobis deinde per sensuum organa, tanquam qualitates remedii consequenter seu qualitatum nomine, concipiuntur, sive præcisè agendo, sive patiendo hoc præstent: Agendo v. g. Mercurius vitæ spiculis suis ventriculum vellicat, hinc sequitur vomitus: patiendo v. g. Martialia, hæc dum recipiunt in se acidum vitiosum corporis, quæ in ea irruunt, & secum cum fecibus eliminant, medicamentosa existunt; Hinc enim pro texturæ mutatione, etiam virium, vel præparando vel componendo, fit subinde mutatio, & interdum novarum introductio. Nihil enim nisi materiale corpus remedii ex variis particulis minutissimis, nempe aqueis terreis, acidis, pinguibus seu sulphureis, & urinosis ac spirituosis constans, formaliter ex minimis variè contextis, certæ figuræ, magnitudinis, situs, quietis & motus, concipi potest. Ex his medicamenti textura, ex hac impressio resultat in corpore nostro, quatenus partes eæ, sui contactu in partibus nostri corporis impressionem facientes, certum effectum, variasque adeò virtutes & mutationes, ob partium contextarum varietatem, producit & præstat. Hæ ergo mutationes omnes factæ sunt remedii effectus, & malè à nobis, tanquam distinctæ qualitates à corpore remediorum concipiuntur.

Quatenus ergo remedia diversas habent vires ratione suæ texturæ diversimodæ, hoc est, ob unionem minutissimarum particularum tale corpus constituentium, & diversa objecta, quorum poros subeunt; eatenus etiam habent distinctas operationes & immutationes in corpus nostrum. Hinc e. g. prout particulæ ☉ium volatilium ratione suæ figuræ & texturæ, alio modo afficiunt linguam, alio nares, oculos, alio massam sanguineam, alio renes, &c. quatenus nempe urinosæ eorum particulæ pro partium varietate varias exserunt alterationes; eatenus in his dictis sequuntur diversæ alterationes in partibus corporis nostri, quæ sunt effectus medicamenti, ex iisdem particulis oriundi, prout diversum saltem motum & alterationem in iis efficiunt. Sic particulæ *resinosæ jalappæ*, prout ita sunt contextæ, ut in intestinis tormina cieant & purgent, in massa sanguinea *liquabiles fiant*, ita, ut hanc fundendo & colliquando eam alterent, sicque texturam ejus immutent, prout autem simul aculeatæ illæ particulæ sunt, respectu particularum acutarum, quas infigunt in ventriculi & intestinorum tenuium membranam, hanc vellicando compungunt, & ad motum contractorium seu spasticum concitant fibras excretorias, pro contentis quibuscunque quocunque modo expellendis & excludendis; sicque hujus ratione purgare, liquefacere, tormina ciere dicuntur, adeoque ipsis Attributa vulgò Facultas purgatrix inesse dicitur. Sic ♃ cretæ assumptus acidum sodæ effervescens corrigit, stypticum saporem acquirendo, si cum Acido seu spiritu nitri miscetur; eadem ratione ulceribus manantibus inspersa acidum ichorosum seu uliginem sordium absorbere, sicquè exsiccare dicitur: Quæ omnia agit ob texturam suam particularum terrestrium, nonnihil metallicarum, quæ infixas sibi acidas absorbent, inque porosam suam substantiam recipiunt, quarum respectu vim hunc extra & intra corpus efficit, quæ ipsi tribuitur, diciturque absorbens; Hæc enim cuncta agit ex diversa ratione applicationis & texturæ mutationis. Quod autem ex textura minimorum seu particularum minutarum immutata omnis vis medicamentosa mediante contactu corporali resultet, probatur quod, prout mutatur textura particularum, & particulæ in alium situm transponuntur, etiam in agendo virtutes immutentur, aliterque operentur, & nos afficiant. Sic igitur v. g. *colocynthis* per se propinata respectu particularum suarum minimarum seu acrium & ob texturam specialem stomachum & intestina rodentium, demumque massam sanguineam afficientium, irritando, stimulando, humores fundendo, &c. sicque purgare dicitur; sed addito ☉♀ aliam texturam cum novæ concretione acquirens, hæc virtus cessat, & ex valido & potenti purgante econtra emergit simplex resolutivum, sordium viscidarum incisivum, ac potens absterstivum; immutata enim est per ☉♀ additum textura, quod particulas ejus in stru invertit, aliter in actione dirigit, & alium effectum præstat, quia inverso partium ordine combinata est cum sale addito. Sic ☿ vitæ vel magisterium ex regulo antimonii cum particulis quibusdam acidis per spiritum ☉is ex Mercurio sublimato constans, & concretum quasi vitriolicum factum, habet hanc texturam partium acutarum, ut stimulet, rodat & vellicet membranam ventriculi interiorem, pylori contracturam vomitumquè excitet; hâc autem textura ejus per ☉♀ additum inversâ, Acidum ejus adhærens infringitur ab alcali & absorbetur, sicquè textura ejus mutatur, & evadit vel plane non, vel leviter & blandum, per inferiora saltem laxans, sublatâ virtute virulentâ purgatrice; qui ☿ vitæ, si porro per Acidum ∽ nitri, seu Acida alia addita, prorsus invertatur, loco Vomitorii purgantisvè evadit medicamentum diaphoreticum, Bezoardicum minerale dictum, fit alcalinum, absorbens Acidum, impediens aliâs sudores; vis enim in hoc medicamento catharctica & diaphoretica mutatur solum pro texturæ mutatione. Pari ratione ☿ vivus remedium insons eâ prodit formâ, quâ assumitur, sed mutatâ sui texturâ, additione acidi ∽☉is communis, vel aliorum, per sublimationem fit sum-

fit summè venenosum, corrosivum, & acerrimum; cui demum additus ☿ vivus de novo, ex adhæsione & combinatione utrarumque particularum fit nova textura, novumque concretum, ☿ *dulcis* dictum, remedium potenter absterſivum & laxativum, viſcidorumque inciſivum; ex quo tamen ſpiritu atque cum ſale tartari mixtione & præcipitatione, per novam mutationem texturæ fit *Turbith Minerale*, purgans, & continuato uſu demum ſalivatorium. Sic *Piper & Arum* dicitur calidum insigniter, & potenter ſtomachum corrigere & calefacere; in quibus ſcilicet particulæ insigniter ſunt acculeatæ & acerrimæ, quæ eadem ratione, qua pungunt linguam, & phlogoſin quaſi faciunt, etiam afficiunt ventriculum, & mucum in eo hoſpitantem incidunt, & potenter reſolvunt: Percepta ſic virtus, ubi ad ſubſtantiam ventriculi membranaceam penetrant, ac aculeis ſuis pungunt & irritant eam, dicitur ſentire calorem, & ambo hinc ſtomachica prædicantur, cum habeant vim attenuandi, incidendi & conſumendi mucum ventriculi. Sic in *Spiritu nitri dulci* eſt vis carminativa ſeu flatuum diſcuſſiva, ratione particularum acidarum ſeu ⦶ſarum, mucum diffluere facientium, junctarum cum ſulphureis ♈, quæ ſolvunt pituitam viſcidam inteſtinorum, ut in corpus fluidum abeant, nec ampliùs vi elaſticâ motum flatuoſum excitare valeant, illamque uberiùs ad exitum propellant. *Spiritus vitrioli* in ſe non eſt acidus; ex hoc autem cùm creta ſit concretum inſtar aluminis, fibras ſtomachi & inteſtinorum ſummè adſtringens, hujus textura conſiſtit in particulis ~ viſtrioli, acidis dictis, junctis & abſorptis ab alcalinis in creta. Hoc autem ſoluto in ▽ ſimplici, & præcipitato cum ſale tartari, per evaporationem ſeparati humoris ſupernatantis ▽æ præcipitatæ, emergit novum concretum, à priori nimium quantum diſcrepans, *Tartarus Vitriolatus* nempe communis, viſcidorum inciſivus, attenuans, diureticus, &c. Hic conſideremus ulteriùs *ſpiritum nitri* (proſequendo nobilem de Facultate operandi modò naturam:) hic in ſe conſideratus nec calidus nec frigidus dici poteſt; ſi verò miſceatur cum ſpiritu vini rectificato, vel cum oleo terebinthinæ, effervescendo cum his, intenſiſſimum Calorem excitat; cum ſpiritu verò ſalis ammoniaci urinoſi, aut ſimili volatili alio mixtus idem ſpiritus nitri, frigus notabile & intenſum loco caloris producit. Solvit idem ~ ☽am, compactum metallum, ſed picem, ceram, lignum, vel ſimile corpus mollius & tenerum ne attingit quidem. Sicut ergò ~ hic non poteſt dici calidus, nec frigidus, nec ſolvens, niſi reſpectu miſcelæ cum corporibus dictis, quibus applicatur; ſic quoque remedia non poſſunt dici abſolutè tali vel tali facultate aut potentiis prædita, niſi reſpectu partium variarum corporis humani, dum ex applicatione eorum tale quid in hiſce evenit, effectivè verò eas ſortiuntur vires, quæ malè ſimpliciter iis ineſſe prædicantur.

Vires ergò tribuendæ remediis habent eas non abſolutè & formaliter, ſed reſpectivè. Jam verò ſicut non dici poteſt, quod in ſpiritu nitri ſit certa qualitas, quæ reſpectu ♈ vel olei terebinthinæ, item ſalium volatilium, ſit calefaciens, refrigerans, &c. cum omnia hæc agat & operetur in dicta, reſpectu texturæ ſuæ particularum minutarum ſecundum magnitudinem, figuram, motum, quietem & alias proprietates, quatenus immediatè particularũ ſuarũ contactu ſeſe aſſociat minimis texturæ alterius, eamq; aptus eſt hic ~ ratione configurationis ſuæ ita immutare, ut diverſam concretionem diverſosque modos acquirant invicem, ob particulas ita figuratas, ut cum luna coëant, illamque ſolvant, cum aliis verò non; ita pari ratione remedia non per qualitates, ſed ſaltem ſimpliciter ſecundùm texturam particularum ingredientium, ſecundùm minima corpus noſtrum afficientium, ſicq; partibus ejus applicatarum, tales effectus producunt, ipſis ſub nomine Qualitatum vulgò qui attribuuntur.

Textura autem illa ſpecialis (quæ aliàs dicitur forma, & à qua Qualitates variæ derivantur) oritur ex principio corporum ſeminali, quippe quod, utr dat corpori primum eſſe, ſeu corpus aliquod primum, quod ex principiis naturalibus contexuit; ita etiam eſt immediata origo texturæ ſeu craſeos concretorum & omnium iſtarum virium exinde reſultantium, quas reſpectu aliorum poteſt exſerere. Sicut enim principium ſeminale eſt, quod conſtituit materialiter & formaliter medicamenta, ſeu quod materiam, & ex ejus determinata figura & partium textura, formam cujuscunque rei conſtituit; ſic in *Abſinthio* v. g. à principio hoc ſeminali, quod reſpectu texturæ & applicationis variæ Qualitates deprehendantur; ſcilicet reſpectu linguæ Amarities, ventriculi virtus ſtomachica, febrium intermittentium virtus febrifuga, inteſtinorum vis adſtrictoria, &c. oriatur; & ſic conſequenter operationum in aliis corporibus ortarum par habenda eſt ratio medicamentorum.

Porrò dum dico, eſſe illud principium cauſam hujus texturæ, & operationum ex hac emanantium, dico inſimul, illud eſſe principium hujus texturæ corporis, ejusque potentiarum reſpectivarum, nunc immediatum, nunc mediatum. Prius eſt, quando ipſæ res, prout à natura ſe nobis ſiſtunt, ſeu ſub ſchemate eo, quo concretum aliquod ipſa natura produxit, applicantur; Poſterius verò eſt, quando per artem textura concreti vel ſub præparatione, vel ſub compoſitione diverſimodè immutatur; e. g. Sulphur abſtractivè ſumptum ratione texturæ ſuæ materialis habet certas potentias & alias, quàm habet ☿ vivus, & quicquid ambo habent, poſſident immediate à principio ſui ſeminali; ambo verò hæc per compoſitionem ſociata, dant novum concretum, nempe Mercurium cum ſulphure antimonii, i. e. cinnabarin antimonii, quæ longè alias virtutes, externas reſpectu coloris, & internas reſpectu effectus, nempe diaphoreticas, antepilepticas, anodynas, &c. diverſas ab iis, quas per ſe ſingula habent, ſortitur. Niſi enim jam à principio ſeminali ſingularem texturam haberent, non poſſent in cinnabarin combinari; quia textura hæc ejus oritur immediatè ex textura particularum alia, mediatè autem ex miſtione & immutatione texturæ & particularum invicem.

In textura autem iſta medicamentorum ſecundùm minima materiali, in qua earum vis medicamentoſa fundata eſt, conſiderandus eſt texturæ nucleus, ſeu craſis ſeminalis *HELMONTIO* dicta, vulgò Chymicis *Quinta Rerum Eſſentia*, *PARACELSO* eſſentiatum; quæ eſt ſubſtantia in concreto maximè medicamentoſa, reſpectu cujus alia concreti particulæ ejus ſimilem operationem exerere nequeunt, hoc eſt, purum concreti ab impuro debet ſeparari: v. g. in cinnamomo vis tota analeptica medicamenti hujus conſiſtit in oleo ejus vola-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0282-9 DFG

volatili, quod totam crasin ejus seminalem in se continet; cortex remanens est cadaver spoliatum omni virtute medicamentosa, hocque ℞ quinta cinnamomi essentia, seu crasis ejus seminalis, meritò vocari potest. Sic jalappæ vis purgans diffusa quidem est per totum ejus corpus, crasis tamen laxativa velut in nucleo concluditur in resinosa substantia, quæ ritè extracta est resina ejus seu quinta essentia, reliqvum inerme est cadaver. In hisce ergò operosa est Chymia purum ab impuro separans, recondito nucleo, corticibus verò ceu inanibus rejectis.

Textura dicta minutissimarum particularum in concretis, earumque seminalis crasis, cùm certò à priori definiri adhuc nequeat, ob id secundùm particularum quarundam in concreto magis prædominantium, in specie per particularum ⊖inarum, Acidi nempe & Alcali seu Urinosi, proprietates circumscribi solet; quia

(1.) Dictæ ⊖inæ particulæ pro materialium textura primatum obtinent inter alias, nempe pingues seu sulphureas, aqueas & terreas particulas, utut hæ ipsæ omnes probabilissimè ex sola ▽ primam nanciscantur originem.

(2.) Quia ex iis effectus quamplurimi naturales deduci possunt.

(3.) Quia aliàs in omnibus, tàm naturæ quàm artis operibus, mirabiles planè ac simul potentes se exhibent; &

(4.) Ipsa simplicia & particularia remedia saporum variorum sensu, proximè ex ⊖inis principiis derivandorum, ceu tot differentibus medicamentorum craseos indicibus, se nobis subinde exhibent.

Habemus enim acida & alcalina in vegetabilibus salina principia: Illa in acetosis fructibus, succis, lignis, &c; hæc in antiscorbuticis, vulnerariis &c. In animali regno præ cœteris ⊖ alcali volatile, copioso oleô temperatum, (sub quo occultatum est Acidum) luxuriat; in mineralibus verò imprimis Acidum dominatur, nunc crudum, nunc pinguedinis tegmine ♢eum; quod vel fixius, adeoque temperatius & nobilius, ut in metallicis, vel volatilius & acrius, ut in reliquis.

Cœterùm sub generali isto Acidi & Alcali conceptu specialis horum in unaquaque specie, & ut dixi, seminalis differentia, attendenda est, secundùm quam specificas & sibi proprias qualitates seu dotes obtinent; hinc v. g. sal alcali in armoracia specificum est antihypochondriacum; sal volatile oleosum in chelidonio majori specificum antiictericum; Acidum ∼ ⊖is est speciale diureticum; Acidum ∼ nitri est specificum carminativum, &c.

Contra hanc tamen doctrinam, quod medicamenta per Contactum corporalem, & qualemcunque texturæ suæ materialis miscelam, aut applicationem ad corporis partes operentur, tria potissimùm solent objici, & videntur obstare. Prima ratio est *Vis medicamentorum*, præsertim sublimiorum, *irradiativa*, in distans operatrix, ab *HELMONTIO* tantopere decantata, quâ remedia sine ullo contactu vel materiali suâ miscelâ, saltem per influxum quendam idealem, adeoque virtualiter medeantur morbis. Statuit enim hic, superiores & sublimiores medicamentorum agendi potentias seu particulas in stomacho se explicare, atque exserere & afficere saltem irradiativâ virtute instar radii luminosi Archæum, qui occasione remedii varias ideas cudet, pro quarum ductu dirigatur in Cura morborum, ut idem medicamentum diversas operationes exserat: item cùm ipsi *HELMONTIO* oriantur morbi tantùm non omnes proximè ab ideis vitiosis aut peregrinis in Archæo pictis, operari remedia saltem vel istas ideas peregrinas Archæi extinguendo, vel alias novas, istis, in Archæo præexistentibus, contrarias tanquam in speculo repræsentando, quorum intuitu Archæus novam ideam rerum agendarum sibi fingat, & reducatur in debitum operandi modum, ipseque certo modo dirigatur in morborum medela. Hæc doctrina *HELMONTII* videtur comprobari, quod quædam sine imminutione ponderis excernantur ex corpore, & tamen potenter operentur; v. g. globulus ex regulo antimonii rejiciatur integer sine tantilla mutatione, vel in forma vel in pondere, licet mille vicibus propinetur. *HELMONTIUS* probat per Infusa antimonialia, quæ citra materiæ communicationem irradiando saltem vim singularem medicamentosam Infuso tribuunt, ut idem vitrum millies post hæc infundi queat, eodem pondere, iisdem viribus & vi inexhausta, non amissa, rejectum; sicque citra materialem sui communicationem, odorem quasi tantùm Infuso largiendo, operationem & effectum emeticum edat. Hoc etiam ulterius probare vult per Mercurium vivum, in præparatione ▽æ Hermeticæ, vel cum ▽ communi seu appropriata quadam, ut hyperici, graminis, florum sambuci, & in quibus Mercurius infunditur probè depuratus, in loco calido per diem & noctem relinquitur; vel probè invicem tantùm agitantur, ac decantatus denique liquor egregii usus deprædicatur in vermibus necandis & expellendis internè, & evporiston optimum scabiei externè: Mercurium ergò nihil communicare ▽æ dicit, cùm subsideat eodem pondere, ut pro eodem usu creberrimè sic infundi iterum possit; cùm, quia nihil decedat, nequeat dici, eum per materiæ seu minima communicata operari; ceu prolixiùs hoc urget *HELMONTIUS in Tractat. In herbis, verbis & lapidibus magna virtus.*

Sed non opus est, ut ad hanc irradiationem, quia non est perceptibilis, refugiamus; exempla enim hæc id, quod debent, minimè probant: Falsum enim est, vitro antimonii nihil penitus decedere in Infusione cum vino vel aqua appropriata; alterationem enim utique patitur per Infusionem sive vini sive aceti. Acor quippe horum subtilissima quædam, licet pauca & mole minima, adeoque non sensibilia, ex vitro seu croco ramenta abradit, secumque auffert, quæ propter sui exiguitatem & paucitatem oculos fugiunt, rursusque acidæ & tenuissimæ vini aut aceti particulæ intra poros vitri antimonii vel croci ejusdem se abscondunt, & his se insinuant ac ingressu suo, eas, quæ ablatæ sunt partes, complent, sine notabili aut nullo ferè ponderis decessione, quod ex hoc non variare observatur, quia acidum liquorum horum poris vitri se insinuat, & licet præcipitentur seu subsideant, defectum sic supplet abrasatum vel abreptarum paucarum particularum: vid. *PECHLINUS de Medicam. Purgant. Facultat. cap. 6. pag. 77. 78. & 79.* Quod verò ramenta quædam sint abrasa, patet ex eo: si infusio in copia facta sit, observatur semper aliquid in fundum

 sece-

secedere, si immota hæc aliquandiu persistat; hinc etiam est, quod in superficie liquor infusus minus seu non validè; inferius verò seu in fundo validissimè purger, & potentioris sit effectus, quàm superior pars, propter ramenta ibi congregata per subsidentiam. Quod autem acidæ particulæ poris vitri se insinuent, & ponderis supplementum præstent, ex hoc probatur; quod vitrum sæpissimè infusum, nihil vel parum virium demum retineat vel suppeditet, aut pauxillum tantùm in ▽ vel liquorem emittat, nisi de novo factâ calcinatione & fusione per ignem, particulæ acidæ liquorum extraneæ hospitio suo pellantur & rursus separentur, dum demum, crustâ quâdam separatâ, & libertatem nacta vis purgans de novo se explicandi & infuso conjugandi, ita excitatur. Neque alterum exemplum probat vim irradiativam remediorum. Quoad Mercurium enim, notandum, quod etiam optime depuratus superficiem tamen habeat nigricantem, idque ex particulis à terrea substantia arreptis. Dein si aqua ista Mercurialis, vel per decoctionem vel per insusionem tantùm facta, ritè consideretur, aliquid tamen ex Mercurio suffurari per illam deprehenditur. Quamvis enim Mercurius purissimus videatur, semper tamen nigricantem substantiam saturninam metallicam admixtam habet; hæc ex parte secedit in ▽m, minutissimas tamen Mercurii particulas secum habet junctas in ▽ hinc inde fluctuantes, respectu quarum vim suam hæc ▽ exserit; diffusus quippe sic per totam aquam est. Si autem in copia hæc ▽ præparetur, & aliquandiu seponatur, subsidere tandem guttulas minimas Mercurii vivi, in fundo collectas successivè & unctas, visu quoque deprehendere est. Operantur ergò hæc utraque pro materiali sua admistione, non verò radiativâ vi. Cur autem detrimentum adeò exile in illis hactenus non observatum fuerit, aut vix observari queat, rationes suggerit BOYLE, qui videatur *Tractatu de summa subtilit. effluv. cap. 5.*

Secunda ratio, quæ obstare videtur, est, quod nempe remedia quædam naturæ & texturæ firmioris sint, quæ ultra primas vias, præsertim stomachum & intestina, viasque ☿rias, notabiles operationes edere nequeant, in longè tamen dissitis locis & partibus corporis remotioribus seu extremis operationes insignes edant, ac ibi vim suam exserant: v. g. Cinnabaris antimonii, quæ excernatur licet rursus per alvum in infantibus & aliis, & sic ultra primas vias corporali suo contactu non pergat, adeòque virtutem suam, quam per se exserit, haud longiùs extendat, suas tamen operationes in febribus malignis egregiè peragit diaphoreticas, anodynas & antiepilepticas. Par ratio est fixiorum plus minus terreorum & metallicorum, v. g. Martialium, antimonii diaphoretici, Bezoardici mineralis, & aliorum fixorum antimonialium, ultra primas vias non pervenientium, & tamen sudorem in totius corporis superficie optimè brevi moventium. Refert huc *HELMONTIUS* ♃a fixa metallica, in specie ♃a vitrioli anodyna, quæ admodum jactitat hinc inde, quæque in ventriculo saltem per radii sui diffusionem, Archæum afficiendo, operentur: vid. *Tractatus à Sede Animæ ad morbos* §. 21. *p.* 299. & *Tractatus: Confirmat. Morborum Sedes in Anima*, §. 14. & 17. *pag.* 565, & *TACCHENIUS in clave cap.* 8. *p.* 194: item *cap.* 9. *pag.* 287. & *sequent.* Sed de his dabitur occasio respondendi in sequentibus. Distinguendum ergò hîc inter effectus remediorum immediatos & mediatos, seu per se & per Accidens factos: Tales enim tantùm sunt mediati, mediante nempe Alteratione humorum & succorum in primis viis factâ, quatenus vitiosos sapores Hippocraticos, errore digestionis primæ enatos, ibique nidulantes, corrigunt, absorbent ac invertunt, à quibus ut longè dissiti subinde generantur affectus, ita & istis remotis iidem curabuntur. Sic concreta fixa & præcipitantia vulgò dicta, v.g. Antihecticum Poterii, ♁ diaphoreticum Martiale, ex Mercurio vitæ paratum, non penetrant ad massam sanguineam, sed in primis viis operantur, non secus ac osteocolla in fracturis ossium, & crystallus pro scaturigine lactis: vid. *Dissert. mea de Præcipit. pag.* 25. Et posito ea ad massam sanguineam penetrare, alterabuntur tamen in ventriculo à sapore fermenti plus minus acido, & sic saturata & enervata plus minusvè activa, pauca efficient ibidem.

Tertia ratio quæ obstat, *Curationes infert sympathetica, magnetica, &* per *transplantationem morborum*, de quibus quædam *inferiùs, ubi de morbis spirituum* agendum. Hoc saltem monendum, virtutem illorum remediorum non virtute remediorum irradiatâ, sed textura materiali, & per contactum corporalem fieri: v. g. in pulvere sympathetico est contactus corporalis vitrioli Veneris ritè calcinati cum sanguine vulneris vel narium ex hæmorrhagia. Virtus ergo hujus sese exserit in sanguinem, qui hanc longiùs per ∽ distribuit, & sic operatur.

Sit ergò firmum, operari remedia in corpore humano per Contactum materialem. Res enim patet ulteriùs, si consideremus, remedia operari eodem modo, quo applicantur. Fit hoc autem vel externè vel internè.

Externè sub forma lituum, emplastrorum, fotuum, &c. vel profundius interiora penetrant, vel in superficie cutis saltem vim suam & operationem exserunt. Quæ potentiùs penetrant, operantur simpliciter odorum instar, seu quatenus particulæ minutissimæ seu moleculæ certo modo contentæ effluviorum subtilissimorum saltem forma seu odorum instar successivè in corporis poros, & ita transeundo per illos se insinuant satis profundè intra corpus, adeòque vel per patulas earum vias insinuatæ, vel immediatè alterant partem subjectam, sive solida sive fluida sit, ejusque spiritum insitum simul afficiendo; vel mediatè & ulteriùs progressæ in sanguinem, in hujus ∽ influos ulteriùs se insinuant, eosdem penetrant ac alterant, sicque in corpore nostro multiplices operationes exerunt: unde in genere Externa, quo magis subtilia, spirituosa & volatilia, eò efficaciùs & promptiùs operari solent: v. g. quibusdam in usu sunt emplastra seu unguenta purgantia, Omphalica seu Umbilicalia dicta, ex scammonio, colocynthide, felle tauri, aloë pulverisata, &c. præparata, item de Artanita dictum; quæ umbilico ac plantis pedum applicata vel inuncta laxant, imò largiter interdum purgant, teneriores sursum, robustiores & duriores deorsum. Hæc operantur, dum particulæ eorum minimæ se insinuantes partim ventriculum & subjecta intestina vellicant, pungunt, horumq; humores seu con-

contenta ad excretionem ſtimulant, partim in maſſa ſanguinea aliaque corporis contenta ſe inſinuant, ejusdemque texturam ſolvunt, fundunt, colliquant, & ad inteſtina præcipitant & eliminant. Sic cantharides nuchæ aut alii parti veſicandi gratiâ applicatæ, & cutim ſubjectam erodendo, ruborem, inflammationem, & hujus ſuccum roridum in liquamen ſolvendo, hincque veſicam excitant; ſimul tamen ſanguini particulæ quædam ſeſe inſinuantes ſuccos partium roridos ſeu ſerum laudabile pariter in liquamen ſolvunt & convertunt, nuncque ad copioſam [illegible]æ in renibus ſecretionem adigunt, quæ ad veſicam depoſita in inſigniori quantitate excernuntur, imò dyſuriam & mictum cruentum aliquibus, & interdum veſicæ exulcerationem, inducunt, quod aliàs quoque fit, ſi internè non ritè aſſumantur. Sic ☿ vivus plantis pedum licet illitus cum axungia porcina, laſſitudinem totius infert, os, gingivas & collum inſigniter tumefacere faciunt, imò ſalivationem inſignem & horrendam, interdum & diarrhæam, totum corpus cum atomis penetrando, excitat, ita ut Ducatus in ore retentus obducatur albedine. Sic notum eſt, quod in rigore febrium intermittentium olea deſtillata acriora, caryophyllorum, macis, cinnamomi, menthæ, abſinthii, &c. ſcrobiculo cordis illita eundem notabiliter imminuant; ſicuti recordor Balſamum ſtomachale, ex oleo macis, caryophyllorum, cinnamomi, menthæ, &c. paratum, ventriculo propter vomitum illitum, ægrum ſub excretione ſaporem hunc percepiſſe. Hæc remedia igitur talia ſunt, quæ volatilitate & ſubtilitate particularum ſe odorum inſtar profundiùs inſinuant, & poros corporis usque ad ventriculum penetrant, hinc ⊖e ſuo volatili acri oleoſo Acidum, partes membranoſas ventriculi & inteſtinorum vellicans, deſtruunt; quorum virtutem indere & promovere later calefactus deſuper impoſitus inſigniter poteſt; ſic enim apertis poris per calorem & celerius & profundiùs fit ejusdem penetratio & operatio. Sic epithemata ex ſucco ſempervivi majoris, nitro & aceto, teſtibus applicata, ardorem totius corporis, hincque ſubſequentem cephalalgiam, nec non ebrietatem, à largiori vini hauſtu illatam compeſcunt, non ſecus ac narium hæmorrhagiam à ſanguinis ebullitione, refrænant; item in menſium nimio fluxu applicant etiam hæc epithemata mammis. Sic ♈ camphoratus, crocatus, lateri pleuritico illitus vel applicatus levamen præſtat mirabile, ſanguinis grumos ſub cute diſſolvendo & diſcutiendo, pus reſolvendo, dolorem & inflammationem ſiſtendo. De his externis legatur D. *MAJOR Diſſertat. de Inunct. Verticis* quæ elegans eſt. Quæ autem in ſuperficie ſaltem applicata vim ſuam exſerunt, ſunt Concreta fixiora, & quæ immediatè alterando partem ſubjectam ſolidam, cauſas morboſas intercutaneas ſaltem impediunt & removent, & hujus fibras & ſpiritum inſitum ſaltem alterant, ut Saturnina, ſive in pulveris forma, ſive litus, ſive lactis virginis forma, pro inflammatione, æſtu & ardore partium ſiſtendis, quæ operantur emolliendo, imbibendo, ſicque figendo particulas acidas volatiles, fibras cutaneas afficientes. Sic quoque lac anodynum dicitur, non cutim penetrando, ſed ſaltem ejus fibras blandè afficiendo & demulcendo, acre mitigando, ſicque emolliendo indurata, &c. quod itidem de reliquis cataplasmatibus emollientibus notandum.

Ex his ſequitur, qualis ſelectus in his remediis externis ſit habendus pro ratione & varietate uſus; ſi enim debet profundiùs penetrare, non adhibeantur fixiora, cùm volatiliora hoc ſolùm agant. Laudatur hinc *BURRHI* experimentum ex *BARTHOLINI Centuria* 3. *Epiſtolarum*, quod emplaſtrum heri admotum altero die removerit, quod totum conſumptum deprehenſum fuerit, & omne volatile ſe corpori inſinuaverit, ac tantùm materia aliqua viſcida remanſerit. Ad hujus ergò ſimilitudinem litus emplaſtriformis parari poteſt ex ſpiritu ⊖✳ci, ſubacto cum terebinthina, leviter calefactis, qui fit ſaponiformis agitatione factâ in mortario lapideo. Hic applicatus extrinſecus, anodynus eſt in affectibus doloroſis, ab Acido oriundis, planè mirabilis, cumque adeò penetrans ſit, de eo parum altero die reſtitat reſinæ viſcidæ, reliquis particulis volatilioribus intra corpus ſe inſinuantibus & ingredientibus; vel ad imitationem *DECKERI in Notis ad Praxin Barbette cap. de ſcrophulis* ex ⊖e volatili oleoſo, ſubacto cum butyro recenti non-⊖ito, Linimentum evadit anodynum emolliens & egregiè reſolutivum.

Ex his patet, malè remedia applicari externè Adſtringentia in iis hæmorrhagiis ex locis profundioribus & vaſis internis provenientibus. Sic mulierculæ quoque lumbis applicant emplaſtrum Comitiſſæ pro abortu præcavendo, cùm tamen hæc externa interdum cum nocumento in morbis internis & profundioribus applicentur; poros enim ſuperficiei claudunt. Non ergò niſi in vitiis fibrarum, & cutis externis applicanda ſunt talia.

Interna medicamenta aſſumuntur intra corpus, & alimentorum viâ ordinariâ deſcendunt. Hæc autem nunc propius operationem ſuam exſerunt, nunc ulteriùs ad loca remotiora ſe diffundunt & penetrant; idque pro texturæ materialis, vel volatilioris vel fixioris, vel ſolubilioris ac minus ſolubilis ratione, ac prout difficiliùs vel faciliùs ſunt alterabilia, & hinc pro circumſtantiarum ratione nunc in primis viis operationem exſerunt, nunc ulteriùs progrediuntur. Hinc corpus commodè in tres regiones dividitur, ad quas materialiter ſe extendunt operationes medicamentorum:

Prima Regio primas vias, hoc eſt: œſophagum, ventriculum & inteſtina, ductus felleum & pancreaticum, ut & vaſorum meſaraicorum quorumcunque oſcula, & ratione [illegible]æ potus vias [illegible]rias ſuo modo complectitur, ultra quam viam immediatè & propriè dicta remedia fixiora non adſcendunt, ut C.C. uſtum, Martialia, Antimonialia fixa.

Secunda Regio ipſa vaſa lactea, ductum thoracicum, vaſa ſanguifera, & his appenſa viſcera, quæ maſſam ſanguineam immediatè alluit, pulmonem, cor, epar, lienem & renes comprehendit, & etiam ipſam lympham ſuo modo complectitur. Talia remedia ad has vias immediatè ſe exſerentia ſunt volatilia & generoſiora ſpirituoſa, ∼ inflammabiles, ⊖ia volatilia, eſſentiæ, reſinæ, extracta, &c.

Tertia demum *Regio* cerebrum & connexum ſyſtema nervoſum cum membris remotioribus, & externam denique peripheriam corporis continet, ad quam *dicto modo* medicamenta volatiliora quoque penetrant, in ſpecie mediante ſudore, cujus beneficio longè latèque diffunduntur, quæ aliàs vix eo usque pertingere valerent. Nempe prout potentius

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0285-6 DFG

vel debilius, volatilius & fixius, magis vel minus alterabile fuerit remedium, etiam per se longius vel propius operationem suam extendit.

Res clara fit, si post assumptum purgans, quod materialiter se extendit ad sanguinem usque, & in habitu extremo faciens sudorem, non per purgationem operatur; quo enim magis medicamentum quoddam sudorem prolicit, eò longiùs vires ejus diffunduntur, hinc extendit se Purgans quoque usque ad cutem. Hæc autem omnia de trium harum regionum, ad quas materialiter sphæra activitatis remediorum se extendit, ambitu intelligenda sunt, quæ saltem operationem & effectum immediatum quemcunque per se exserunt, cùm & mediatè quidem & *per Accidens*, & prout respectu corporis considerantur, in longè dissitis etiam locis suas operationes exerere, & effectum post se relinquere queant: quod uti, secundùm quosdam, virtutem irradiativam poterat inferre, dubium tamen manet, quomodo hanc virtutem exserant. Quo ergò volumus ut se longiùs exserat virtus illa, eò magis imperentur sudores, quibus eò deferri commodè possunt.

Observandum autem, quod medicamenta, utut immediato suo contactu ultra primas vias non pertingant, seu transcendant mediatè, tamen in dissitis locis exserere virtutes suas & effectus dicuntur dupliciter.

Primo, quod nempe radix & fundamentum quamplurimorum morborum, tam universalium quàm particularium, hæreant in primis viis & ventriculo, ut in hocce rectè limen sanitatis & morborum à multis positum dicatur, quatenus nempe fermentum ventriculi digestivum sanum, succus pancreaticus & biliarius, à crasi naturali plus minus secedunt, & degenerant, hincque fundamentum etiam plurium morborum fiunt: id quod in affectibus ventriculi & duodeni, per consensum totum corpus afficientibus, videre est. Unde si illorum succorum Qualitates præternaturales & saporum vitia deleantur, vel sapores vitiosi peccantes corrigantur, contingit simul, ut effectus seu producta morbosa in distinctis locis successivè deleantur, & cessent. Sic in sexu sequiori non rarum est, quod ex ventriculi vitio, hujusque crasi materiali quadam, cardialgia, hinc lipothymia, syncope, frigus extremorum, sudores frigidi & colliquativi, imò passio hysterica, per consensum fiant; econtrà hæc, cùm ex stomacho oriantur, si materia peccans in hocce corrigatur, statim evanescunt, & sic per remedium, in ventriculi contenta operationem exserens, corriguntur & curantur. Radicem febrium intermittentium in ventriculo hærere, huicque prima fundamenta debere, nullum dubium est; quarum causa & materia peccans ubi fuerit sublata, omnia symptomata in abditis corporis locis, v. g. totius corporis frigus seu algor, æstus insignis, sitis clamosa, cephalalgiæ, anxietates præcordiorum, &c. sopiuntur, & unâ veluti falce demetiuntur: hinc enim est, quod quædam medicamenta virtutem suam etiam in locis remotis exserant, nempe mediatè, & quia effectus eorum per Accidens sequuntur. Sic C. C. ustum non inconcinnè pro scopo sudorifero propinatur, quam calcem tamen demortuam, eodem modo ac ⊖ C. C. volatile, ultra ventriculum & primas vias per vasa pergere, & liquefaciendo massam sanguineam sudorem ciere, nemo facilè asseret; cùm tamen saltem alteret Acidum in primis viis hærens, cujus ratione & occasione sudor impediebatur; quo Acido correcto sudor sequitur. Sic fixa ista concreta, corallia præparata, calces conchyliorum, specificum febrile *STROBELBERGERI* & *CROLLII*, calx bufonum, similiaque alia calcinata febres intermittentes, & speciatim rigorem, optimè curant; utut non semper æquè tutò hæc operentur, quatenus saltem fermentum peregrinum in ventriculo figunt & concentrant, hincque febrem sedant, indeque reliqvam in corpore massam sanguineam alterant; sunt enim alcali fixum, sive calx matris perlarum, sive concharum calcinatarum. Sic cancrorum lapilli in vulneratis, e. g. in pede ardorem, ruborem, inflammationem hujusque dolores, sedant, non aliter ac si materialis eorum contactus ultra ventriculum se extenderet; sed quatenus Acidum vitiosum in primis viis corrigunt, & sic simul & consequenter Acidum vulneris ex hoc ortum cum pathematibus omnibus mediatè compescunt & absorbent, quod omnia hæc pathemata causabatur; cùm econtrà sumpti vini vel aceti pauxillum in vulnere pathemata hæc admodum exasperet. Sic lapis osteocollæ, parvâ dosi oretenus assumptus, calli generationem in ossium fracturis, à stomacho licet remotissimis mirè promovet: quis autem putabit, fixissimum hoc corpus, nec ulle menstruo aliàs facilè resolubile, eosq; pertingere immediatè & ad partem affectam? Operatur igitur removendo & præcavendo Acidum, quod calli generationem aliàs impedit, sicque eam promovet. Podagræ sanè & nephritidis radix sæpè hæret in ventriculo, unde tantillum vitiosi & spirituosi Acidi elapsum articulos torquet, & calculos in renibus coagulat.

Quid igitur mirum, si fixa, v. g. aurum diaphoreticum fixum Poterii, vel Mercurius plus minus fixatus, Acidum primarum viarum absorbendo, in paroxysmo exhibita lithiasin, ischiadem & podagram curent, ac eorum affectuum causam removeant; extra paroxysmum verò assumpta præcaveant? Antimonium, Acidulæ, potus medicati naturales, & Martialia quælibet, ultra ventriculum & primas vias materialiter non penetrant, hinc etiam alvi excrementa nigrore ex sui præsentia inficiunt, nihilominus in menstruis provocandis, & aperiendis vasis uterinis, felici cum successu commodè adhibentur: & hoc etiam optimè præstant, non secus ac corallia, ac dens hippopotami, & hæmatites lapis cum terra sigillata hæmorrhagias narium confirmatas & habituales scorbuticarum, aliorumque, item profusiorem menstruorum scaturiginem compescunt, quæ tamen non ultra ventriculum operantur, multò minùs ad loca, unde sangvis emanat, pertingunt. Martialia quoq; hoc præstant, quatenus vitiosos sapores maturè absorbent & corrigunt, sicq; turgescentiam massæ sanguineæ impediunt; lapis verò hæmatites, dens hippopotami & corallia, acria illa ⊖ia & scorbutica fermenta, quæ erodunt vasa & membranas narium, vel orgasmi speciem seu turgescentiam in sanguine, & hinc consequentem vasorum aperturam, causantur, in primis viis corrigunt & emendant, atque illorum texturam invertunt, adeoque dictis malis, etiam longè à stomacho dissitis succurrunt.

Multi hujusmodi affectus obvii sunt in Praxi quotidiana, in quibus remedia, quæ, quamvis ventriculum tantùm contingant, sphæram activi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0286-2 DFG

activitatis tamen extra & ultra intestina exerunt, & extendunt in longè remotis locis, licet medicamentum eò non pertingat. Si enim ventriculus sanitatis & morborum limes est, & ex ejus errato, & inde nato peregrino Acido, etiam longè remotæ partes plectuntur, etiam ex illo Acido primarum viarum correcto, vel alio vitioso sapore, ex illius loci cruditatibus genito, vel eò transmisso, immutato, evulsâ quasi radice fructus morbosi spontè evanescent. Forsan huc pertinent omnia metallica remedia fixa, eaque ♀ea, quæ *HELMONTIUS passim*, & *POLEMANNUS in Scripto suo de ♀ Philosophorum*, jactitant: Hæc similiter etiam saltem in stomachi contenta operantur, aut corrigendo fixiores radices morborum Chronicorum in primis viis, sicque effectus suos exserunt, ut adeò non opus sit, ad virtutem quandam irradiativam confugere, à nemine adhuc probatam.

Remedia autem, quæ oleo & ☿e volatili constant, materialiter ad vias ⊡ias & massam sanguineam penetrant, qualia sunt v. g. terebinthinata, ☿ia volatilia, ∽ inflammabiles, & remedia ☿ina vehiculis aqueis promptè solubilia, & universum corpus alterantia. Hinc est, quod talia tam potentia sint sudorifera, analeptica, efficaciora omnibus fixis: Hinc dolores artuum vagi & fixi ab Acido orti per volatilia talia, acidum destruentia, præmissis præmittendis facilè curantur. Huc faciunt volatilia in pleuritide, & inflammationibus erysipelaceis.

Secunda ratione, ob quam remedia, quæ saltem in primis viis operantur, effectum tamen insignem ac operationes mediatè in dissitis partibus per accidens quasi præstant, est structura corporis mechanica, seu mirabilis nexus partium invicem, aut partis cum parte, & mutua inter se inde nata conspiratio & consensus singularis, qui fundatur in specie in structuræ compage, & partium nervosarum nexu, mediantibus nervis seu systemate nervoso in nostro corpore. Hujus enim ratione fit, ut per consensum medicamenta hujus partis in locis longè remotis effectus etiam suos notabiles exhibeant, ut pluribus & eleganter hoc illustrat bombardæ simili *du HAMEL in Affect. Corporum pag.* 383. Hujus enim ratione fit, ut per consensum medicamenta hujus partis in locis remotis effectus suos etiam exhibeant notabiles. Sic v. g. si consideremus in mechanico corpore automatis structuram rotarum, quarum minimæ motus si inhibeatur, aut tantillum impediatur, oppido motum & curriculum totius turbatum observamus, & automa quasi morbosum evadere. Sic simili ratione, si in corporis quadam parte aliquid præternaturale sentiatur vel illam afficiat, similiter aliæ per consensum & connexionem, quam cum illa qualicunque modo habent, etiam plus minus afficiuntur, & malè se habebunt, seu pars parti compatitur. Hinc est, quod plura capitis pathemata, v. g. cephalalgia in temulentis à crapula, vertigo scorbuticorum & hypochondriacorum, epilepsia infantum, &c. omnia radices in primis viis habeant, & ventriculo, ex quo tamen totum corpus plus minusve afficitur; & non, nisi per remedia stomachica, acidum ejus præternaturale absorbentia, curentur. Sic ⊙ fulminans, etsi operationem ac facultatem suam in ventriculo tantùm exserat, epilepsiam tamen & pavores nocturnos puerorum, quæ totum eorum corpus concutiunt, optimè & insigniter curat corrigendo Acidum digestionis primæ vitiatæ.

Oriuntur autem hi effectus, quatenus consensus ventriculi cum aliis partibus est per nervos: Hinc quoque illæ afficiantur necesse est, remotâ verò sic hâc causâ morbosâ, removentur quoque demum omnes effectus morbosi: Sic *WILLISIUS in Pharmac. Ration. P.* 1. *pag.* 289. opium, etiam adhuc in ventriculo existens, caput tamen plus minus somnolentum & turbulentum reddere, & dolorem etiam in pedibus sedare, observavit: *HELMONTIUS in Tract. Jus Duumvir.* §. 22. *p.* 306. Causidici cujusdam meminit, hyoscyami seminis incauto usu delirantis, semine adhuc in ventriculo existente, unde excreto hoc mucilagine quadam obducto, integro tamen, per Vomitorium exhibitum fuit curatus cum remissione & cessatione delirii ex momento ferè: Sic *WEPFFERUS in Tractatu de Cicuta Aquat.* puellæ meminit 12. prope annorum, quæ ex esu radicis cicutæ Cardialgiam, delirium, & convulsiones epilepticas seu horrendas convulsiones passa fuit, nicotianâ autem pulverisatâ à patre propinatâ, mediante vomitu & excretâ radice integrâ adhuc repertâ, benè se habuit, & cum remissione symptomatum in continenti curata fuit, statimque cibum appetiit; hinc non est, quod dicas, hujus radicis essentiam in ventriculo esse emulctam aut extractam, & corporis reliquis partibus seu massæ sanguineæ communicatam; alias enim post excretam radicem adhuc dicta symptomata remansissent. Uti enim plura remedia in ventriculo operantur irritando vel alio modo afficiendo hoc mediante genus nervosum; ita etiam dissitis in partibus, ratione Consensus inter se, remediorum effectus observantur.

Notum siquidem est, quod iis, qui in pavimento lapideo frigido nudis pedibus ambulant, aut colica, aut tormina intestinorum, aut alvi fluxus, aut capitis dolor superveniant; non aliter, quam per consensum ratione sui systematis nervosi, has partes omnes sic invicem afficientis: Hinc hypochondriaci jejunantes vertigine corripiuntur, quam panis bucella sistit; hinc parum pulveris sternutatorii, vel nicotianæ, vel liliorum convallium floris, membranam narium intimam vellicando, ratione conspirationis mutuæ seu consensus nervorum hujus membranæ cum pectoris musculis, universum thoracis systema in convulsivas concussiones stimulant: Hinc vesicatoria pedibus applicata epilepsias & deliria ex variolis retrocedentibus præcavent, interdum & curant. Simili quidem ratione remedia interna, dum adhuc in stomacho operantur, etiam in locis remotis effectum edunt: unde in medicamentorum in corpore operationibus subinde etiam ad structuram machinæ corporeæ mechanicam respiciendum, & hujus ratione medicamentorum vires per machinam agendi, & hinc in distans subinde operari, explicandæ.

His ita dilucidatis superest scrupulus hic: An non remedia analeptica seu confortantia, quæ subinde mox ac assumpta sunt, ægrum mirè refocillant, in ventriculo operentur? Vel an non simul immediatè ex ventriculo in partium poros & ad vasa interiora alia penetrent, & vim suam exserant extra vias primas in corporis partibus reliquis? Sic sanè notum est, quod, qui summè debilitati, ex haustu vini generosi mox robustiores fiant ægri, & novum robur virium sentiant sensibiliter. Robur autem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0287-8 DFG

hoc immediatè fundatur in spiritibus influis, mediatè in massa sanguinea. Dubium ergò est, an ~ alterati & vegetiores redditi sint? an verò immediatè penetrent istius remedii particulæ spirituosiores in corpus reliquum.

Pro decisione autem observanda probè sunt, quæ subinde ægris contingunt: Nempe aliud est roboratio virium vera, aliud est virium confortatio saltem apparens, quæ nullius est valoris; v. g. videmus ægrum ex haustu vini generosioris vegetiorem fieri; in hoc fit vera analepsis & confortatio: alium econtrà animadvertimus ægrum, qui ab intensè desiderato haustu ▽æ frigidæ vel cerevisiæ subitò quasi confortatur ac refocillatur, sed apparenter saltem; quæ enim aquæ aut cerevisiæ vis inerit, quâ tàm subitò confortentur? Dicemus igitur de Confortatione vera, quæ fit per spirituosa & penetrantia. In his vim remedii mox ex ventriculo per poros in vasa se insinuare ac pergere, hinc se sociare spiritibus, horum constitutionem, motum & vim seu impetum elasticum suo modo intendere, sicque verè roborare, quemadmodum odor saltem vini generosi vel spirituosorum debiles summopere ac mirabiliter reficit & totam massam spirituosam corporis ægri perspirat. Si igitur externa remedia, per poros cutis penetrando in corpus, in hoc singulares effectus exhibent; quis dubitabit de vi penetrandi spirituosorum, ac de immediata spirituum, per horum subtilissimas & volatiliores particulas, ventriculi & vasorum poros intrantes ac transeuntes, affectione ~ immediatè afficere? si enim corporis partes externe seu extra penetrantia admittant, cur non etiam interne seu intra corpus assumpta? Ergo par ratio in ventriculo quoque erit.

Objiciat quis, hiantes magis in extremitatibus, seu cute corporis, undique esse eam poros, quam orificia vasorum, hincque partes subtiles admittere; sed hoc non obstare videtur: Sic enim aqua cinnamomi, ~, & analeptica generosiora, in roborandis & refocillandis syncopticis, horumque viribus reficiendis, multum valent, & mox atque assumpta sunt, penetrando afficiunt ~ influos immediatè, motum eorum tam localem quam elasticum intendunt, & ita confortant.

Verum, quoad apparentem confortationem, monendum; subinde vexari ægros symptomatibus in ventriculo perquam molestis, aut etiam materiâ quadam morbosâ, quæ plus minus vires exhauriunt, quibus remotis, & epoto liquido quodam, materiam peccantem dissolvente aut tantum infringente, ægri mox sibi videntur melius habere, utut proprie non sit vera euphoria. Hic ex contentis æruginosis in ventriculo pessimè sæpè se habent ægri, nausea, cardialgia, aliaque symptomata superveniunt magna, quæ postmodum vomitu interveniente rejecta, consequenter cessationem symptomatum inferunt; hinc ægri de levamine, & melius se habere, dicunt, quod hoc modo symptomata mitigata sint: sic quando insigniter in febribus malignis æstuant, molestia circa præcordia excitatur ineffabilis, hinc sitis intensa, clamosa sæpè, quæ si sufflaminetur potu frigido, melius se habere ægri, & robustiores facti seu sublevati videntur propter symptoma ex parte sedatum per corroborationem ex potu. Hæc autem euphoria saltem apparens est, & non propria seu genuina.

Dixi hactenus, quomodo remedia operentur, in quibus crasis seminalis est nucleus medicamentosus, seu nobilior remedii pars, quæ tanquam purum separatum primario vires medicamentosas exserat; Ex his infero, ulterius probè notandum venire, subinde minimum in medicamentis esse, quod maximam & principalem vim operandi exserat & excitet, sicuti aliàs notum est ex Pathologicis, minimum in morbis sæpè maximas & funestas habere vires; & sic par quoque ratio in medicamentis erit: v. g. sicuti in morbis contagiosis per contactum cutis, ut in petechialibus febribus, vel scabie ex contactu, item peste ex contactu aliquo, vel ex genitalibus contrectatis in lue Venerea, &c. minimum est, quod odorum instar, vel sub forma halitus, aut fumi, totum corpus afficit: quam tantillum item est, quod viperæ morsu seu punctura infligitur; & quam tantillus est felis halitus, quem ex idiosyncrasia quidam ob felis præsentiam ferre non possunt, inscii etiam hanc persentiant, & miris modis inde afficiantur aut torqueantur, usque dum auferatur catus vel felis; ita quoque in medicamentis pari ratione minimum est, à quo omnis operatio & effectus, notabilis sæpè, eorum dependet, quodque se tanquam nucleum habet medicinalem, immediatè à crasi simplicis seminali profectum, cui altera corporea moles saltem pro cortice vel integumento inservit, maximis viribus vel per totum corpus, vel etiam unam aut alteram ejus partem, ratione cujus cerebrum & totum etiam corpus per consensum mutuum postea afficitur & commovetur, sensibiliter affectum se diffundendo, & quidem triplici modo:

1. Spiritus torpore aliâve simili ratione afficiendo, ut opiata & narcotica.
2. Partes fluidas fermentando, aut aliàs in textura notabiliter immutando, ut purgantia fortiora, quæ liquescere cogunt humores.
3. Partes solidas sensilius irritando, ut V. emeticum, &c.

In prioribus duobus modis vis substantiæ medicamentosæ diffusiva imprimis attendenda, qualis v. g. in odoribus, thure, pulvere pyrio, oleis destillatis, castoreo, &c. obvia est, una cum ejusdem solubilitate permiscibilitate cum fluidis corporis. Quantillum enim est, quod in vino emetico antimoniali abraditur, & tamen totum corpus perturbat, & truculentâ ac violenta hypercatharsi maximè operatur ac sæpius torquet? Quantillum quoque est, quod in duobus vel tribus opii granis virtutem soporiferam & anodynam exserit? non trigesimam ejus partem existimo, à qua vis ejus adeò narcotica dependet. Quantillum est illius Amari in integro pomo colocynthidis, quod tam potenter purgat? Amaritie enim ex toto extractâ, pomo integro restitanti de pondere parum decedit, in qua tamen tota ejus vis consistit, quæ granorum dosi miserè ac potentissimè corpus afficit, & tormina truculenta excitat cum catharsi; sicut pauxilla est sennæ mucilago, quæ parilem effectum exerit; Sic resina saltem est in corpore jalappæ, quæ purgat, quæ in ipso pulvere ad ʒ ss, in essentia cum spiritu vini ad ʒ j dilatata existit; ipsâ resinâ ad v vel vi grana tantum æquè validè, si non potentius, operante. Quantum olei destillatur ex salvia vel mentha? in quo tamen medicinalis nucleus & crasis integra est radicata, cujus ij vel iij tantum guttæ plus præstant quam ℥ j essentiæ, & ℥ ij vel ℥ iij decocti: Oleum destillatum fœtidum ligni gvajaci vel tartari ad guttas paucas, 5. 6. octo vel 10. totidem Unciarum decocto non cedunt efficaciâ; volatilis ista substantia cochleariæ, raphani rusticani vel nasturtii, quæ scorbuti est medela, quantâ corporis mole jacet obruta? quæ ipsa

ipsa tota ex censu medicamentoso proscribitur, illis volatilibus partibus, facillimè exhalantibus, saltem in remedium adscitis, in quibus egregia vis antiscorbutica, & in raphano diuretica, satis potens ac insignis existit. Consideremus porrò ℞ quoddam destillatum, e.g. cinnamomi, anisi, &c. dissolvatur cum vitello ovi, & benè ac probè agitetur: sic unica horum gutta ritè soluta integram mensuram ▽æ simplicis odore & sapore sui sensibiliter satis inficiet, proportione sanè utriusque multum ac valdè inæquali: sic Mercurii sublimati grana tria vel quatuor integram ℔m ▽æ simplicis sapore suo austeriusculo notabiliter imbuent ac inficient, in tantum nempe, ac tam latè hocce se potest diffundere: sic in Mechanicis sicuti granum unum pulveris pyrii incensi, secundum Autorum computum 12000. spatium majus occupat, quàm ante incensionem habebat; ita similiter vi diffusivâ minimum remedii potest, quod totum corpus partim, partim aliquam tantum partem, sensibiliter afficit aut alterat; uti e.g. minima antimonii vel oleri lignorum pars per totum corpus diffusa, item resinæ cujusdam, si ritè hæc dissolvantur & distribuantur, potenter satis operantur.

Considerandum adhuc *ultimum monitum* est: nempe quod quælibet interna remedia, cum ordinarie per os ingerantur, necessariò prius pertingant ad stomachum & intestinum duodenum, antequam ulterius perveniant ad reliquas corporis partes. Suspicari ergò quis posset, Annon quælibet remedia hoc modo certam quandam alterationem & immutationem subeant, ita, ut exinde minus medicamentosa evadant? Ac quidem verissimum hoc est: nempe in ventriculo tam ratione fermenti digestivi, quam ratione confluentis bilis & succi pancreatici in intestino duodeno, medicamenta interna plus minus alterari; vel vim eorum operativam immitiui, vel aliam novam medicamentosam ex miscela ejus cum illis liquidis, & inde nova exsurgente textura, acquirere.

Quando enim v.g. assumuntur, in ventriculo sanè fermentum digestivum, plus minus activum, plus minus acidum, pro more quælibet ingesta aggreditur, eaque resolvendo in alimenti naturam transmutare satagit; adeò ut propterea *HELMONTIUS* asserat, medicamenta non pergere extra stomachum, quin prius deponant omne fermè remedii robur: vid. *ejus Tract. In Verbis, Herbis & Lapidibus magna Virtus*; ubi hoc argumentum ex professo tractat. Quo magis ergò subiguntur medicamenta, eò magis alimentosam naturam induunt, quo minus verò, eò magis medicamentosa esse solent. Ex hoc, dum ventriculus omnia remedia quoque pariter aggreditur, sequitur necessario, vim medicamenti plus minus infringi, quatenus (1) patiuntur ab eo quid, (2) dum se sociat his fermentum digestivum, de acore volatili participans formaliter in ventriculo, in intestino verò deinde duodeno bilis & succus pancreaticus, necessario medicamentum non leviter in textura mutatur, & consequenter alias vires novas plus minus recipit: hinc enim, quod quælibet plus minus patiantur, est, ut ejusdem remedii usum sæpè non tantum in diversis, sed quandoque etiam in eodem subjecto, & in eodem affectu, diversa subinde sequatur operatio, dum idem purgans sæpius jam assumptum hunc modo sexies purgavit, & tamen deinde alio tempore eadem dosi propinatum, non habeat eundem effectum, sed nunc vehementiùs nunc remissiùs operetur, prout aut ab Acido stomachi, aut à succorum in primis viis majore minorevè alterandi potentia, plus minus infringitur; hinc enim Melancholici adeò difficulter auscultant purgantibus, ob prævalens in horum stomacho Acidum: Unde si v.g. propinetur sano ℞j jalappæ, purgabitur 6. vicibus, alii subjecto nihil facit, quia plus vel minus medicamenta alterantur in stomacho & primis viis; hunc colocynthis fortiter purgat & torquet, illum parum admodum afficit: sic omnia ea subjecta, quæ sunt stomacho robusto, etiam fortiora requirunt remedia, alias vis eorum medicamentosa non penetrat. Et sanè quò debilior est vis stomachi digestiva (: die einen schwachen Magen haben:) eò sensilior quorumvis medicamentorum erit operatio, unde etiam remedia, quæ in ægris, & sub defectuoso stomacho, perquam efficacia existunt, in sano tali parum vel nihil operantur; unde & venis canum infusæ purgantium & narcoticorum essentiæ, operantur promptè & efficaciter, ob virtutem remediorum haud alteratam in ventriculo, aut infractam, quam tunc liberiùs exserere potest; quæ cruda tamen iis interius propinata, à fermento eorum acido plus minus alterantur ac subiguntur, hinc parvum vel nullum edent effectum: hinc pariter est, quod specifica non semper eundem sortiantur effectum, prout nempe plus vel minus in ventriculo alterata sunt; adeoque etiam idem remedium ægrum multùm, sanum verò parum vel nihil alterat. Nuperrimè elixyr proprietatis ad guttulas septendecim proptinatum mulieri ægrotanti notabilius hanc afficiebat, cujus, sana brevi post facta, guttulas triginta sine notabili aliquo sensu perferebat ac substinebat; quatenus nempe plus minus alterabatur hoc in ventriculo, hinc distincti ejus effectus oriebantur: Caro intrinsecus assumpta & digesta nos nutrit, sed eadem extrinsecus applicata brevi putrescit & horridè fœtet: farina secalina, imprimis triticea, item medulla panis cum lacte subacta extrinsecus emollit, temperat, suppurat, dolores lenit, sicque cataplasma anodynum constituit; quæ tamen internè nos nutriunt, alvum sistunt, ac humores acidos temperant: Sic ☽ pura in ▽ soluta amaricantes pilulas pro hydropicis vehementer purgandis præbet internè, quæ externe tamen lapidem infernalem, seu cauterium chirurgorum, pro fonticulis excitandis ac inurendis constituit.

Nihilominus, dum in primis viis medicamenta plus minus alterantur, ex eo sequitur, quod in uno subjecto plus in altero minus, retineant de vi medicamentosa: Alterantur quidem, non omnem tamen vim medicamentosam penitus exuunt remedia, sed de crasi concreti, & textura sua materiali, sub digestione aliquid, plus minus tamen, retinentia adhuc operari assolent, quod patet ex eo, quod percipiantur effectus medicamentosi satis clari: unde non tantùm alimenta quædam sunt medicamentosa, ut Armoracia, nasturtium, &c. sic sinapi semen egregium est in vertigine senum ex ventriculo & primis viis orta; sic purgantia, utut infringantur, penetrant tamen per corpus, ipsum lac nutricis imprægnant, ut infans hoc hausto inde simul laxetur; sicut absinthii usus febribus intermittentibus ac hydropi optimè medetur, non secus ac chelidonium majus in ictero flavo est specificum, eundem curans; & macis ac terebinthina abstergendo & confortando vias ⊡rias, violaceo odore ⊡m imprægnat; elaterium ac scammonium potenter pur-

purgant; hedera terrestris hæmoptoicos vel suppuratos juvat; quæ tamen non secus ac ⊖ volatile C. C. vel viperarum potentissimè sudores movent: sic ⊖ia volatilia, utut alterentur in primis viis, non cessant tamen vires suas diaphoreticas & diureticas ulterius exserere, sicut raphanacea vim suam diureticam notabiliter servant, excrementis etiam odorem suum imprimunt: lac capræ reliquorumque animalium, utut alimentum sit, scorbuticis tamen, phthisicis, & podagricis vi alterativâ confert egregiè, exeò, si ea animalia pascentur herbis antiscorbuticis, antiphthisicis, & similibus appropriatis; & hoc est *Magnum* istud *Oportet Helmontii*: Sic notabilis observatio refertur in M. A. N. C. *Ann. 6. Observat.* 215. *p.* 332. de Marchione Brandenburgico, cujus cor post mortem, dissecto cadavere, fragrantiam suavissimam Analepticorum (similem confectioni al-Chermes, ▽æ cinnamomi, similibusque Analepticis, quibus ultimis diebus ante mortem in copia confortabatur) odore referebat, ac ab Adstantibus percipiebatur; ubi medicamenta odores suos per totum corpus ad cor usque mediante massâ sanguineâ explicarunt.

Ex eo tamen, quod assumpta remedia partim in stomacho non leviter subinde alterentur, & hinc eorum vis imminuatur, partim verò cum succis in intestinis & primis viis profluentibus misceantur, & ita insignem ac necessario notabilem in textura sua mutationem patiantur, certum videtur, quædam medicamenta in dictis locis demum certam vim medicamentosam novam acquirere, quam formaliter antea non habebant: non secus ac in operationibus Chymicis, naturæ imitatricibus, ex varia combinatione quorundam concretorum simpliciorum cum menstruis, & hinc mutata simplicium textura, nova subinde fiant producta & concreta, novis virtutibus prædita: sicut enim v. g. ex spiritu vitrioli & Marte fit ⊕ Martis subdulce, aperitivum primarum viarum & absterſivum, quæ vis non est in spiritu vitrioli simplici; lapides cancrorum, omnia conchylia & testacea, si vino vel aceto infundantur, tantopere immutantur, ut ex solvente & soluto emergat tertium quoddam diureticum: sic terra sigillata, item creta, imbibitione ∽ nitri, aut ⅄is, aut vitrioli; saporem & vim potenter adstrictoriam aluminosam acquirunt, quam formaliter antea non habebant; cum minio ∽ vitrioli in saccharum abit saturni, hypochondriacorum solamen: Quæ omnia tamen ex mutata & varia spirituum textura, & cum aliis corporibus combinatione, exsurgunt. Ita talia assumpta attactu succorum fortiter acidorum in stomacho vel intestinis, plus minus præternaturalium, novam alterationem aut vim insigniter diureticam, aut vim potentius longè adstrictoriam necessariò acquirunt, quam ex se habere assolent: sic lapilli cancrorum ab Acido primarum viarum præternaturali existente arrosi, saporem ⊖inum & egregiè diureticum acquirunt: sic ▽ sigillata in dysenteria, & corallia, si inveniunt succos acidos, ex imbibitione fit nova textura aluminosa, & adstringit dein mirè, sic ⊖ia acida, aut assumpta acida necessariò inverti & immutari in primis viis in suo sapore; quæ si ulterius pergerent, stranguriam & tormina ventris colica excitarent; hinc consequenter ex mutata textura novas ac mutatas vires acquirere in ⊖sum immutata, quas ex se non habebant, ex dictis omninò evidens videtur; & Alcalia fixa, ut ⊖ absinthii, tartari, & reliqua calcinata, ut ebur ustum, corallia, &c. Acidorum appetitiva, qua talia, sunt sudorifera, in primis viis autem Acidi præternaturalis absorptione non sub forma nativa manent, sed novum concretum constituunt, hinc in naturam ⊖so-nitrosam abire, & sic alias vires, quam nativas, obtinere, extra dubium est. Patet ergò, quod peculiaris effectus, quem observamus ex remedii assumptione, non præcisè oriatur ex remedio, qua tali, sed remedium in corpore alteratum novam crasin & virtutem accepit; vix enim alio modo Hippocraticæ causarum morbificarum ἐνεργείας edomari poterunt, ac per ea, quæ similibus potentiis agendi sunt instructa, ad quæ sanè corporalis requiritur contactus ac miscela.

Triplici ex Regno partim ex minerali, partim ex animali, partim ex vegetabili, *Pharmaceutica ista hauriuntur auxilia* seu remedia, ut supra monitum fuit; sed raro nativa sub forma seu, ut alias vocant, crudâ adhibentur, sed utplurimum ferè præparata, hoc est, arte prius ad usum Medicum melius accommodata. Huic ministerio, medicamentorum scilicet præparationi, inservit Ars Pharmaceutica, quæ revera subordinata Chymiæ, hujusque pars est; nempe, quando hæc accommodatur ad usum hominum, dicitur Pharmaceutica, mutato nomine. Estque hæc pars summè necessaria & subordinata Medicinæ, etsi hodie Medicorum ignaviâ, vel ad minimum socordiâ, ad Pharmacopœos devoluta, qui malè artem specialem & singularem eam faciunt; sicuti ex intermissa manuum armatarum applicatione in casibus Chirurgicis, hæc etiam à Chirurgis, qui utrique Medicorum ministri erant, singularem in artem contracta.

Finis verò seu ratio præparationis triplex est:

(1) Ut faciliùs vel assumi, vel aliàs corpori commodius adaptari queant; sic enim v. g. succus radicis ireos purgans, palliativum hydropicorum solatium, longè facilius usurpatur, quam ipsa remedia cruda: sic gelatina cornu cervi, ∽ aut ⊖ ejus volatile ad grana aliquot pro diaphoresi pluribus in casibus longè commodius & felicius adhiberi potest, quam C. C. crudum, & quæcunque ejus Præparata: sic loco ⊡æ humanæ ut plurimum ad Uncias aliquot nauseosæ, melius ∽ ⊖✳ci usurpatur: sic pulverem jalappæ, plures, qui nauseant, sunt, cujus tamen essentiam citratam vel aurantiatam beneficio ▽ extractam, jucundiorem longè & gratiorem, facilè recipiunt & assumunt, quæ est descripta à Bartholino in Epistolis; vitrum antimonii aut crocum metallorum internè præscribere meritò religioni sibi facit Medicus in substantia, ob vehementiam summam & periculosam, quam excitant, si in substantia sumantur cum truculentis symptomatibus; longè igitur commodius Infusa horum vel cum vino præparata, vel sapa vomitoria per succum vegetabilem recentem parata, ab ægris assumi possunt. Observandum autem imprimis sub præparatione remediorum quantum possibile, ut parva dosi, sub grato sapore, & minus nauseoso odore propinentur ac dispensentur.

(2) Ut vis concreti seu medicamenti specifica & medicamentosa, vel crasis seminalis, vel quinta essentia, nimis occultata, vel aliorum nativâ concretione, & adhærescentibus crassioribus

bus particulis obruta aut concentrata, foràs eliciatur meliùs, & purum ab impuro separatum seorsim exhibeatur, ut liberiùs adeoque potentiùs operetur: sic enim resina vel essentia jalappæ est sola substantia ejus laxativa, cætero corpore inermi existente: sic subjectorum aromaticorum energia consistit in ☲e volatili oleoso sub forma olei destillati; unde ex aromatibus, mace, caryophyllis, aniso destillantur olea in forma liquida, vel extrahuntur resinæ in forma sicca, cùm sola hæc crasin medicamentosam seu nucleum vegetabilem concentratum contineant, relicto corpore inerti: consideremus cinnamomum, caryophyllos, galangum; & nostratia aromata, mentham, fœniculum, &c. quorum omnium crasis concentrata est in eorum oleo, & reliqvum corpus instar cadaveris mortui se habet; hinc nempe tot ∽, essentiæ, solutiones, extracta, infusiones, decocta & similia è vegetabilibus inventa sunt, ut & his nucleus & vis medicamentosa, subinde sub minimo recondita, eliciatur, separatus à quisquiliis & cætero cortice non medicamentoso, & faciliùs operetur. Vis enim medicamentosa se habet instar nuclei intra cortices angustati, qui ab inutili corpore eliciendus & separandus est, ne stomacho negotium facessat: sic v. g. aloë cum aqua fontana aut quacunque destillata extrahitur, ut hujus mucilago laxativa seorsim habeatur, cùm resina balsamica ejus pro scopo laxativo non inserviat, ac nihil hîc valeat: Rob juniperi exhibet crasin concentratam, quæ in pluribus baccis dispersa delitescit: succus absinthii, essentia seu extractum ejus exhibet virtutem seu crasin ejus radicalem, dispersam per totam plantam, & rudioribus concreti particulis involutam. Hinc solliciti sunt Medici Chymici de ℞ antimonii, ex ♃e ejus fixiori paranda; in quem finem vitrum ejus rubicundum eligunt, in quo ♃ volatile per combustionem in auras abiit, fixius verò concentratum sit cum regulo, participans de auro, & tanquam optimum commendant: vid. *KERKRINGIUS in Notis ad Basil. Valent. Currum Triumphal. Antimonii.* Huc faciunt Quintæ Essentiæ, quando integra crasis vegetabilium concentratur in Essentiam liquidam: constant ex oleo destillato, ☲e volatili & spiritu volatili, quorum aliquot guttæ plus præstant, quàm aliquot unciæ vegetabilium simplicium. Modus parandi in tribus consistit: in Destillatione, ubi elicitur ♁; in Fermentatione, ubi acquiritur ∽; in concinna Putrefactione, ubi ☲ volatile acquiritur. Hæc tria concentrata constituunt Quintas Essentias.

(3.) Ut, si quid adsit virulentiæ & heterogeneæ aut novicæ potentiæ in simplicibus, plus minus venenosæ, vel omninò castretur vel aboleatur aut verè corrigatur, ut fiat minus inimicum, hunc nempe in finem Mercurius vitæ per nitri triplum corrigitur, ut fiat nobis amicus & diaphoreticus: sic virulentia narcotica, e. g. opii, à quibusdam fermentatione cum succo cydoniorum, ab aliis tostione, ab aliis imbibitione vel solutione in Acidis, e. g. aceto, &c. ab aliis per urinosa, ☲♀, &c. digeritur & corrigitur, ut restitet solummodò vis anodyna blandè exaltata; non secus ac scammonium cum sui correctione per fumum ♃is accensi acidum corrigitur, ut depositâ virulentiâ nimiâ fiat blandum laxans; item elleborus niger per phlegma vitrioli, & causticus esulæ cortex per ☿, ☿ corrosivus per additionem Mercurii vivi recentis, mitescunt.

Lubet hîc, dum corrigi debere venenositatem jam dictum fuerit, paulisper digredi, ac venenorum naturam à paucis Medicis explicatam, tribus, ut dicitur, verbis explicare, per tria regna hæc evolvendo.

Quid ergò venenum latè sit, supra dictum est, in quo verò speciatim virulentia seu venenositas simplicium consistat? intricatum est negotium. Strictè & propriissimè loquendo id venenum appellari meretur, quod sub minima mole nobis maximam infert alterationem, summè hostile est, & per se, non per Accidens, plus minus lethiferum.

Est autem Venenum vox respectiva, cùm nihil in se ipso venenum sit, sed respectu saltem alterius tale existat; pariter ac medicamenta alterantia non, nisi respectu corporis humani, Alterativa dicuntur. Deus enim altissimus medicinam de ☿ creavit, non venena, hoc est omnibus simplicibus specialis sua seu specifica inest seminalis potestas & proprietas ipsis conveniens, unde harum proprietatum in concretis magna varietas, omnis ad suos fines à sapientissimo Creatore ordinata, quæ, quod uni alterive corpori sint amica, alteri verò hostilia, ipsis per Accidens evenit. Nihilominus, dum quælibet nobis sic sunt venenosa, semper tamen sub cortice simul singulares virtutes & potentias medicamentosas gestant, sub veneni tegmine absconditas, ut in Mercurio & Antimonio patet: e. g. opium & helleborus sunt medicamenta venenosa, non tamen simpliciter, sed sub horum malignitate laxativa specifica vis ad maniam & melancholiam est recondita, unum idemque Objectum nunc alimentum, nunc venenum est, pro ratione doseos, secundùm quam plus vel minus corpus alterat. Purgantia omnia in dosi moderata alterant, in excessiva destruunt. Nostrum ergò est, margaritas è sterquilinio separare, & ex veneno per correctionem & extractionem medicamentum utile elicere; pro quo scopo instituuntur Fermentationes, cum sale tartari digestiones, per Acida imbibitiones, ut malignitas corrigatur. Sic quælibet animalia, quamdiu venenosa, & Autores hypercatharseos sunt, operantur ratione acidæ volatilis acrimoniæ, quâ abundant. Vis Mercurii colliquativa consistit in Acido volatili intensissimo occultata; item ☌, utut dulce videatur, & ob id à pueris pro saccharo aliquando comestum sit, horrenda tamen symptomata excitat, ob latentem acidam acrimoniam causticam, irritando primas vias nauseam, vomitus, tormina colica gravia cum convulsionibus lethalibus gignit.

Hæc ipsa subtilissima Acida simul contenta corporis colliquare, eorum texturam mutare seu alterare, & in liquamen serosum fatiscere cogunt; sicut Acidia sensibilia mineralium, animalium venis infusa, sanguinem coagulant, quod Experimenta Chirurgiæ Infusoriæ probant. Ut autem acida hæc volatilia partes fluidas colliquant, ita solidas corrodunt, ac destruunt pariter.

In vegetabili regno triplicia sunt Venena, quatenus vim suam vel in ∽, vel humores, vel solidas partes, & quidem vel seorsim vel conjunctim, plus minus exserunt.

Respectu *primò* spirituum talia quælibet Narcotica plus minus dementativa, ut opium, nicotiana, solanum furiosum & maniacum, similiaque, respectu virtutis narcoticæ, quàm in ∼ exserunt. *Secunda classis* est eorum, quæ respectu humorum, quos afficiunt, hos colliquefacere & putrefacere cogunt: Talia sunt vehementiora purgantia, ut esula, colocynthis, scammonium, helleborus albus, &c. *Tertia* verò, respectu partium solidarum, complectitur ea, quæ vehementiùs irritant, has pungunt, & unà plus minus corrodunt; aut quocunque modo graviter afficiunt: ut nicotiana, cicuta, sinapi, ranunculus, piper, helleborus, scammoniata, & quævis purgantia acriora, partium solidarum respectu, convulsiones excitantia.

Horum Venenorum, tam partes solidas irritantium quàm humores colliquantium, Virulentia consistit formaliter in eorum textura materiali, & quidem in acrimonia volatili acida, nimis alterante humores, vel nimium irritante systema nervosum, quæ, quia igni quodammodo similis est quoad effectum, caustica quibusdam non ineptè dicitur. Sicuti enim ab igneis particulis rubor, ardor, dolor, &c. in parte solida, hincque contentorum humorum colliquatio in liquamen serosum fit; ita & ab istis venenis, tàm internè quàm externè applicatis, similia solent excitari symptomata: hinc omnia illa sensuum judicio sunt plus minus acria; unde cùm acrimonia hæc eosdem cum igne effectus post se relinquat, meritò in ea acrimonia acida, nempe summè penetrativa, Venenorum natura consistere videtur. Et licet venena talia interdum linguæ apparente dulcedine videantur blandiri, v. g. scammonium, item lac esulæ, utut dulcedo in superficie eorum lateat, hincque primo intuitu grata appareat; acerrimum tamen subtile est reconditum, quod mox inflammationem & exulcerationem faucium excitare, nunc ventriculum & primas vias potentissimè irritare, fluidis verò commistum horum texturam dissolvere, & in aliam consistentiam attenuandam mutare, h. e. colliquefacere valet; siquidem superficialis horum dulcedo latentem illam summam acrimoniam reconditam adhuc habet, quæ dein in faucibus & partibus solidis se exsetit: Ita pari ratione ♁♁ dulce apparet gustu, in ventriculo tamen & primis viis truculentissima venenositatis suæ edit symptomata; hinc quo magis Vegetabilia acria sunt, eò magis purgativa sunt. Hæc formaliter huc usque.

Materialiter verò causticæ hæ particulæ sub forma resinæ se sistunt. Narcotica autem venenositas, quæ ∼ imprimis affligit, quantum ad præsens negotium pertinet, videtur in particulis oleosis summè diffusibilibus, spirituum motum & vim elasticam inhibentibus, eosque quasi condensantibus, consistere; quibus cohibitis, & turbato sic motu naturali seu confuso plus minus, varia phantasmata ab anima rationali conduntur & figuntur, unde narcosis, stupor totius corporis, & delirium, sæpè Mania, superveniunt. Materialiter ergò eorum vis in subjecto resinoso insigniter oleoso, diffuso tamen & insigniter amaro, radicatur, pro cujus varietate suique hinc immutatione etiam ipsa narcosis plus minus infringi vel mutari potest: vid. imprimis *BORRICHIUS Tractatu de Somniferis, item Act. Medic. Hafniens. Volum. 5. pag. 335.*

Neminem hoc terreat, quod dixi, in resina oleosa narcosin consistere; hæc enim vis narcotica est naturalis: Naturalia autem non confundenda cum artificialibus, nempe spiritibus inflammabilibus; quorum narcosis in oleosa substantia diffusa; in illis autem summè concentrata à natura deprehenditur.

In genere ergò mineralium & vegetabilium venenositas incerta quadam intemperie consistit, adeoque alexipharmaca venena non, nisi temperando, pellere aut corrigere asserit *BECCHERUS Physic. Subterr. lib. 1. Sect. 5. cap. 1. pag.* 305. hoc est, ut interpretor, venena talia in certa acrimonia acida subtilissima, & continentibus partibus & contentis liquidis hostili (illas quidem continuò & molestissimè vellicante, adeoque ad spasmos irritante; hos verò periculosè alterante) consistere; hinc fumi volatiles mineralium, e. g. arsenici, antimonii, &c. ob acrimoniam acidam volatilem, imprimis sulphuream, noxii sunt. Intelligit enim *BECCHERUS* intemperiem non formalem seu qualitativam, sed materialem seu quantitativam, hoc est, quod consistat in tali textura materiali, in qua particulæ ita conformatæ emineant, ut infixæ partibus sensibilibus & fibrosis has merè rodere, humorum verò texturam solvere, discerpere, liquefacere, & in putredinem resolvere possint.

Hanc operationem vi alexipharmacâ destruunt & corrigunt omnia, quæ eam temperare & mitigare valent intemperiem: Nam omnium vegetabilium & minerali um correctio in temperatura, seu texturæ illius immutatione sita est. Hac enim ratione & pessima venena fiunt innocua remedia, interdum optima alexipharmaca; unde etiam experientia docet, corrigi omnia venena hæc mineralium & vegetabilium, vel

(1.) Pinguibus, spicula acida quasi oblinentibus, & obtundentibus, qualia sunt lacticinia, semina oleosa, omnes ☿æ minerales plus minus pingues; vel

(2.) Contrariis ⊖inis, tàm alcalinis fixis quàm acidis texturam simplicium invertendo, & eorum activitatem hebetando.

Sic enim per ☉ ♁♁ corrigitur & figitur, & fit remedium in cancrosis affectibus elegantissimum; Mercurius vitæ, aut flores antimonii, pessimè cathartici, per ☉ fiunt alexipharmaci: sic ☿≏ est pessimum venenum, cujus acrimonia corrosiva corrigitur adjecto Mercurio crudo & vivo, quæ denuò, scil. sublimata, invicem in Mercurium dulcem abeunt, quatenus hic dilatando istius acrimoniam mitigare, & suo modo temperare valet: ob id Mercurii sublimati assumpti alexipharmacum est lac copiosiùs haustum, ♁ amygdalarum dulcium, butyrum, &c. acrimoniam illam malignam & virulentam obtundens & demulcens; vel alcalia, ut ⊖♀, oleum tartari per deliquium, ☉ fixum, &c. Acidum corrosivum destruens; vel crystallus montana substantiâ suâ terreâ istud absorbens. Sic vis arsenici consistit in acri Acido ♃eo Mercuriali, quod præter phænomena, quæ in nobis excitat, ex ejus in corpus metallicum, h. e. regulum, reductione patet: ejus intra corpus assumpti correctio & medela in lacte copiosiore vel butyro largiùs superingesto consistit, quatenus pinguia acre corrosivum obtundunt. Hinc etiam in schola *GALENI* usus obtinuit, ut acriora purgantia, colocynthis, &c. subigantur cum oleo amygdalarum dulcium, ut eorum acrimonia corrigatur: sicuti etiam Arsenici correctio obtinetur extra corpus mediante

nitri

triplo vel quadruplo detonatione, quatenus ejus Acidum corrosivum partim cum fumo abit in auras, partim quatenus in ⊖sum tertium alexipharmacum, & in ulceribus cacoëtheis admodum conducibile, redigitur. Corriguntur ergò mineralium venena, vel pinguibus, vel obtundentibus, vel salibus contrariis alcalinis, texturam illorum in aliud concretum novum invertendo: sic nitrum volatilia subjecta mineralia ♃ea, & Mercurialia venenata corrigit, nunc sub forma alcalina ♃ea concreta immutando, nunc sub ∽ acidi ratione Mercurialia figendo, uti hæc ipsa in Antimonialibus imprimis obvia sunt, quatenus acrimonia vitriolico-salsa in terreum subdulce convertitur, hujusque ♃ volatile acre figitur per ⦶, & vi Acidum irritativâ depositâ evadit diaphoreticum optimum.

Quoad Correctionem medicamentosam venenorum vegetabilium, quæ formaliter in acrimonia caustica, materialiter in oleosis concretis, consistere dixi, fit.

(1) Mediantibus ⊖ibus acidis, vel urinosis fixis & volatilibus;

(2) Pinguibus obtundentibus.

Caustica vis respectu partium solidarum lacte mitescit, additisque Alcalinis exterius applicatis accida ista acrimonia plus minus corrigitur. Speciatim Virulentia nociva purgantium vegetabilium in acrimonia quasi caustica, contenta liquefaciente, consistens, & in subjecto viscido resinoso hærens, tàm per Acida contraria, texturam resinosam invertendo, quam per alcalia, eandem dissolvendo & enervando, cicuratur. Prius præstant ♣, phlegma vitrioli & quilibet mineralium ∽ acidus; v. g. esula per spiritum vitrioli acidum ita enervatur, ut ferè nihil operetur; quatenus substantia resinosam, in quam omnis vis caustica concentratur, ab Acidis cicuratur & sic invertitur ut minus explicare, & commiscere se possit: Posterioris ratione ♃ ♀, aut simplex, aut cum oleo terebinthinæ in saponem redactum, rectè generalis Corrector omnium Vegetabilium venenosorum dicitur vid. *DIGBY Experim. Med. pag.* 2. quatenus texturam illorum resinosam dissolvit, & acrimoniam causticam multum enervat & mitigat; unde purgantia omnia, colocynthis, scammonium, &c. tractata cum oleo seu lixivio vel ℞ tartari cicurantur, ut attenuativa incisiva egregia evadant: colocynthis pulverisata, & cum saccharo assumpta, mirè vexat; si tamen parum ♃ ♀ additur, sine ullo ferè sensu operabitur: Narcoticorum virus similiter in amaritie singulari, in simili subjecto consistens, iisdem ex eadem ratione etiam mitigatur; per Acida castrantur, per alcalina verò resinâ dissolutâ & acrimoniâ temperatâ corriguntur, & tutiora nobis redduntur, ut depositâ vi stupefactivâ, anodynam induant; unde opiata cum sale tartari correcta, fiunt medicamenta tutissima. Si autem omnes has correctiones consideremus, patet, eas consistere in texturæ venenorum immutatione, h. e. particularum acrium volatilium inversione & temperatione.

Animalia quod attinet venenata, secundum diversum infligendi modum triplici sunt in differentia.

(1) Quædam enim internè assumpta saltem perimunt, foris admota non nocent, quando vel tota animalia, vel partes eorum plus minus venenosæ assumuntur, qualis observatio est *TIMEI à Güldenklee l. 7. pag. 323. Casu Medicin. de Rubeta.*

(2) Quædam contactu in nos agunt vulnere, punctura, &c. internè verò subinde innoxia sunt, v. g. apis, vipera, canis rabidus, tarantula, &c.

(3) Quædam in certa sui corporis parte effluvia emittunt, quæ partes proximiores afficiunt, uti est venenum torpedinis piscis, stupore afficientis partem per contactum.

Dubium, quoad horum Venena, quæ morsu & vulnere infliguntur, omnium est, an in materiali, an in ideali, consistat? Materiale fluidum quoddam nobis communicatum Veteres, & cum iisdem hodiè *REDI in suis Scriptis de Vipera*, aliique asseruerunt; pro ideali verò, ut ex animi perturbationibus, ira, furore, &c. plurimi, præsertim *HELMONTIUS*, hinc *ZWELFFERUS in Append. Animadv. ad Pharmacop. Augustan.* 212, & denique omnium maximè *MOSES CHARAS, Pharmacopæus Parisiensis, in suis scriptis de Viperis* plausibiliter pugnarunt. Hi experimentis ac phænomenis hypothesin suam, quod venena animalium in passionibus & affectibus animi, ira, furore, excandescentia, &c. consistant, quarum ideæ imagines essent, quæ nobis communicarentur, ac Archæum ita afficiant, ut varia, quæ venenis tribuuntur, symptomata excitet, tueri satagunt, prout *ex literis*, mutuas eorum *& Oppositiones & Repensiones* continentibus, patescit, quarum *Epitomen* videre licet in *Transact. Philosoph. Anglican. Numero 66, 83. & 87.* Componere equidem litem hanc annisus fuit famosus *BOURDELOTIUS Tract. Recherches & Observations sur les Viperes*; differentias animalium venenosorum, & speciatim viperarum venenorumque earundem, pro regionum varietate urgendo, & quod liquor iste flavescens in regionibus calidioribus possit esse venenosus, qui in temperatis magis aut frigidioribus haud citra biliosos habitus efferatæ per iram viperæ nocivus esse soleat: vid. *ejus Epit. in Transact. Anglican. An.* 1677. Neutra tamen dissentium pars hac ipsa conciliatione contenta esse videtur. Ut, quod probabilius est, explicem, observandum, concedere me perturbationes istas exasperare, exacerbare ac excitare notabiliter animalium venena; sed quod ex iis solis simpliciter oriantur, id falsum est, utut hæ venena notabiliter acuant. Glaciem in hac materia fregit *FRANCISCUS REDI in Observat. suis de Viperis*, quæ etiam *Anno* 1. *M. A. N. C.* annexæ sunt, cujus *Experimenta de Vipera*, quicquid etiam in contrarium nitatur *CHARAS*, ferè jam conveniunt, etiam non absque corporali contactu, & certa texturæ materialis ratione, subtilem quandam per viperarum, per affectus animales, imprimis per furorem, irritatarum morsus læsionis loco instillatam & exasperatam materiam, è vesiculis gingivarum per dentes cavos immissam, venenositatem suam reverâ exerere; unde talis subtilissima substantia summè est penetrativa. Scripsit contra hunc *CHARAS, Pharmacopæus Parisiensis Tractatu Gallico*, quo sententiam *HELMONTII* defendere conatur; cui tamen satisfecit *REDI, in Responsionibus*, quæ *scripto suo* annexæ, item *Anno* 2. *M. A. N. C.* legi possunt. Præter *REDI* curiosum est, quod de apum ictu & subtilissimo ejus veneno habet *Dn. Ludovici in M. A. N. C. An.* 8. *Obs.* 67. *p.* 112, apim alis arreptam & irritatam ungui pollicis applicasse, ut ferire eundem aculeo potuerit; quo facto, ictu liquoris guttulam flavi coloris, vesiculæ instar subsidentis, saporis mordacissimi & penetrantis, instar ℞ & solutionis

Mercurii sublimati deposuisse, plus quàm ultra horam linguam afficientis; quod pariter in scorpionibus oleo olivarum injectis observavit, qui ex suis caudulis quovis ictu tantillum fluidi flavi emittant, in quo venenum eorum residere suspicatur. Quod circa apes dixi, illustrat *HOCK in Micrograph. sua.* Sequitur hinc, ipsum animalium venenum, morsu vel ictu instillatum, esse subtilem quandam, acrem & quasi causticam materiam, unde in felle vis venenosa animalium antiquitus putata fuit. Ab hac igitur materia sunt omnes effectus venenis adscripti. Explicat & confirmat hæc Cura, quæ fit in ejusmodi plagis, & in actis Acidi correctione consistit; hinc enim cancer contusus & applicatus in omnibus læsionibus, à venenatis insectis ortis, confert; bufo & sperma ranarum morsui viperæ medetur, quatenus earum alcali temperatum corrigit illud Acidum acre; lapis serpentis pileati secundùm Observationes Modernorum, *KIRCHERI*, &c. universale est alexipharmacum morsuum & ictuum canis rabidi & animalium aliorum venenosorum, nec abscedit, nisi omni absorpto veneno. Hâc peste *Viennæ* lapis hic applicatus est buboni, eique tàm pertinaciter adhæsit, ut non nisi cum dolore, secuto tamen ægri levamine & salute, amoveri potuerit; nempe terrea hæc promptissimè absorbent subtilissimum eorum Acidum. Par ratio illius Observationis, quam habet *BOYLE in Philosoph. Experimentali*; si viperæ morsui ferrum candens admoveatur, quàm prope fieri potest, particulæ △, quæ emittuntur acidæ, potentiores subigunt alterum illud in recessu imbecillius acidum, quod ex veneno in cute remansit: similis ratio, quando veneno infectæ partes cauterio actuali aduruntur. Dictum autem dum anteà fuit, acui & exacerbari venena ab affectibus animalium iratorum, veritas ejus patet, quod *CELSUS dicit*; Omnis animalis non cicutati morsum esse venenatum, quoties atrociùs excandescit; perinde ut nos ipsi in ira ab Acido volatili commovemur, & incalescimus quasi, hincque morsus hominis irati æquè malignus est deprehensus. De canis rabidi veneno, item tarantularum, quædam hîc monenda forent; sed utut hæc primario ∽ animales videantur afficere, & ita maximam partem idealia esse, tamen & venenum in subjecto materiali perquam acri subesse, præter convulsiva ita affectorum pathemata, imprimis cura, quæ in Rabie per adhibita absorbentia cancrina, terram sigillatam, radicem gentianæ; in Tarantismo verò per lac copiosius in Persia communiter perficitur, quod acre illud temperat & absorbet, confirmare videtur. De Torpedine vid. *LORENZINI in Dissertat. de Anatom. & Veneno Torpedinis*, quarum excerpta videbitis in *M. A. N. C. Ann.* 9. & 10.

Sed revertamur iterum ad viam, à qua digressi sumus. Dictum præterea superiùs, Præparationes medicamentorum non debere esse Castrationes: addo jam, nec Virium nativarum destructiones. Hinc sub his præparationibus, præsertim quæ Chymico fiunt artificio, attendendum, quod subinde vires seu proprietates nativæ plus minus immutentur, aut omninò invertantur, cùm Vulcanus Chymicus non paucas vires destruat, aliasque novas ipsis conciliet, idque per texturæ imminutionem, vel per syncrisin seu conjunctionem, vel per diacrysin seu sejunctionem, vel per metastasin seu particularum minutissimarum concreti transpositionem: ad quas & fixorum volatilisatio, & volatilium fixatio referenda. Cùm igitur mutatur textura, sequitur proprietates nativas plus minus infringi, vel novas induci. In genere mutatio hæc virium nativarum tribus ferè evenit in casibus:

1. Sub Alteratione ista, quàm concreta assumpta in primis viis patiuntur, de qua jam supra actum fuit.
2. Præparatione imprimis Chymicâ.
3. Mediante compositione variâ, cùm plura simplicia sæpè conjungantur.

Præparationem ergò medicamentorum quod attinet, notum est, quod pro varia præparationis ratione quædam castrentur, quædam novas vires acquirant.

Castratio fit in plurimis præparationibus: v. g. Aloës lotio est ejus castratio; lotione mucilago laxativa auffertur, remante resinâ adstringente & hæmorrhoides excitante: unicornu, lapilli cancrorum, vel spinæ viperarum, aliæque partes animalium duriores, quando ex iisdem magisteria præparantur, etiam castrantur. Nam quacunque ratione fiant, sive solubilia sint secundùm *ZWELFFERUM*, sive non solubilia, ut magisterium cranii humani, C. C. &c. omnia tamen hæc magisteria sunt illegitimè præparata, & in aliam naturam penitus mutata, ob menstruum affusum acidum, quod saturat Alcali volatile, unde partim in corpore nullam, partim parvam habent efficaciam: v. g. quando ebur, unicornu, &c. per menstrua acida solvuntur & corroduntur, & alcalibus fixis præcipitantur, fundum sic petit calx iners, pro dealbandis ventriculi parietibus saltem conferens; nullum verò usum exerens, sed calcis modo itidem subsidens. Dum enim per Acida solvuntur, præcipitantur per alcalia, tam fixa quàm volatilia, & sunt calces terreæ penitus irresolubiles occultæ ⊖sæ, Acido solventis & Alcali præcipitantis cum arcto connubio particulis terreis adhærentibus, ut nullo edulcorationis artificio liberari possint; hinc enim ponderis augmentum: vide *Diss. de Præcipit. Usu & Abusu.* Sunt igitur Magisteria inertia; quibus si affundatur ∽ acidus, non effervescunt, quoniam sunt saturata, quod in Magisteriis perlarum, coralliorum, &c. contingit.

Præparationes ergò horum simplicium, Magisteriis præferendæ sunt; quæ vel pulverisatione aut lævigatione, vel aquæ aut △ adjumento, nec non ♎is beneficio fiunt. Calcinatio Philosophica huc facit per ▽m, fitque beneficio vaporis ▽æ simplicis, per lixivium, &c. Plura videbitis in *Colleg. Formularum*, & *ZWELFFERO in Append. ad Pharmacop. Augustanam.*

Huc pertinent etiam Fæculæ, ut fæcula ati, ireos, bryoniæ, pœoniæ, &c. reverà à fæcibus ita vocatæ: fiunt ex succis evaporatis, & sic specifica crasis penitus evanescit, unde sunt nil aliud, quàm recrementa virtute activâ spoliata, utut communis abusus utcunque has adhuc toleret. Sic etiam ⊖ia volatilia, quando figuntur per Acida, castrantur, & quæ anteà urinoso sapore erant efficacia, fixando immutantur, aliam texturam, crasin, & vim medicamentosam acquirunt, nativâ immutatâ. Enervantur nempe per Acida hæc, vel manifesta, vel occulta, & à crasi priori medicamentosa degenerant; sic enim per spiritum ⊖is fixata abeunt in ⊖✱; per Ψm in ▽m aut calcem nullius usus. Similiter quando acida cum alcalibus fixis satu-

ſaturantur & coagulantur, e. g. Spiritus vitrioli, nitri, ⊖is, &c. regeneratur ⊖ tertium novum; e. g. ex ſpiritu nitri cum ſale tartari perfectum ⊕; ex ſpiritu ⊖is ⊖ commune; ex ſpiritu vitrioli ♀ ⊕latus, ſicque laudabilis ſpirituum horum vis enervatur.

Dum autem Præparationes hæ variis modis & adminiculis fiunt, non rejiciendæ ſunt, quæ fiunt per Acida corroſiva, aut ſimilia, in quibus ſimplicis textura invertitur; illæ autem rejiciendæ, ex quibus ex parte iſta acida menſtrua detinentur ac remanent, arctius adhærendo ſoluto, aut menſtrua ſolventia concentrantur, & medicamentum perquam corroſivum evadit. Sæpe priori in caſu fit, ut per menſtrua hæc corroſiva & hoſtilia nobis corpus medicamenti ita potiùs immutetur, ut vim corroſivam hoc planè amittant, i. e. cum ſoluto corpore ita coëunt, ut concretum novæ texturæ, novarumque virium, emergat; ſic ∿ ⊖is in ſe ſatis corroſivus lapillis cancrorum vel teſtis oſtraceorum ſeu ovorum ſtruthionis affuſus, ita immutatur, ut, acore depoſitô, ſaporem ⊖ſum ſummè diureticum acquirat: Spiritus vitrioli vel aqua fortis per ſe corroſiva raro cruda uſurpantur, niſi ſuccinctiſſimâ doſi (quamvis aurifaber quidam mihi retulerit, ſe ſibi ▽ti mederi ſolere) non ſecus ac alcalia fixa in ſe naturæ cauſticæ; ſi ſocientur tamen, & miſceantur hæc invicem, novum emergit concretum, inſons, temperatum, &c. uno verbo, perfectum ⊕. Sic nullum dubium eſt, aſſumpta Acida miteſcere in nobis, & cum occurente ubique ⊖e volatili urinoſo ubique in ⊖ſum volatile temperatum abire, non ſecus ac in Mechanicis fieri ſolet.

II. Medicamenta deponunt ſæpè vires nativas & acquirunt novas, quando venenoſa fiunt optima Alexipharmaca, & alexipharmaca redduntur venenoſa: ſic v. g. Arſenicum eſt venenoſum; quod ſi præparetur cum nitro, evadit inſons ſudoriferum, & remedium pro deſperatis ulceribus, imprimis cancroſis; ſic luna ſimpliciter aſſumpta nauſeas & vomitus excitat; ſi verò cum ſpiritu nitri redigitur in cryſtallos amariſſimas, evacuant ad miraculum ▽s hydropicorum: ita colocynthis cruda eſt purgans acre torminoſum; ſi verò corrigitur per alcalia, deponit vires purgantes, & fit egregia medicina in morbis mulierum ex menſibus obſtructis: ſic antimonium, prout diverſimodè transmutatur, ſemper aliam virtutem remedio ſuggerit; hinc eſt vel vomitorium, vel catharcticum, vel ſudoriferum, vel alterans, vel epilepticum, vel ſanguinis depurativum, vel confortativum; imò integram ferè officinam pharmaceuticam ſuggerit: ſic *HELMONTIUS Tract. Diſpenſat. Modernor.* allegat aſarum viride, quod per ſe vomitorium, ſolâ in ▽ coctione amittat hanc vim, & evadat ſaltem diureticum, proficuum in febribus & morbis chronicis, ſecus ac ſi in vino coquatur; in ſubſtantia aſſumptum pulvere groſſo per inferiora; ſubtiliori, vomitu per ſuperiora. Sic ♀ vivus eadem facie ferè redditur, qua aſſumitur in affectibus inteſtinorum, ubi metus ilei, innoxius; idem autem ſimplex igne, mediante diuturniore digeſtione, abit in Præcipitatum rubicundum ferè diaphoreticum, & continuato uſu ſalivatorium, & febrium chronicarum non immeritò quibusdam vocatur optimus Averruncus: ſalia fixa quælibet ſunt artis opus, & ſimpliciter ab operatione △ dependent, hinc aut penitus aut maximam partem de virtute ſimplicis ſui deflectunt, non ſecus ac ⊖ia volatilia; & quo plus vel minus ⊖ia fixa calcinata, plus vel minus de concreto ſuo retinent aut perdunt; ſal autem abſinthii perfectè alcaliſatum nullas ſpeciales vires febrifugas exſerit: nitrum crudum, ejus ∿ acidus, & alcali fixum ſunt diſtinctiſſima, & quodvis longè diverſæ ſeorſim operationis eſt: quilibet ∿ inflammabilis, ♈, ſalviæ, menthæ, &c. per fermentationem parati, ſunt nova ſimplicia & artificialia producta, quæ concreto non inererant formaliter; ſicut reſina horum ab igne demum in ☍ aut ſpiritum redigitur, aliæ ſic ſunt vires aluminis crudi, aliæ uſti, per ſimplicem phlegmatis & aceti ſeparationem; illud adſtringens; hoc cauſticum, & excreſcentiarum præternaturalium egregium erodens & abſumens eſt. Vulcanus nempe Chymicus, ignis, per inſignes iſtas in textura concretorum alterationes & immutationes, quas experiuntur omnia illa, quæ ejus examini ſiſtuntur, in non paucis proprias vires deſtruit, in aliis verò novas per Accidens inducit: hinc rectè *HELMONTIUS Tract. Poteſtas Medicaminum*; Chymicâ potius artis, quam naturæ vi naturam agere aſſerit. Ignis alterat partim motu, partim acido, particularum ſuarum in omni igne notabili, partim ♃e, vel carbonario vel ſimili, ſub ignitione effumante.

Quoad *Motum*, patet, quod mediante igne ſolida fiant fluida, v. g. metalla fuſa; Ignis dein ſolus eſt, qui ex immutatione particularum reſinas in oleo liquefcit deſtillata; nam quod alias in concreto eſt reſina, nunc fit ☍ deſtillatum, cujus ultima pars nimis colliquata in ⊖ fixum abit. Quoad *Acidum* △, patet in croco Martis adſtringente, per diuturnam reverberationem parato, qui in bacillis ferreis furnorum colligitur pro ſcopo adſtringendi, qui non poteſt ſolvi in aceto deſtillato, ſicut limatura Martis communis; eo, quod croci hi Martis acido △ ſaturati, non poſſunt ampliùs ab Acido corrodi. ♄, minium, &c. ex igne ponderoſiora extrahuntur, Acido △ iisdem ſe inſinuante. Quoad denique ♃, mutantur ſubinde concreta, quod patet ex calcinatione ⊖♀ & fixorum reliquorum, quæ diuturnâ calcinatione cœruleſcunt. Cœruleus iſte color ipſis non eſt proprius, ſed quatenus ab igne carbonum acidum pingue ſeu ſulphur cum alcali per ſe jungit, & ex ſua conjunctione hunc imprimit colorem.

Hac occaſione, dum dicimus, medicamentorum vires immutari, monendum, quædam ſimplicia certas quasdam operationes non niſi in concreto ſuo edere, quas non efficiunt per partes ſeu comminuta: v. g. ſuccinum nativum & integrum attrahit paleas, quod tamen nec ☍, nec ∿, nec ⊖ volatile, nec phlegma acidiuſculum, facit: ſic obſervatum in *Actis Medicis Haffnienſ. Volum. 4. Obſervat. 80. pag. 186*, quod cantharides non, niſi in ſubſtantia ſua pulveriſatæ, excitent veſicas, & nec ∿, nec ☍, nec phlegma eorum, vim illam cauſticam habeant; ex Mercurii candidi & ♃is flavi coalitu emergit concretum rubicundum intensè, earumque virium, quæ nec in ♃e nec Mercurio ſeorſim reperiuntur; vi nempe in febribus malignis alexipharmacâ, antepilepticâ, ſudoriferâ, anodynâ, &c. præpollent.

Compoſitione denique Simplicia plus minus

immutari dixi, quando plura simplicia miscentur invicem, hinc jam cum mutata textura novas induci vires, quæ antea non aderant, prout tamen vel confusè vel arctius invicem uniuntur. Notandum igitur, quod non ex ingredientibus, sed partim ex eadem texturæ dictis istis modis per plurium arctum coalitum alteratione, partim ex sola quorundam associatione, seu nuda compositione, proprietates novæ sint deducendæ. Utrumque artificium sclopetandi mechanicum illustrat: ut enim ex ⊖ium cum auri corpore arcto & haud dissolubili coalitu emergit ⊙ fulminans, cujus vim tanquam novam proprietatem neque habet ♈ nec Alcali præcipitans; hoc absorbet Acida corrosivissima, & epilepsias infantum sedat; idem autem attactu & adhæsione Acidi ♃is ex texturæ mutatione obmutescit, & fit ⊙ diaphoreticum è ita ex ♃e, nitro, & carbonibus tiliaceis per simplicem compositionem & superficialem mistionem emergit ♂ pyrius, effectus adeo singularis, non secus ac omnia metalla hac ratione fiunt fulminantia, quam vim in nullo ingredientium simplicium vel minima conjectura, sed ex miscelâ demum deprehendere possumus: sic ex ⊖ ♀, nitro, & ♃e fit pari modo ♀ sclopetans, cujus virtus non est in ingredientibus seorsim, sed ex hora miscela, & hinc emergente textura nova, provenit: Resinæ purgantium evacuant subinde sufficienter, sed fere cum torminibus; si tamen cum vitello ovi solvantur, probeque misceantur, tantum & plus in dimidia dosi præstant, & sine torminibus. Paria & in remediorum compositione sæpius evenire, extra dubium est, ut adeò horum efficacia non simpliciter ab ingredientibus, sed concreti textura, ut plurimum derivanda. Mercurius nempe vivus per se innocuus, etiam ad ℔j assumptus, iterum eodem pondere rejicitur; ex ∿ acidi, vel salis communis, associatione evadit ☾ acris & corrosivus, qui pessimum est venenum; huic si iterum addatur ana novi Mercurii vivi sublimatione fit ☿ dulcis, & optimum gravissimis in casibus purgans, præprimis in gonorrhæa, lue Venereâ, scabie, epilepsia, &c. ex ⊡æ & ⊖is communis combinatione fit ⊖✳, novum concretum & distinctum medicamentum ab utroque simplicium, longè aliam crasin aliasque virtutes habens, quod itidem cum ⊖e volatili viperarum, cranii humani, &c. & spiritu ⊖is accidit: plumbum cum aceto concretum dulce, quasi aluminosum, singularis effectus suggerit: & plurium simplicium, nunc benignorum, nunc malignorum, in Theriaca farrago non sine ratione per decennium in fermentatione esse jubetur ab Arabibus, ut nempe tali per fermentationem novâ miscelâ quædam recludantur, aliæ invertantur, uniantur, & hinc novum concretum, & remedium non contemnendum, variarum novarum itidem facultatum, exsurgat, quibus tamen nullum ingrediens simplex est æquale, licet compositio sit rudis, & ingredientia habeat contraria; in remediis externis basis emplastrorum & unguentorum est ♄ seu lithargyrium, cerussa, minium &c. cum oleo, pro vulneribus conglutinandis, doloribus sopiendis; novum nempe compositum emergit, dum ♄o oleum temperatum Acidum, hocque occultum, vulneris absorbet. Non tamen ex dictis sequitur, Composita simplicibus semper esse præferenda; nam quousque sufficiunt, iis utendum, quorum usus in cura ut rutissimus, ita etiam optimus.

Felicem ergo illum deprædicat Medicum *HELMONTIUS Tract. Potestas Medicaminum, & natura Contrar. nescia* §. 45. *qui crudis simplicibus morbos tutò & promptè tollere novit.* Melius itaque & tutius est in Praxi, uti simplicibus, quoties scopo intento satisfeciunt, quam compositis, in quibus variæ dotes simplicium, tam cognitæ quàm incognitæ, confusæ, citra aut mutuam destructionem, aut novæ virtutis productionem, aut stomachi primarumque viarum turbationem, simul consistere nequeunt; & rectè dicit *ARNOLDUS VILLANOVANUS*: dolum esse uti compositis, ubi in promptu simplicia adsunt; quorum usus qualiscunque longè præferendus est compositis, cùm in his, ut rectè monstrat *HELMONTIUS Tract. Dispensat. Modernor.* §. 5. sit perfecta cura & sanatio omnium morborum, modò virtutes eorum melius indagentur, & per lucem experientiæ in apertum protrahantur: Natura namque simplex & ipsa ac uniformis, simplicitate gaudet. Non igitur facile Composita adhibenda, nisi vel artificiosâ miscelâ & præparatione in unum quasi tertium coaluerint, ut Veteres per Theriacæ fermentationem intenderunt, vel affectum aut symptomatum complicatio pluralitatem quoque remediorum subinde efflagitet; in quo casu tamen etiam sedulò observandum, ne plurium talium concursu, unum alterius crasin immutando, intentio Medici & expectatio ægri fallatur, quin potiùs, quantum possibile, se mutuo alterent. Sic v. g. malè Acida, si qua talia expetantur, cum terreis absorbentibus junguntur; benè autem terra sigillata pro scopo adstringendi ordinata, moderatè Acidis miscetur, cum ex utrorumque concretione aluminosum quasi quoddam emergat, adstrictoriam vim optimè complens.

Post Simplicia locum habent Composita ista, quæ ob homogeneam suam texturam ad Simplicium ferè naturam accedunt; aliàs si plura promiscuè miscere, & inordinatè componere sit animus, periculum est, ne

1. Vires simplicium sub eorum compositione nunc pervertantur, nunc alterentur, & novæ ita emergant.
2. Naturæ ex talium ingurgitatione molestia, ex varietate multiplici, præsertim circa primas vias, creetur. Sicut enim copiosa alimenta assumpta in stomacho laboriosioris sunt digestionis, ejusque œconomiâ & sanguinem perturbant, quàm simplex victus; ita multò magis plurima simplicia alterantia in compositionem redacta, qualis horrida farrago in theriacalibus compositionibus ac similibus est conspicua, etiam stomachum onerant, & succos corporis vitiosè alterando turbant, ubi fixa volatilibus, acida dulcibus vel amaris, terrea oleosis, &c. invicem sunt permista; unde non nisi talis emergit miscela, quæ difficulter subigi & alterari potest, quorum impetum fermentativum & diversos motus vix possibile erit, ut natura in morbis defatigata gubernare queat. Remedia saccharo & melle incrustata, quamvis cum aliis optimè sociantur, in viris tamen malo hypochondriaco, in fœminis verò passionibus hystericis obnoxiis, ansam præbent. Quod si saccharum & mel, tanquam fermentescibilia hoc agunt, quid tetanta compositorum farragine censendum erit? Quo simpliciora ergo medicamenta, eo minorem ventriculo molestiam creant.
3. Vires plurium simplicium adhuc minus aut saltem nondum satis perspectæ aut sufficienter expe-

experimentatæ sunt, id est, eorum mutua ad se invicem, quoad actionem & passionem habitudo seu respectus mutuus, nondum undique cognitus, adeoque metuendum, ne talium quorundam miscelâ novæ & simpliciter incognitæ, plus minus ægro hostiles vires emergant, variarum mutationum causæ, unde loco speratæ salutis majus potiùs morbi incrementum, nec leve ægro detrimentum, superveniat: vid. *ZWELFFERUS Pharmacop. August. Animadv. Class.* 14. *p.* 245. & *HELMONTIUS loco allegato* §. 520.

Composita vero usurpari possunt tribus in casibus:

1. Quando sub compositione in novum quoddam tertium coivere, quod tutius usurpari potest, v. g. ♀ vitriolatus Tacchenii, ♄ antimonii, arcanum duplicatum, &c. utpote quæ simplicis sunt naturæ, & ob correctionem secure usurpantur.
2. Si quæ talia ad unum scopum colliment, v. g. corallia, lapilli cancrorum, os sepiæ præparatum, Martialia, &c. ejusdem sunt naturæ & effectuum: sic species officinales aromaticæ, rosatæ, diacinnamomi, &c. nihil sunt aliud, quàm miscela aromatica, quæ saltem in essentialibus conspirant, & ingredientibus homogeneis constant.
3. Quando affectus complicatus & plura sunt symptomata, quibus simul occurrendum, & in cura satisfaciendum: v. g. sit hypercatharsis cum intestinorum doloribus, ubi comodè utimur ♁ sigillatâ cum aceto destillato, addito parum opii, quæ mistura tam fluxui quàm dolori succurrit. Sedulò tamen observandum, ne ingredientia ista sibi contrarientur, & contrariis effectibus se invicem destruant; v. g. terra sigillata pro scopo adstringendi, si extra corpus cum aceto vel cum spiritu nitri misceatur; textura hæc aluminosa nihil absorbet, quia Acido jam est saturata, quæ tamen interne in corpore blandè adhuc adstringit sic crudis lapillis cancrorum utimur in temperando Acido primarum viarum, qui pro diuresi promovenda optimè in ☽sum cum acidorum additione mutantur.

Consideravimus hactenus *remedia ratione* texturæ *activitatis* suæ & extensionis materialis, quæ ulteriùs ratione effectus sui formalis nunc *in Universalia*, nunc in *Particularia*, dividuntur: & hæc sunt talia vel ratione causæ morbificæ materialis, vel ratione partis affectæ. *Ratione Causæ materialis* particularia sunt remedia, quorum facultates sunt vel communes pluribus, vel propriæ cuilibet: Communes oriuntur ex materiali corporis textura, secundum quam etiam dicuntur de natura alcalium, nunc acidorum, & operantur saltem in saporem morbosum, illorum naturæ proprium, ut applicat *TACCHENIUS in Clave Medic. Hipp. p.* 263, hoc est, quæ potentias ist as Hippocraticas, morborum proximas causas materiales, scilicet Amarum, dulce, Insipidum & sexcenta alia, immediatè corrigunt, temperant enervant, aliovè modo mitigant, & ratione suæ texturæ possunt penetrare, incidere, dissolvere, adstringere, de quibus *infrà cap.* 5, Propriæ autem & specificæ medicamentorum qualitates seu dotes, quæ specialem causæ morbosæ peccantis nocendi rationem particulariter corrigunt vel alterant & enervant, quarum ratione aliàs communiter dicuntur Specifica, *HELMONTIO* Appropriata, dependent à crasi seminali, à priori inexplicabili, v. g. lapilli cancrorum, præter vim generalem Acidum destruendi, in specie vulnerum & ulcerum putrefactivum & corrosivum absorbent; sicut lapis spongiæ Acidum strumarum coagulativum corrigit: myrrha in genere habet vim corrigendi Acidum præternaturale; habet hoc commune cum aliis Amaris, sale volatili oleoso pollentibus; Quod autem morbillis & fluxui mensium specificè prosit, dependet ex ejus vi seminali, quæ à priori explicari non potest: sic semen aquilegiæ utero, scrophularia hæmorrhoidum dolorosis pathematis, viscum cotylinum & quercinum epilepsiæ specificè medetur; vid. *Dissertat de Præcipit. pag.* 29. sic cortex fraxini vim diureticam, winteranus antiscorbuticam specificè exerunt, ☉ cinnamomi post destillatum ♁, & cortices avellanarum contra fluorem album, os sepiæ contra gonorrhæam, medulla saxorum contra stranguriam specificè prosunt: osteocolla ossium conglutinativam, dens apri antipleuriticam, & contra quasvis inflamationes partium internarum, cranium hominis violenter interempti antiepilepticam virtutem suam speciatim exserunt: sic variolis cum diarrhæa symptomatica complicatis ♁æ minerales, cum epilepsia affligentibus salia volatilia appropriata magis existunt: vid. *ibidem p.* 68. lapilli percarum stranguriam curant, quatenus Acidum ejus hîc peccans emendant; Martialia autem hypochondriaca sunt, quatenus Acidum istud, vitiatæ digestionis primæ Autorem temperant: salia acria volatilia in cochlearia, nasturtio, trifolio fibrino, raphano rusticano, &c. sunt specifica antiscorbutica, cujus saporem vitiosum proximè corrigunt: hac ratione chelidonium majus præter vim vulgarem, icteri flavi est specificum, fermenti hujus causam originalem optimè corrigens & alterans: hac ratione mater perlarũ calcinata, absinthiũ, &c. est specificũ febrile antitertianariũ Strobelbergeri, saporem seu potentiam febrilem corrigens: China China quartanis: Hâc ratione cruor hirci, præter vim vulgarem, pleuritidi, priapus cervi vel ceti pleuritidi, & imprimis dysenteriæ, est appropriatum, Acidum pleuriticum & dysenteticum quod intestina lancinat, in specie & emendat, ob crasin formalem, in prima formatione communicatam: item sal bufonum ratione crasεos materialis habet communem efficaciam sudoriferam imbibendi Acidum; ratione autem virtutis specificæ, dependentis à crasi seminali, dicitur appropriatum Hydropicum, quem per diuresin curat: Mercurius est genuinum seu specificum luis Venereæ alexipharmacum, specialem luis Venereæ saporem fermentativum acidæ prosapiæ enervans, de quibus *suprà in Pathologicis.* Specifica hæc in usu Medico sunt præstantissima, ut Medicus optimis specificis instructus, præmissis præmittendis, optimè & felicissimè curet: hinc nec veterum, mulierum, nec agyrtarum, nec vetularum, specifica in totum omninò rejicere licet.

Prout autem summè proficua, & ob id præ cæteris æstimata sunt in Praxi Particularia hæc seu Specifica; ita econtrà minus æstimantur Particularia ratione partis affectæ, dum alia vulgò dicuntur Cephalica, Stomachica, Epatica, Uterina, Nervina, Cordialia, Nephritica, &c. hoc est, peculiari vi in has partes potiùs quàm illas agendi prædita. Sed uti priora sunt optima, ita hæc particularia nulla, & nullius momenti sunt; dubium enim est, an quibusdam simplicibus insint vires specificæ, immediatè ideis eorum seminalibus annexæ, & quæ cum ideis ∽ insiti hujus vel illius partis certam conspirationem, analogiam & convenientiam habeant, quarum intuitu ∽ insitus recreetur & roboretur; & ita remedium

medium parti affectæ appropriatum exsurgat. Nam omne medicamentũ assumptum, quodcumq; istud sit, quod ultra primas vias pergit, fertur indeterminatè, nec spontaneo impetu in hanc vel illam partem ablegatur aut ruit; sed raptu communis sanguinis & lymphæ æqualiter in omnes partes secundùm circulationis leges pererrat, neque partem ullam præ ulla magis vel minus afficit, dumque hoc modo fertur, ubicunq; materiam, quam immutare; saporem, quem corrigere; substantiam partis, quam in textura alterare aptum natum est, omneq; objectum, activitati suæ accommodatum invenerit, in id operatur. Hinc observare datur, hæmatiten non minus uteri, quàm narium habitualem hæmorrhagiam, quàm etiam hæmoptysin, uno eodemq; modo compescere; myrrham mulieribus non modò menses, sed & in dispositis sputum cruentum & narium fluxum proritare. Quin & cephalica appropriata, v. g. calamum aromaticum, macem, nucem moschatam, juniperi baccas, &c. æqualiter & capiti & utero conferre, utut hæ duæ partes longè à se invicem distent; imo etiam stomacho dicata esse. Ros Marinus egregium est uterinum, & non inaniter in certis casibus à *PANAROLLO* ad sterilitatem laudatur, quamvis pro Cephalico vulgò habeatur; non secus ac balsamus ♃is terebinthinatus & pectoris empyema ac vomicam pulmonum & epatis abscessum, & renum vel vesicæ ulcerationes, curat. Cordialia, muliercularum desiderium unicum, ex mulierum Medicina oriuntur; Cor enim est musculus, & qua talis, nullam penitus præ aliis musculis habet prærogativam. Virium siquidem firmandarum robur formaliter in spiritibus, fundamentaliter in sanguine, consistit; hinc omnia cordialia vim suam corroborativam vel immediatè in spiritibus, vel mediatè in sanguinem exserunt: vid. *WILLISIUS Pharmac. Ration. P. 2. de Cordialibus.* Adeoque quando parti huic vel illi appropriatum magis præ alio videtur remedium quoddam, hoc non tam partis solidæ, quod in eam præcisè agat, quam substantiæ peccantis fluidæ, potentiâ Hippocraticâ morbosè infestæ, in hâc vel ista parte præsertim residentis, ratione operationem suam exerere videtur, sive sit in capite, sive sit in utero.

Experientiâ equidem compertum est, præter specificam vim crasin, qua mediante certis humorum & causarum morbosarum vitiis medentur remedia, eorundem quædam certis quibusdam visceribus aut partibus magis amica aut inimica existere; quâ ratione aromatica omnia cerebro & nervis, amara hepati, acido stomacho, terebinthinata renibus amica; econtrà cantharides vesicæ, cepacea oculis, Vitriolacea pulmonibus, Mercurialia nervis, &c. inimicissima esse solent. Verùm talia proprio impetu eò non feruntur, sed per corpus communi circulo cum sanguine aut sero & lympha perrepta, vel certis in partibus & locis ratione determinatæ figurationis minimorum promptius se insinuant, & ita certas alterationes alibi insensiles dictis in locis inducunt, vel certas morbosas causas, quibusdam partibus in specie hostiles, singulariter corrigunt: qua ratione ♂ antimonii specificum cephalicum, item antiepilepticum, dicitur, quatenus speciale istud Acidum, quod cerebrum afficit, & in nervis convulsiones infert, præ aliis remediis optimè tollit: fœniculum appropriatum ophthalmicũ dicitur, quatenus vel causas morbosas oculis præsertim infensas tollit, & mitigat, vel humores oculorum claros & perspicuos conservat, ⊖e suo volatili blando.

Quoad *Universalia remedia* quorumvis morborum, seu *Panaceas*, & quæ pluribus indicationibus simul satisfaciunt, adeoque pluribus in casibus applicari possunt, qualia non impossibilia esse, per experientiam *PARACELSI*, *HELMONTII*, *BUTTLERI*, &c. patet; sunt ea talia vel secundùm quid, vel simpliciter. Secundum quid sunt, quæ in pluribus affectibus locum inveniunt, & quorum frequentissimus est usus; quale meritò dici potest opium, cujus usus in pluribus morbis non modò est familiaris, sed & ritè adhibitum in multis casibus optimum. Hâc ratione, dum in primis viis Abstergentia præmittimus, quatenus in iis fomes & causa mali ut plurimum latet, antequam ulterius serpat malum, V. S. & Purgantia ferè Universalia dici possunt, & ab omnibus Practicis in frontispicio morborum adeò sollicitè præmittenda jubentur solenni formulâ: præmissis præmittendis, seu Universalibus præmissis; utut hæc malè in quibusdam casibus adhibeantur; propter frequentiorem tamen usum hæc ipsa & similia, secundum quid Universalia appellari possunt. Simpliciter enim talium, seu Panacearum speciosum nomen plus habet in recessu, utut propter vulgi ignorantiam, ineptam applicationem & insulsum usum, passim malè audire soleat. Occasio hujus est, quod plures remedii vires non satis æstimando, nec ejusdem naturam à priori perscrutando, effectibus singularibus quibusdam in admirationem rapti, illud nimis extollendo, mox imprudenter ad universalitatis apicem elevarunt. Ut res pateat, sobriè & restrictè Panaceæ vox est interpretanda, & verè applicanda, non quasi omnes in universum morbos corporisq; nostri defectus curare valeat.

Ejus Possessorem genuinum, quanquam hactenus aut mihi saltem videre non contigit, possibilitatem tamen ejus non nego; peccatur enim hoc in casu tàm in excessu, quàm in defectu. Excedunt, qui ex ineptitudine omnis generis morbis mox Panaceam applicare conantur. Non enim extendenda vox ejus aut usus ad ista vitiosa, quæ Chirurgiæ manuali indigent operatione, v. g. luxata, vulnerata, fracta, &c. quæ malè per Panaceas curare sæpe agit Medicus, utut externis remediis ritè simul conjunctis suo modo conferre queant eædem. Nec extendendum est usus eorum extra morbos internos, aut eos, qui ab internis oriuntur Causis. Verbo: Medicamentum tale Universalibus, seu pluribus in universum, hoc est maximæ parti morborum satisfaciens, istis affectibus non competit, de quibus *HIPPOCRATIS Aphorismus* intelligendus venit: *Natura Morborum Medicatrix* &c. cum vel naturæ vires roborando, vel causas occasionales, naturæ vires & ordines turbantes, corrigendo & removendo operari soleant Panaceæ, unde internis morbis vel ab internis causis saltem enatis succurrere solent universalia talia remedia, quatenus potentias illas Hippocraticas (quæ si benè temperatæ, omnia quoque benè habebunt, si minus temperatæ, mox morborum procella irruit) in rectam symmetriam redigunt.

Usus universalium remediorum, dum eorum in curatione morborũ fit mentio, non intelligendus est exclusivè, quasi quodvis remediũ particulare penitus hîc excludatur, sed saltem inclusivè, ita ut vel alia præmittenda generalia etiam præmittenda sint, adeoque Panacea in suo usu determinanda, limitanda, nec non diætæ regulæ ritè observandæ, & inclusivè administrandæ sunt, ut ipsa Universalia pro individui, sexus, ætatis, virium, &c. ratione, additis plus minus aliis convenientibus subinde quasi specificentur. Ulterius etiam de remedio universali dum movetur quæstio, hoc non ita intelligendum est, quasi de

necessitate

necessitate & semper morbos curet; hoc enim nemo sanus postulabit, aliàs simpliciter omnes morbi essent curabiles; quin, quod positis requisitis & circumstantiis debitis, nec naturæ vires invertentibus, nec remedii vim penitus enervantibus, curare solet quosvis ferè morbos, hoc saltem intelligendum: non enim ultra proprium posse vis ejus extendenda est. Confirmant hoc expertissima Specifica particularia, ob dictas rationes subinde fallentia.

Præmissis his ad specialem remedii universalis vim & operandi rationem in morbis, sive chronicis sive acutis, quorum omnium natura est medicatrix, respiciendum est: nempe morbus omnis duplici gaudet causa efficiente, formali altera, & altera materiali seu occasionali, quarum alterutrâ sublatâ, & effectus seu morbus cessat. Efficiens proximum formale quorumvis morborum est ipse ∽ impetum faciens, principium istud vitale, & morborum proxima primaque origo; ècontrà impetu languente, sanitatis spes evanescit, cum operatione remedii applicati frustranea: nam ejusdem facultatis est, quod in statu sano actiones sanas, & in morboso morbosas & præternaturales perficere solet; unde destructo hinc per mortem principio vitali, & sanitas & morbus cessant, neutriusque particeps cadaver dici potest. Illud ergò principium vitale ritè constitutum benè & naturæ legibus convenienter omnia perficit; ast lacessitum idem, aut ex turbis œconomiæ animalis ad præternaturales impetus stimulatum, morbosos insultus infert: & sicut digerendo & assimilando utilia, excernendo inutilia, corpus conservat; ita adjutum medicamentis, producta morbosa excernit vel corrigit. Materiales verò & occasionales morborum causæ ut plurimum sunt contentorum vitia, nempe sapores isti & potentiæ ♋inæ Hippocraticæ, Acidum, Amarum, Acre, Dulce, Acerbum, &c. quæ temperata si extiterint, omnia benè habent; sed intemperata si fuerint, aut seorsim extiterint, variis turbis totam œconomiam corporis irritant, & crases contentorũ vitiant.

Adeoque remedia universalia, habito respectu ad duplex hoc causarum genus, duplici ferè modo operari observantur: vel sedando morbosos impetus spirituum, tanquam causas efficientes formales, & eos roborando, ut sine tumultu præternaturali in ordinem redeant turbatæ functiones; vel corrigendo & temperando causas humorum materiales occasionales. Patet hinc possibilitas Panacearum, quæ in utrosque, ∽ & humores peccantes, operantur; sicenim spirituum irritatorum impetu nonnihil sedato, eorumque vigore restaurato, præternaturalium functionum vitia non solùm cessant, sed & simul corriguntur & eliminantur sponte naturâ occasionales causæ, & redit pacatus status universo corpori. Simile huic destinationi apparet ferè in opio, quibusvis ferè in morbis salutari, & plurium, imò omnium symptomatum sedativo, cujus polychrestus usus simpliciter consistit in vi, qua afficit ∽ influos, nimium eorum impetum sistendo; quo refrænato nonnihil, robustiores fiunt, & sub halcyoniis, utut breviter durantibus, reverà recreatæ vires felicem effectum, secutâ brevi quiete, sortiuntur; & hinc sponte sua spirituũ vigore, aut per sudorem aut per ⊡m, aut per alium modum, eliminato nocivo, tolluntur morbi, licet non sine noxa quadam stupefactivâ, spiritibus suô modô inimicâ, operetur, unde etiam minus radicaliter eo ipso solitariè adhibito, sed palliativè potiùs, adhuc in ventriculo hærens, spirituum & humorum effrenes motus sopiendo, levari solent morbi; cujus rei exemplum, ubi ex semine hyoscyami assumpto quidam deliravit, assumpto autem vomitoriô integrum semen in forma mucilaginis rejecit, ex *HELMONTIO* supra allegavi.

Videntur ad hoc Panacæarum genus pertinere, quæ ∽ sistunt, decantata ab *HELMONTIO* ♃a *metallica*, nempe ♃ *vitrioli fixum anodynum dulce*, seu *oleum* △ *Veneris Helmontii*, & cum eo paratus *Mercurius* ejus *diaphoreticus* singularis, seu Aurum Horizontale, si vera sunt, quæ asserit, hincque reverà ad universalia remedia pertinere, aut ad horum naturam proximè accedere. Spectant huc ℞æ ☉ares legitimæ, & Panaceæ, quæ ex basi ♁ antimonii confici solent, cujus vis anodyna satis est cognita, ut Panacea *ANWALDINA* posterior, & notæ pilulæ Uratislavienses seu *WILDEGANSII*, ex cinnabari antimonii & laudano opiato ritè correcto præparatæ. Dedi aliquando ægræ ʒj ∽ ⊖ ☿ci rectificatissimi, nec tamen sudorem potui prolicere; propinato autem deinde ♋ß Auri diaphoretici Poterii, post quadrantem horæ copiosissimus sudor sequebatur, quanquam ☉ adfuerit corporaliter, quod in primis viis radicem infringere solet, nec ♃ ejus extraversum, tamen vi suâ anodynâ, spirituum impetum morbosum sedativâ, operationem maximam perfecit. Ergò videmus, quod ♃a metallica fixa, similiaque sublimiora medicamenta, ac quæ ad universalitatis gradum magis accedunt, plus in recessu habeant, & longè aliâ ratione operentur. Sanè hæc omnia optimè explicari possunt & dilucidari per hujusmodi morbosos impetus in spiritu influo excitatos, quæ operandi ratio aliàs ad occultas qualitates referri necesse esset, id est, ejus ignorantiam apertè fateri.

Quod attinet secundum genus remediorum universalium, quod causas istas morborum occasionales Hippocraticas istas exorbitantes potentias, hinc omnem acrimoniam humorum peccantem temperat & corrigit, & ita præternaturales eorum intestinos motus, effervescentias, præcipitationes, coagulationes, &c. sistit, ejus existentia plausibilior & magis conspicua est. Si enim corpus humanum consideremus, deprehendemus ferè semper, Acidum quoddam in primis viis peccare, ut id in genere occasionalem asserere causam vix dubitem, utut pro specifica sui determinatione varios inde effectus edere soleat.

Quod igitur acria talia corrigit, revera erit Panacæa, tantùm non omnium morborum inde ortorum solamen, præsertim, si, quod fieri solet, diaphoreticâ vi, ceu naturalissimo correctorum succorum evacuationis genere, simul instructa fuerint. Hujusmodi Panaceas suggerit Regnum vegetabile & animale, quales inter in specie est *SYLVII sal volatile oleosum*, ab eodem tantùm non omnibus morbis adaptatum, temperans quodcunq; acre causæ peccantis in morbis, & ita noxas inde inductas corrigens, & hinc sistens quosvis præternaturales humorum motus potiùs, vi diaphoreticâ blandâ sublevans universum corpus. Talia quoq; videntur quævis ☉aria & Mercurialia Catholica, temperativa, ratione ♃is sui extraversi, omne acre, & hinc diaphoresi ejiciens, non secus ac alia ♃ea metallica, unde & idem *SYLVIUS* ♀ antimonii fixum, ceu universale temperans, & tantùm non-Catholicum, laudare solet: Unde ♃a talia metallica fixa, partim quatenus temperant universaliter quodvis Acidum, partim quatenus vi anodynâ simul plus minus instructa sunt, tam sicca quàm ex his paratæ ℞æ *antimonii Valentini*, & similia alia plus minus universalia, Panacearum apicem proximè attingunt. Forsan huc etiam *lapis* △ *Basilii* ex antimonio

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0299-1 DFG

nio pertinet. Sic porrò & universalia ista ⊖ia, ex △e, rore majali, ▽ pluviali, &c. parabilia, etiam à quibusdam Panacearum censui annumerantur, quatenus putantur partim spirituum summè confortativa, partim etiam humorum quorumvis temperativa & resolutiva: sic *Dienheimii Panacea*, qua felicissimè in Praxi usus est ex rore majali constabat.

Hæc de Auxiliis Pharmaceuticis dicta sufficiant.

Consideravimus jam hactenus Methodum medendi in genere cum Remediis & Auxiliis: progredimur nunc ulteriùs ad specialiorem Tractationem. Causæ autem morborum secundum triplicem eorum classem, pro diversitate partium quas affligunt, sunt

(1.) Humorum contentorum; vel
(2.) Spirituum seu impetum facientium; ac
(3.) Continentium seu solidarum partium.

Pro triplici hac differentia Ratio triplex instituatur medendi.

CONTENTORUM VITIA.

SECTIO I.

DE

HUMOROSARUM PARTIUM VITIIS CORRIGENDIS.

HUmores fiunt morbosi, vel in quanto, vel in quali: hoc est, quando Contenta fluida, in quibus fundamentum vitæ consistit, vel deficiunt, vel excedunt, dicuntur morbosa in quanto; quando verò in textura sua seu crasi materiali, & inde natis Attributis variis, peccant, vitium est in quali. Addunt alii vitium humorum in loco & motu; sed male: habent namque se ii reverà in his simpliciter passivè ad alterius impetum, secundùm organorum structuram, per quæ moventur; & sic non à seipsis, sed ab impellente, & instrumento, per quod fit motus & pulsus, humores motu peccare dicuntur: v. g. in inflammationibus, ubi vitium non est in sanguine, sed in parte, in qua sanguinis fluxus impeditur; sicut & in hæmorrhagia narium vitium est vel in movente spiritu, & in instrumento, per quod fit motus & extravasatio.

CAPUT I.

DE

QUANTITATE HUMORUM IMMINUENDA, & quidem de PLETHORÆ DIMINUTIONE.

IN Quanto igitur peccare dicuntur Contenta naturalia, tam quando deficiunt, quam quando abundant. Si deficiunt, Restitutio eorum per remedia diætetica facilis & nota est; si verò abundant, remediis Pharmaceuticis & Chirurgicis corrigenda sunt. Sunt autem Contenta naturalia Chylus, sanguis, & commune utriusque vehiculum, serum, lympha, bilis, &c. quorum omnium excessus, & inde nata vitia, emendanda sunt.

Bilis abundantia quomodo imminuenda, vel vomitu, vel secessu, *infra de Purgantibus* dicam. Serum copiosius quomodo per ⊡s imminuendum, ubi *de Diureticis sermo* erit, videbimus. Quomodo lympha per sudores ubi *de Sudoriferis sermo* faciendus. Hâc vice in specie dicam de massa sanguinea, prout chylo & sanguine constat, ac sero, communi horum aquoso vehiculo, diluitur.

CLASSIS I.

DE

SANGVINIS EVACUATIONE SENSIBILI.

SAnguis aut ejus serum, si copiosiora, quàm decet, existant, per extravasationem seu evacuationem, imminuenda veniunt. Dubitari autem posset, an sanguis, vitæ scilicet thesaurus & fundamentum, minui & removeri debeat, nisi ipsa natura Ductor & Doctor id dubium removisset. Frequentes enim Observationes loqvuntur, quàm insolitas natura sanguinis evacuationes spontaneo motu interdum instituat, ut sarcina ea molis tantæ se liberet. Notæ sunt crises, quas interdum natura per hæmorrhagias in salutem ægri instituit, imò per vias incognitas sæpè, sibique insuetas, molitur: exemplum videbitis in *ZACUTO LUSITANO lib. 2. Medic. Princip. Histor.* 10. Aut quando per insensilem porum in cute, circa epatis regionem, quotannis cum patientis salute apertum, se exonerare satagit, cujus illustre exemplum *SCHENCKIUS Observat. pag.* 413. & 426. ex *BENIVENIO* observavit; vel per porum insensibilem in dextræ manus salvatella sponte apertum sanguinem salutariter evacuat, *teste BARTHOLINO Centur.* 5. *Histor.* 19. Taceo nunc menstruorum excretiones, quæ non tantùm mulieribus, sed etiam viris interdum contingunt, de quo *ZACUTUS LUSITANUS lib.* 2. *Praxeos Admir. Observat.* 102. *item BARTHOLINUS loco allegato Histor.* 32. vel hæmorrhoidum fluxus, quia non viris tantùm sunt proprii, sed etiam mulieribus non rarò vicarii sunt menstruorum deficientium. Quibus ordinariis fluxibus suppressis quàm variæ succedant evacuationes, vel per vomitum, vel per nares, vel per mammas, vel per oculorum canthos, ut satis superque notum est, ita exempla videri possunt *in SCHENCKIO l.a. p.* 511. *PANAROLLO Pentec.* 1. *Observ.* 9. *HOCHSTEDTERO Dec.* 2. *Consil.* 6, & *TIMÆO l.* 4. *Consil.* 12.

Tractandum hîc foret de Cura Morborum in specie; sed quoniam, quæ hîc moneri possunt generalia, partim sunt superficialia, partim confusa, ac Praxi speciali reservantur, propterea non nisi, quæ de morbis humorum in genere scitu necessaria sunt, tractabimus.

Cùm ergò subinde ipsa natura id nos doceat, quidni imitetur Medicus ejusdem conatum, & ubi cognoscit, eam aggravatam esse à sanguine, hunc imminuat, sive sensim absumendo aut per labores, exercitia & inediâ, quibus plures morbi curari possunt, quàm medicinam; aut fonticulos & cauteria; sive confertim evacuando aut per hirudines & cucurbitulas scarificatas, aut per sensibilem evacuationem ubi vasa sanguiflua aperiuntur, venæ scilicet & arteriæ, mediante phlebotomo: vid. *NICOLAUS FONTANUS Responsor. & Curat. pag.* 110. & 111. Hæc enim per se nil aliud præstant, quàm quod sanguinem evacuent, cujus abundantia sola sui imminutionem, per partialem sui detractionem, venæsectionem, indicat: vid. *supra, ubi de Plethora*; cùm periculum sit, ne ex intermissa sanguinis missione, præprimis consueta & urgente, alia mala insignia oriantur: & hoc est Indicans primarium. Abundat autem *vel simpliciter* in sui copia ex intemperantia otiosa, aut suppressione consuetæ evacuationis, *vel secundùm quid* in Adsuetis, item in orgasmo seu turgescentia nimia febrili, dum nimium ebulliens vasa distendendo apparenter abundare vide-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0300-8 DFG

videtur, & sic solùm in his Casibus sanguinis detractio necessaria est. Indicatio secundaria sit victus, climatis, ætatis, virium ratio, aliæque circumstantiæ in ægris observabiles.

Quæritur, an bonum sit, evacuare sanguinem? Ratio dubitandi hæc est quia in sanguine consistit radix vitæ; quo plus enim de sanguine imminuitur, eo magis debilitatur corpus, & de vita detrahitur. Conclusio hæc est verissima. Interim tamen ex duobus malis minus est eligendum, præsertim cùm videamus, naturam gravatam sanguine ejus evacuationem instituere, & quidem in statu naturali per mensium vel hæmorrhoidum fluxum salubrem; in statu præternaturali notum est, quod non raro affligat spontanea hæmorrhagia in principio & statu morbi, quæ in statu morbi critica & saluberrima est. Cùm ergo natura monstret viam, imitemur eam; sed non nisi ob sanguinis nimiam abundantiam, eam, scilicet venæsectionem, instituere debemus.

Tanta certè interdum venæsectionis est utilitas, ut ii, qui ex nimia plenitudine suffocari videbantur, solâ sanguinis missione sanati fuerint: *vid. SCHENCKIUS l. a. pag.* 417. sicut & ex omissâ venæsectione in corpore sanguine turgido stagnationem ejus, & inde suffocationem lethalem observavit *PANAROLLUS Pentec.* 1. *Observat.* 13. Quoad victum, sanguinis evacuationem imperat, prout talis est, qui copiosum suggerit sanguinem: Climatis ratio, quatenus disponit ad Plethoram apparentem, nimiam nempe sanguinis turgescentiam & ebullitionem. Hinc nobis Germanis & Septentrionalibus minus convenire videtur venæsectio, quàm Italis & Gallis, quia Germanorum victus non est tàm generosus, hinc sanguis non tam spirituosus, nec ejus nimia turgescentia, illiusque ad minorem transpirationem dispositio, adest: meliùs autem convenit Italis & Gallis propter vini usum & climatis rationem, quia ratione ♎is turgescibilis etiam sanguis eorum turgescit. Ætati consistenti magis convenit venæsectio, crescenti minus, decrescenti omnium minimè. Quoad vitæ genus, huc pertinent sedentarii, intemperantes, studiosi, &c. qui sedentariâ vitâ gaudent, hi interdum opus habent venæsectione; qui autem vitam actuosam agunt, & multum transpirant, iis non est necessaria. Pertinet huc etiam sexus: cœteris paribus magis sexui masculino quàm fæminino convenit, quippe quibus mensium fluxus loco venæsectionis est, nisi interdum in gravidis juvenculis, habitioribus, lautâ diætâ, præsertim vinosâ, & vita sedentariâ utentibus concedenda; ubi sanguis præternaturaliter coacervatur, unde dicuntur Plethoricæ, ibique interdum est salutaris. *Sanguinis coacervati signa* sunt lassitudo, difficilis respiratio &c. in talibus prodest sanguinem ventilare; adeòque omnis venæsectio instituitur, ut sanguinis excedens quantitas saltem imminuatur, in quo usus ejus primarius consistit: uti & iisdem, quæ copioso mensium fluxu solent laborare, interdum convenit aliqualis venæsectio in brachio pro ventilatione sanguinis circa medium gestationis tempus, quod tunc sæpè natura excitet hæmorrhoidum fluxum loco mensium. In junioribus, nimis laboriosis, ac minus sanis gravidis minus convenit venæsectio. Dicunt aliàs, venæsectionem, medio gestationis tempore institutam, præservare gravidas, ut in partu non corripiantur purpurâ (sie sollen den Friesel nicht bekommen) vel febribus malignis; sed falsum & pessimus abusus est; Quid enim ad depurationem turgescentiæ futuræ sanguinis hæc hocce tempore instituta faciet aut conferet? Utplurimùm autem primo gestationis tempore vomentes, picantes, &c. præservantur ab affectibus gravioribus in puerperio. Pertinet huc consuetudo, quæ est quasi altera natura, & multum in recessu habet: unde, qui consueti sunt semel venæsectioni, illam necesse habent quotannis verno tempore repetere, quo germinare incipit sanguis, nisi clinicam agere vitam velint: id quod continuare coacta fuit nobilis quædam mulier laudabilis constitutionis, usque ad octuagesimum annum ætatis, *teste TRINCAVELLO in SCHENCKIO l. a.* quâ consuetudine omissâ obortam febrem ardentem cum erysipelate in sene 63 annorum, *videl. in GABELCHOVERO Centur.* 6. *Curat.* 6. quâ observatâ alius à febribus acutis se præservavit. Sæpè enim mala multa post venæsectionem interruptam, aut diu posthabitam, seqvuntur, ut tonsillarum inflammatio, tubercula cutis, aliaque: quare etiam venæsectioni adsueti statis vicibus in vena punctiunculam, sensum cujusdam motus in bracchio vel loco secari solito, & titillationem, percipiunt, naturâ quasi ad solitas evacuationes monente, ut eleganter loquitur *BARTHOLINUS Centur.* 5. *Histor.* 19. Ergò moderata & circumspecta sanguinis evacuatio omninò subinde necessaria est, ut instituatur â Medico, & utilis est ægro. Plura de venæsectionis necessitate *videbitis in Methodo Medendi HOFMANNI lib.* 1. *cap.* 13. *& Dissertat. MAURITII HOFMANNI de Venæsection. Necessitate.*

Porrò massa sanguinea in genere, præter abundantiam vel veram vel apparentem, motum etiam suum circulatorium considerandum suggerit, partim quatenus ipse necessariò pro conservanda vita requiritur, & quatenus à motu ejus & aliorum quorumvis contentorum naturalis motus dependet, ita ut sanguinis circulus continuus sit necessarius, partim propter sanguinis ipsius integritatem ad vitam necessariam, & ut alia fluida in suo motu conserventur: v.g. à sanguinis motu quivis seri & lymphæ motus dependet; sicut & ab hoc motus bilis per hepar meantis continuatur, ⊡æ fluxus & sudoris motus & exclusio, sanguinis versus cerebrum, & ipsorum spirituum animalium quoque suo modo motus, dependet. Moderatur hunc motum simpliciter cor, cujus respectu corpus universum in duas regiones dispescitur, in inferiorem nempe, quæ venam cavam adscendentem, & arteriam magnam descendentem; & superiorem, quæ arteriam magnam adscendentem, & venam cavam descendentem, complectitur. Dum ita cor sanguinis motum modificat & moderatur, inde aliorum contentorum naturalium motum adjuvando & promovendo, per accidens sanguinis missio solet conferre quoque ipsi motui sanguinis, quatenus imminuto nonnihil ejus quanto liberior & facilior fit ejus per vasa circulatio, & simul circa locum vel evacuationis vel stagnationis, ob meatus & poros magis apertos, ex vacuo concitatior sanguinis ipsius & quorumvis aliorum contentorum plus minus stagnantium impetus ac progressus, simul promovetur; & hic est usus primarius missionis sanguinis, modificare nempe & promovere suo modo sanguinis motum circularem, & hinc dependentem aliorum humorum plus minus stagnantium, vel in suo motu impeditorum, motum, quod vulgò vocant *Ventilare*, quatenus hoc ipso sanguis & aliorum inde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0301-3 DFG

dependentium humorum plus minus vitiosorum motus promovetur. Per se ergò, utut solummodò sanguinis evacuationis scopo satisfaciat venæsectio, per Accidens tamen interdum etiam alis subinde subvenit affectibus, quos per sanguinis detractionem experimur nunc mediatè, inde dependentes, quatenus vel hi à sanguinis abundantia, vel exinde impedito ejus aut naturæ motu, aut fermentatione imminuta, vel alia circumstantia adjuncta, dependent: hinc venæsectio in pedibus instituta, instantes menses proritat, lochia suppressa promovet, ⊡m remorantem pellit; observatum enim fuit à *RIVERIO lib. 1. Observat. 1. & 89*, quod ⊡æ suppressio mediante sanguinis missione in bracchio sinistro fuerit curata, quia sanguis abundans inceperit stagnare in vasis emulgentibus, & in renibus transcolationem & secretionem ⊡æ impedierit, & sic per accidens ⊡æ suppressio curata est. *WILLISIUS* quidem *in Pharmac. Ration. P. 1. Sect. 4. c. 3.* tàm per propriam, quàm *LOWERI* experientiam, ab humorum strictiore combinatione deducit; cujus etiam generis Ischaria illa videtur, quam *TULPIUS lib. 2. Observat. 43.* singulis pleniluniis affligentem, & per venæsectionem solutam refert: Verùm *WILLISII* hæc opinio assensum non meretur. Nam si quis *RIVERII Observationes allegatas* attentiùs considerat, sanguinis vitium vix excusare poterit, præsertim cùm post solutam Ischariam ⊡ subnigra reddita fuerit, nec seri defectus accusari poterit, aut sanguinis compages nimis stricta; siquidem uterque ægrorum ante suppressionem multum potarit, ac plures ⊡æ ℔ excreverit: Abortum interdum præcavet, quando mulieribus gravidis medio gestationis tempore secatur vena, ut sanguinis quantitas imminuatur, ne fœtus sanguine suffocetur: simili ex ratione in habitioribus partum difficilem promovet venæsectio in bracchio, *teste BORELLO Observat. 24. Centur. 4*; aliquoties venæsectione parturientes liberatæ sunt; ipse novi exempla bina, quod *PATINUS Medicus Parisiensis*, & sanguini humani admodum sitiens, binos partus eo modo feliciter promoverit, quod etiam *BAUHINUS Basileæ* feliciter expertus est: lochia suppressa denuò solent per venæsectionem in pede provocari, sanguinis impetu ad inferiora concitato; non secus ac mensibus jam imminentibus vel fluentibus hi per brachii venæsectionem supprimuntur: sic mulierem ex defectu mensium tabefactam per venæsectionem repetitam curavit *BENIVENIUS*, *teste SCHENCKIO lib. 2. Observat. pag. 261*; & extenuatam per venæsectionem curavit *ZACUTUS LUSITANUS lib. 3. Praxeos Admir. Observat. 4.* convenit etiam per accidens in nephritide, qua cucurbitulæ lumbis applicatæ fuerunt: item in doloribus ischiadicis, imprimis in principio & partium doloribus fixis; qui sanguinis missione, & hinc in pede sectione, sistuntur; ipse observavi, quod mulier, dolores exquisitissimos in pede passa, venæsectione liberata fuerit: in convulsionibus, casu & lapsu ab alto, contusionibus cranii, &c. per Accidens sanguinis imminutio solet esse proficua, quatenus sanguinis quantitas ex parte detrahitur, & simul modificatur contentorum motus.

In Plethora ergo vera nullum dubium est de venæsectione; in notha autem seu apparente non est necessaria, modò Medicus sciat sufficienter sistere sanguinis orgasmum Absorbentibus, simulque blandè diaphoreticis, v. g. lapillis cancrorum, testis ovorum calcinatis, ebore sine igne dentibus apri, hippopotami, &c. lenioribusque acidis, succis & syrupis berberum, citri, tibium, ℞ florum bellidis, rosarum, spiritu nitri, ♃is, ♁is, vitrioli, vel pulvere ebatico rubro Dresdensi, spiritu vitrioli coagulato, &c. utpote quæ Plethoram notham sine venæsectione curant: quod si Medicus hoc nesciat, necessariò secetur vena. Quod verò quidam in febribus ob id secent venam, ut refrigerent, absonum est, cùm interdum excedens ex effervescentia sanguinis sit æstus, quam sanguinis tantilla detractio non temperabit; in intermittentibus febribus semper est inutilis, & simpliciter nullius sanguinis evacuationis usus: Nescio verè, in quam causam ibi instituatur? quotiescunque enim in iis evacuatur sanguis fiunt magis chronicæ & contumaces. Febres continuæ sunt vel benignæ vel malignæ: in malignis periculosissima est venæsectio, quæ multos jugulat, nisi forsan in juvenibus summè plethoricis, ubi in principio maxima sanguinis turgescentia conjuncta, qualis interdum in variolis & morbillis est: febres continuæ ardentes benignæ, quæ imprimis refrigerio egere videntur, si debitis figentibus, absorbentibus & diaphoreticis tractantur, venæsectione opus non habent; si verò hoc non potest fieri, tunc in principio, non in progressu, aliquantum etiam sanguinis profusi mittatur, ne adeò acutus morbus persistat, & melior occasio aliis utendi efflorescat. Refrigeratio autem fit nulla, cùm tantillum sanguinis detractum nihil juvet pro consistendo æstu massæ sanguineæ impensiùs effervescentis, nisi more veterum ad animi usque imminens deliquium vena secetur, qui illi terminum sufficientis evacuationis tunc statuebant, cujus exemplum videbitis in *AMATO LUSITANO Centur. 3. Curat. 31*; sicque ægri facillimè curarentur, quia occiderentur, de qua controversia vid. *MAJATUS in Consultat. Medicis T. 1. P. 1 Quæst. 7.* Gallis & Italis Cachexia, pallor & tumor pedum frequens est, quæ oriuntur ex crebra venæsectione, quæ ipsis in febribus ad animi usque deliquium ferè familiaris, unde etiam nullus ferè à febribus curatur, quin non dicti morbi sequantur: ad uncias aliquot autem si mittatur, parum salutis æger habebit; si tamen necessaria, fiat in casu, quando metuimus in progressu morbi gravia symptomata capitis, cephalalgiam, deliria, agrypniam, &c. In morbis chronicis venæsectio rarò aut nunquam instituatur, nisi forsan occasio sanguinis consuetæ evacuationis suppressæ in ægro, hoc suadeat. Ex his patet simul; quod Cacochymia non indicet venæsectionem: nam sanguis cacochymicus sui correctionem, non imminutionem, indicat, quia mistim effluit sanguis, bonus & malus, simili qualitate ut circulatur per vasa; imò planè hîc exulet venæsectio. Posito, aliquam partem cacochymiæ imminui; tantum tamen nocumenti, quantum commodi, exinde sperandum: ergò nullius ejus usus. Objiciat quis: es gehet ja erst schwarz / darnach roth Blut; ergò malus præcedit, bonus sequitur! Vana hæc est consequentia & ludicra. Notum enim est, quod omnis sanguis arteriosus sit floridior venoso, ab ♎e nempe hunc acquirens colorem, dum per pulmones circulatur, quod experimentis *LOWERI de corde* probari potest; econtrà, qui ex arteriis in venas transmissus, evadit tractu temporis obscurior, hocque eo magis, quo magis per truncum, ramos & venas, fuerit transmissus & circulatus; hinc ex venis affluit nigrior & obscurior, floridior autem hunc insequitur propter rapidiorem circulationem ex arteriis ad vasa inanita: sed sub celeri hoc motu interdum

terdum floridum colorem exuit, hinc sequitur per accidens floridior nigriorem & obscurum in emissione. Unde ridiculum est quoque, dum interdũ curiosi sunt Chirurgi vel Adstantes ægrorum, in tres distinctas patellas sanguinem successive colligentes.

Quoad legitimum venæ sectionis regimen, potissimum controvertitur de loco, ubi pro sanguine imminuendo unum idemque, & perinde est, quin loco evacuetur; pro ventilatione tamen aliquis delectus instituendus est, idque secundum notissimas Revulsionis, Aversionis & Derivationis regulas. Veteres de hoc solliciti adeò fuerunt, ut hinc mille controversiæ fuerint excitatæ: v. g. ubi in pleuritide venæsectio instituenda integra volumina præstant; moderni econtrà minus his tribuunt, ob inventam hodiè circulationem sanguinis; medio tamen tutissimus ibis: tantum usum cum Veteribus iis non tribuimus; saltem per legitimam circulationis applicationem corrigendam censeo.

Veteres sanguinem irruere in partes dixerunt, unde in loco opposito evacuarunt eundem. Stante autem sanguinis circulo, impossibile est hoc, eò quod sanguis æquali modo in universum corpus, magis in hanc quam in aliam partem influat, & æquali circulo à quibusvis partibus refluat, in quas influxit, non verò determinatè plus minus ad hunc vel illum locum. *Cor* est fons, ex quo scaturit sanguis, & universum postmodum corpus ab eo pervagatur: Movetur indeterminatè per arterias ad partes, per venas verò ad cor; unde nunquam movebitur copiosiùs aut impetuosiùs ad partem unam, quàm ad alteram, neque pro correctione talis motus venæ sectio ulla sub nomine Revulsionis vel Derivationis institui potest, hinc etiam quivis facti tumores non ab effluente humore seu sanguine, sed restagnante, hoc est, non ab irruente sanguine, sed in suo motu animali per porulos vel partium vel vasorum capillarium impedito, sanguis necessariò coacervatur & stagnat in parte, putrescit & inflammatur, indeque pars tumet. Quocunque ergo in loco evacuetur sanguis, nunquam corrigetur iste tumor, nisi impedimentum illud quod sanguini tanquam materiæ liquidæ fluenti oppositum est, removeatur. Unde si pro scopo Revulsionis aut Aversionis mittatur sanguis, falsum est, quod per emissionem in opposito loco, velut impetu, sanguis eò trahatur: non enim juvat hoc diutius, quàm quamdiu sanguis effluit; simulac autem inhibetur denuò simul æqualiter per sua vasa fertur, & nullus major impetus ad oppositum locum observatur. Et posito, irruere sanguinem in partem ex quacunq; causa removeatur, non corrigetur is motus, licet vel centum venæ in alio loco pertundantur: & si vel maximè irruat, non potest copiosiùs irruere, quàm vasa permittunt, quorum alveis coërcetur: sin ergò aperta sint omnia vasa, viæque patulæ, sanè eo motu, quo irruet in partem eo etiam ex eo effluet, ob immutatabilem naturalis circulationis legem. Quid ergò tum proderunt revulsoriæ & derivatoriæ venæsectiones?

Veteres enim in tumoribus quibusvis, in specie inflammationibus, duas partes apprimè consideraunt; Mandantem & Recipientem. Mandantis partem, respectu sanguinis venosi Epar, respectu arteriosi Cor; Hanc verò seu recipientem quo tumor & inflammatio erat, dixerunt v. g. pleuram in pleuritide, collum in Angina, &c. Putarunt verò à parte mandante sanguinem mitti recipiendum, unde pro corrigendis hinc inde malis Mandantis ratione Revulsiones & Derivationes, ratione verò partis recipientis Interceptiones & Repulsiones instituerunt: v. g. in angina partem mandantem dixerunt hepar, hinc pro Revulsione & Retractione venæsectionem in pede jusserunt, pro aliis verò retrahendis in brachio; respectu recipientis, vel laryngis & partium vicinarum, pro derivatione sub lingua venæsectio, & in principio externè Repellentia ut repellatur sanguis in vasa, collo verò Intercipientia applicarunt. Hæc tamen nullo modo potuerunt concedi, quia sanguis æqualiter fertur in universum corpus, & æquali circulo à quibusvis refluit, in quas influit, non verò determinatè plus minus ad hunc vel illius locum, unde etiam quivis facti tumores non ab affluente humore cum sanguine sed stagnante, hoc est, non ab irruente sanguine, sed in suo motu naturali impedito; unde coäcervatus stagnat, & sic tumorem, &c. infert. Ideò, quando humor aut sanguis æqualiter fluit & refluit, nullus fit tumor, nec impedimentum quoddam est, sed simpliciter respectu partis recipientis est vitium, non respectu mandantium: v. g. in pleura non est vitium cordis mittentis sanguinis affluentis, sed viarum, per quas sanguis fluit; dum fibræ ab acido irritatæ stringuntur, hinc substens & stagnans sanguis inflammationem pleuræ infert. Vitium igitur est in parte recipiente, dum fibræ ex contractione pororum sanguinem in sua circulatione turbant & impediunt; sicuti spinam digito infixam sequitur dolor, tumor & totius manus inflamatio, cujus fibræ constrictæ & angustatæ ex constrictione pororum sanguinis congestionem, tumorem, ex stagnatione, & tandem inflammationem inferunt. Tanta igitur non est harum revulsionum & derivationum amplius utilitas; non tamen est de nihilo, quoad experientiam Practicam, earum observatio, adeoque corrigenda, non simpliciter rejicienda est; sic enim revulsione sanguis in quadam regione stagnans in contraria vel opposita evacuatur, ut aliquando promptiùs ad hanc fluat, & imminutâ ejus quantitate imminuatur nimium stagnationis incrementum. Sic exemplum notabile refert *LINDANUS in Colleg. Manuscr. suo super Hartmannum, de Mercatore* quodam *Amstelodamensi*, cui dexter oculus erat inflammatus; Medicus senex venam secat in bracchio ejusdem lateris, unde magis inflammabatur oculus, quia sic sanguis majori impetu ad partem movebatur; Chirurgus aperit venam in sinistro bracchio, qua oculus anteà illæsus altero die etiam inflammatur; hoc videns Medicus, secat iterum venam in dextro bracchio, & ibi quoque augetur inflammatio, & miser æger ferè excæcatur: in consilium vocatus *D. LINNANUS*, errorem amborum videns, statim venæsectionem in pede dextro instituit, tunc notabiliter imminuitur inflammatio dextri oculi; altero die venæsectionum repetierunt in sinistro pede cum eodem successu oculi sinistri, adeò ut sublatâ omni inflammatione, ita curatus fuerit. Et hæc fuit venæsectio Revulsoria, ubi quidem non laudanda copia venæ sectionis, sed videndum saltem, quantum in opposita parte venæ sectio in recessu habeat. Idem *in Actis Medicis Hafnienſ. Volum. 2. pag. 194.* extat de muliere, quæ sub mensium fluxu ex venæ sectione instituta in bracchio sinistro hujus inflammationem, & in mammis tumorem ac inflammationem, cancrum minitantem, sensit: sicut Ancilla alia actu fluentibus mensibus, ex venæ sectione in brachio, his oppressis, constrictionem thoracis, anhelitum difficilem, suffocationem demum cum delirio, experta est: Sic alia mulier eodem modo planè Melancholica facta, refertur:

refertur: *RIVERII* item citata exempla, suppressæ ⊡æ restitutionem concernentia, probant & ostendant, quantum in parte opposita valeat venæ sectio: *AMATUS LUSITANUS cap. 6. Observat.* 28. narrat de muliere, uteri fluxu laborante, ut quoties hęc venæsectionem instituerit in brachio, toties fluxus auctus fuerit insecutus; quoties autem in pede, toties fuerit suppressus; sanguine nempe abundante & turgescente per venæsectionem in motum liberiorem in regione superiore concitato, copiosiùs inde fluxisse ad inferiora, & per uterum excrevisse hunc; in pedum verò regione ad inferiora provocatus, replevit vasa arteriosa uteri, & fluxum ejus stagnatione suâ plus minus impedivit: Refert sic *GABELCHOVERUS in Curat. suis* de muliere, quæ sub menstruatione, cucurbitulis in dorso & bracchiis utens, dolorosâ hinc factâ, & quoties insisterent menses, toties millia malorum doloroforum & symptomatum circa loca scarificata perpessa sit. Confer. *RIVERIUS Cent.* 1. *Observat.* 2, *WALÆUS in Methodo Medendi pag.* 98, *& FEHR de Absinth. p.* 138. Natæ ergò Veterum fuerunt hypotheses sub tenebris ignoratæ circulationis sanguinis, quibus discussis & istæ falsitatum nebulæ disparuerunt. Ut ergò res meliùs pateat, quomodo sub certo sensu stare queant ista Veterum Asserta, propono, respectu cordis duplices esse regiones corporis oppositas, in quas emanat sanguis, superior scilicet ratione arteriæ adscendentis, & inferior ratione arteriæ descendentis. Inferior complectitur abdomen & pedes, quousque nempe à corde arteria magna descendit; superior collum, bracchia & caput, quousque arteria magna à corde ascendit. Quando ergò pars affecta est in una regione, & mittitur sanguis in regione altera, dicitur Revulsio; dum enim sectâ venâ evacuatur sanguis in quadam parte, hôc ipso, ob majus & liberius spatium, promptiùs in venulas ex arteriis capillaribus influit sanguis, quibus igitur depletis promptiùs influit sanguis ex ramis, hinc successivè ex truncis, dumque vasa non adeò turgent, quam in opposita parte, sanguis ob minora obstacula aliquomodo celerius influet in istam regionem corporis, ex qua fit talis evacuatio magis, quàm in alteram, ubi non fit. Si ergò stagnat sanguis in quadam parte ex impedito ejus motu, v. g. in capite vel oculis, datque inflammationem, quo major & pertinacior est talis stagnatio, eò major & periculosior successivè fiet inflammatio, ob succedentem & influentem continuo non interrupto motu sanguinē. Si ergò aperitur vena in parte inferiori, v.g. poplitea aut saphęna, & sanguis evacuatur, dicitur Revulsio: sanguis enim evacuando

1. Imminuitur:
2. Ob liberius spatium in inferiori regione, & ob impedimentum stagnationis in superiori, promptiùs movebitur sanguis ad inferiora; sicque duplex habet commodum:

(α) Ut sanguis non adeò copiosus superiora versus feratur. Sed hoc non durat diutiùs, quàm venâ apertâ sanguis fluit; hâc enim denuò occlusâ, sanguis brevi post denuò in omnibus vasis æquali tenore & quantitate circulatur.

(β) *Ut sanguis, dum quantitas* ejus imminuitur, ubi ejus motui injicitur impedimentum, non adeò copiosè stagnet, vel colligatur *in loco*, ubi fit stagnatio ejus; sed depletis nonnihil vasis, à vicinis promptiùs absorbeatur, & ita per ea ad cor revehatur, quod fit eò feliciùs, quo copiosiùs sanguis detrahitur, qui aliàs copiosior propter motum impeditum restagnare facit in loco, & sic inflammationem intendit, vel dum effluit actu sanguis, & in illam oppositam partem faciliùs & copiosius fluit, isto tempore minus stagnat circa loca inflammationis, & refluit hîc faciliùs.

Hoc modo explicata Revulsio nil aliud erit, quàm sanguinis in quadam regione stagnantis, in regione contraria vel opposita evacuatio, eum in finem, ut aliquo modo promptiùs ad hanc fluat, & imminutâ ejus quantitate sanguis promptiùs circuletur per vasa aliàs impeditus, & ita impediatur minimum stagnationis incrementum in parte affecta, & hoc vocatur Revulsio Universalis. Patet ex his, per venæsectionem in loco alterutro, respectu binarum corporis regionum sanguinis & aliorum contentorum motum modificari posse diversimodè, & hinc morbum nonnihil mitigari.

Quod si vel facta sit talis *Revulsio*, vel ea non opus sit, & stagnationis sanguinis in parte incrementum non sit adeò ingens, vel jam aliquo modo diminutum, ut hoc ulterius præcaveatur, aperitur vena in eadem, quo sic non ad locum stagnationis, sed ad vicinum promptius sanguis fluat, & magis adhuc imminuto ejus quanto facilius per alia vasa remeare queat, ne augeatur stagnatio, & hoc vocant *Revulsionem* particularem, alii Aversionem, evacuationem nempe sanguinis ex loco ejus stagnationi vicino: v. g. Anginosus, cui inflammatio fit non propter sanguinem irruentem in istas partes, sed propter sanguinem stagnantem ex impedito circuitu, evacuat in tali casu sanguinem nunc ex pede pro Revulsione universali, è brachio pro Revulsione particulari seu Aversione, è venis raninis sub lingua pro derivatione; si enim incidantur venæ istæ, per quas sanguis in loco stagnans naturaliter aliàs refluere deberet, ut sic adjuvetur, quantum fieri potest, ejus Recursus, quo restituatur in naturalem circulū, vocatur *Derivatio*, sanguinis scilicet per locum stagnationi proximum, & vasa, per quæ sanguis deberet refluere, eductio, ut minor fiat stagnatio, & propter depleta vasa faciliteur ejus refluxus seu circulatio; sicut, si in vasis, per quæ sanguis refluere debet, venæsectio instituitur, Interceptio vocatur. Hæc distincta loca multum in recessu habent.

Quæritur nunc in specie, in quibus casibus Revulsio & Aversio imprimis conveniant, non exclusis aliis casibus. Respondeo:

(1) Imprimis in insignioribus inflammationibus,
(2) Gravioribus partium doloribus, præsertim imminentibus.
(3) In raptu seu transcolatione humorum vitiosorum ad partem nobiliorem.

Quoad inflammationem, notum est, in pleuritide curāda, peripneumonia, angina, cephalalgia, ophthalmia, &c. sanguinis evacuatio necessaria judicatur, quod hæc semper secundum Revulsionis & Aversionis regulas sit instituenda, utut utraque hæc in subjecto plethorico, vel simpliciter vel apparenter tali, locum habeat.

Quoad dolores, v. g. est mulier, quæ crebrius obnoxia est doloribus totius cruris dextri lancinantibus insigniter; hæc per consuetudinem didicit, quod per venæ sectionem in crure opposito institutā levamen sentiat, hocque crebrius facit, utut dolor non præcisè à sanguine, nec motu ejus impedito, oriatur; sed potius cum lympha vel serum acido sapore vitiato imprægnata & inquinata, simul cum sanguine circa locum cruris affectum nimis evacuetur. Horum humorum motus sufflaminandi ergò in opposito crure venæsectio instituitur, ut sic liberius sanguinis circulo promoveatur refluxus & dolores corrigantur.

Quoad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0304-1 DFG

Quoad *raptum* tandem *humorum*, vel excernendorum, vel sub excretione suppressorum, in alium locum, unde dolores, tumores, inflammationes & similia mala; hic apud Practicos sæpè occurrit, & in Praxi probè observandus est. Res ut pateat, casum formabo: Parum abest à biennio, quod juvencula delicata, puerpera, febre malignâ cum purpura corriperetur, quæ in pectore & dorso quoq; erumpebat, minus tamen in brachiis & cruribus, hincq; imperfectè; post lochiorum fluxum suppressum ⊡ excernebatur crassa cum sedimento supernatante, turbida, & signum præbebat coctionis inchoatæ, sed non perfectæ; ægra debilis erat, utcunq; tamen aliàs benè se habens: post diem duodecimum, nocte ante tredecimum, anxia præter morem jectitabatur, insigni præterea debilitate correpta; manè vocatus, invenio ⊡m naturaliter constitutam, post bihorium delirabat, superveniebant convulsiones, circa meridiem moriebatur. Vocant hoc Practici *Motum humorum ad caput*, quasi excreta antea per ⊡m caput occuparent, mutato motu ⊡m relinquentia, & tragica ista symptomata excitarent. Formabo faciliorem & breviorem casum: v. g. sit mulier mox à partu lochiis suppressis, cui supervenit pleuritis cum febre acuta, cephalalgia & delirio; Practici hoc dicunt raptum humorum ex suppressione lochiorum factum ad caput, item ad pleuram vel pectus. Aut si in variolis erumpentibus hæ subito dispareant, & hinc delira ac convulsiones superveniant, diceretur raptus materiæ variolarum ad principium nervorum. *Quid autem talis est raptus?* Notum imprimis est, quod non proprio impetu moveantur humores, sed communi pulsu circulatorio æqualide ferantur ad quasvis totius corporis partes. Quod verò in specie unam partem præ alia affligant gravius & occupent, hoc imprimis partis est vitium aut culpa, non verò sanguinis aut aliorum humorum inæqualiter & indeterminatè per partes circulantium & transcolatorum, adeoq; vitium non est sanguinis circulantis, sed partis vitiosè retinentis; atq; sic malum hoc, *potiùs detentio humorum in quodam loco dici* debet, utut propter impetum aut subitaneum affligendi modum subinde communiter Raptus nomine veniat. Res ut pateat, in casu dicto lochiorum suppressorum, dum purgamenta ista uterina, sanguine suppresso, æqualiter per universum corpus distribuuntur, cum sanguine ad omnes partes transeunt; si verò impedimentum quoddam in quodam loco se offerat, quod æquabilem motum sanguinis tunc turgentis, & particulis heterogeneis, nec æquabiliter commiscibilibus inquinati, nonnihil sufflaminet & turbet, ipse quidem sanguis ex impetu pulsus per vasa consueta utcunq; circulatur, particulæ istæ heterogeneæ haud benè nec intimè ipsi unitæ, ob texturæ & conformationis vitium successivè in parte detinentur, & pro earum quantitate & continuato sanguinis circulo magis magisque coacervantur, &, ut aliàs vocant, in partem decumbunt, quod cum brevi subinde fiat tempore, quasi cum impetu quodam in partem illam rapi contenta talia videntur.

Impedimentum autem hoc in parte, cujus occasione talis detentio contingit, duplex observatur; vel enim subest vitium quoddam, utut leve, in conformatione vasorum capillarium, pororum aut meatuum, propter quod difficilius sanguis transit, & utut adhuc ille transeat: interim aliæ contentæ heterogeneæ particulæ non exactè huic mistæ retinentur, cum non æque conformatæ sint, ut penetrare possint, atq; sic coacervantur; vel si hoc non fit, irritatio partis videtur subesse, ab ipso sanguine ita malè affecto facta, qua occasione stringuntur fibræ, arctantur pori & clauduntur meatus, hinc sanguis quoq; pulsu impetuosiore quidem trajicitur, sed peregrina ejus contenta alia ipsi non adeò benè unita, in parte restitant, & sic eo rapi quasi videntur. His in casibus sanguis stagnare plus minus observatur, unde nunc cum nunc sine inflammatione talis humorum dictus raptus ad partem nobiliorem fieri assolet. In hujusmodi igitur casu pro raptu aliquomodo corrigendo, & nimio incremento per Accidens impediendo & præcavendo venæsectio instituitur revulsoria & aversoria; & si locus conceditur, derivatoria quoq; institui potest; v. g. in lochiis promovendis Revulsoria primo in cruribus, secundo Aversio in brachio; ad caput verò raptu facto pro Derivatione frontis vena incidi poterit.

Ex his sponte patet, qualis selectus vasorum sit instituendus: nempe pro scopo revulsorio attendenda regio opposita, pro Aversorio regio eadem, sed remotior ejus pars; pro derivatione eadem regio partis affectæ, ut aperiantur vasa, per quæ refluere debet sanguis vel humores, plus minus stagnantes. Hisce modis & legibus observatis subinde locum habet evacuatio sanguinis, pro motu ejus modificando.

Pro meliori autem vasorum selectu in Revulsione, Aversione, & Derivatione instituendis, eorum distributionem brevibus adjungere placet, ut pateat, quomodo massa sanguinea ad totum corpus per arterias devehatur, & ab ejusdem partibus per venas revehatur.

Arteriarum tres in corpore reperiri, ex Physiologicis suppono, Arteriam nempe magnam, pulmonalem, & venæ portæ partem inferiorem & superiorem, à quibus rami reliqui omnes totius, tanquam è truncis majoribus emanant, suntq; eorum potissimæ sequentes: Nempe Arteria magna, postquam pericardium elapsa incurvatur, simul ac ultra curvaturæ suæ angulum subclavias & carotides emittit, ita ut subclaviarum sinistra sine alterius rami notabilioris productione ad claviculam lateris sui excurrat: dextra autem postquam à trunco aliquantum adscendit, carotidem exhibet, non juxta *HIGHMORUM* utramque, sed dextram tantum, ita ut sinistra media ex ipso trunco arteriæ magnæ propullulet.

Subclaviæ, postquam intra thoracem adhuc latentes, intercostales superiores, cervicales, mammarias & musculas emiserunt, nomen mutant, & axillares vocantur, progrediunturque extra thoracem; ubi, postquam scapulares internas thoracicas superiores, inferiores & humerarias, produxerunt, brachium subintrant, hinc circa cubiti flexuram in ramos duos insignes dividuntur, per carpum ad manum extimam descendentes, & in surculos plurimos abeuntes.

Carotides secundum asperæ arteriæ latera perpendiculariter ferè adscendunt, & collum perreptant; circa fauces tamen in ramum exteriorem & interiorem dirimuntur, quorum interior cum cervicalibus cerebro sanguinem pro spirituum animaliũ separatione adducit.

Descendens autem arteriæ magnæ portio, partibus infra cor constitutis, si arteria bronchialis excipiatur, prospicit; postquam autem hanc intercostales inferiores & phrenicam emisit, inter diaphragmatis processus ad abdomen defertur, ubi ex ejusdem trunco cæliaca mox prodit, hinc mesenterica superior, emulgentes, spermaticæ, lumbares 4. mesenterica inferior, muscula superior & sacra: postmodum super vertebram lumborum quintam in ramos iliacos dispe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0305-7 DFG

dispescitur, quorum tamen uterq; in internum & externum denuò subdividitur, ita quidem, ut ab interno emanet muscula inferior hypogastrica, & in fœtu umbilicales; exterior verò postquam epigastricam & pudendam emisit, abdomen elabatur, ac cruralis nomen accipiat, in ramos diversos degenerantis.

Altera arteriarum maximè notabilium est pulmonalis, ex dextro cordis ventriculo emanans, & per pulmones dispersa; sicut pariter portæ venæ illa pars, quæ per parenchyma epatis explicatur arteriæ nomen meretur; unde etiam ejusmodi conformatio peti poterit.

In tota corporis regione tertia Venæ radicantur, quarum surculi minores & capillares sensim in majores ramos, & tandem in truncos crassiores coëunt, qui in amplissimos sinus se exonerant; quorum in corpore observantur tres, nempe vena cava, portæ & pulmonalis, quæ venæ cavæ litant. Venosi canales sunt vel descendentes vel adscendentes: & quidem descendentes aut à capite, aut à brachiis, & thoracis partibus externis, aut ab hujus interioribus emergunt; ex capite quidem vertebrales, jugulares internæ (externis in homine majores) sinus cerebri famosos excipientes, jugulares externæ, & tandem musculæ superiores, omnes in subclavias se exonerantes; è brachiis autem, & thoracis partibus externis, egrediuntur, & ramum axillarem cum subclavia continuum faciunt

1. Cephalica seu cubiti exterior, quæ circa cubitum ex radicibus duabus, quarum altera Funis brachii, altera vulgò mediana seu communis dicitur, coit.
2. Basilica.
3. Ipsa Mediana κατ' ἐξοχὴν sic dicta.
4. Scapularis interna, &
5. Externa;

Tandem à thoracis facie interna prodeunt Mammariæ & Intercostales, subclaviis implantatæ; item Mediastina, azygos, coronaria, & phrenicæ in truncum adscendentem se exonerantes.

Ita enim vocatur venæ cavæ truncus, qui per abdomen & thoracem adscendens, cum trunco descendente hactenus explicato, circa auriculâ cordis dextram coit, quique à venis omnibus infra cor dispersis sanguinem haurit; quæ in tale commodè dividi possunt, quæ illius ramis conspicuis extra abdomen decurrentibus implantantur; & in illas, quæ intra abdomen demum in ejus ramos & truncum se exonerant.

Truncus extra abdomen apparens Cruralis dicitur, cui implantatur

1. Ischias Major, à digitis pedis & tibiæ atq; suræ musculis emanans.
2. Suralis, quæ duplicem radicem, unam à dorso & digitis pedis, item malleolo interno, alteram à pollice, calce, tibiæ externa facie, item suræ musculis, recipit.
3. Poplitea, quæ in calce, interdum in malleolo externo, radices figit.
4. Muscula gemina, exterior nempe à tibiam extendentibus, interior à genu & femoris musculis.
5. Ischias minor ex coxendicis parte exteriore & antica.
6. Saphæna omnium maxima, & pedem totum ab hujus parte inferiore ad inguina ferè adscendens.
7. Muscula abdominis inferior, quæ à coxendicis cute & musculis derivatur.

Sic idem truncus cruralis peritonæum subintrans Iliacus externus appellatur, eique sanguinem adducunt pudenda & epigastrica; quo facto iliaca interna ipsi appenditur, externa longè minor, cum qua communicant muscula media & hypogastrica. Ipsi autem trunco iliaco ex ramis duobus coëlescenti sacra implantatur, interdum gemina, & muscula abdominis superior. Hinc in truncum simplicem venæ iliacæ coëunt, qui mox recipit lumbares tres, spermaticas (quarum tamen sinistra frequentius emulgentem ingreditur) emulgentes, adiposas, & radices ex epate prodeuntes.

Truncus alter venarum notabilium in corpore est Pulmonalis, quam Veteres Arteriam Venosam dicebant, cujus radices, per pulmonum substantiam disseminatæ, trunco communi in ventriculum cordis sinistrum terminantur. Tertius & ultimus est vena portæ, quæ in partibus abdominis diversis radices figit, ac trunco pariter simplici epar subit, prout superiùs annotavi.

Verùm si rem ipsam attentè consideremus plures occurrunt Casus, in quibus ejusmodi Revulsione, Aversione & Derivatione nullo modo indigemus: Nam modo conservetur sanguinis motus æquabilis, & ejus medio continuatus aliorum humorum motus per partes, nullâ Aversione aut Derivatione opus habebimus. Et posito, stagnare subinde & subsistere plus minus sanguinem, aut alio modo turbari naturalem ejus motum, alio modo eadem humorum vitia corrigere ritè valemus.

Quicquid enim adjumenti afferunt Revulsiones omnes & Derivationes, est tantum Accidentarium, & cum sanguinis & spirituum evacuatione, id est, virium diminutione, conjunctum. Qui ergò partim blando & conveniente Sudorifero absorbente hunc sanguinem stagnantem aliosque humores impactos attenuare, resolvere (nam stagnationes tales utplurimum ab *Acido* sanguinem coagulante, & ejus motum impediente, oriuntur) fluxilem & motui aptiorem reddere novit, partim appropriato Topico irritationem partis, & hinc fibrarum crispaturam, sedare, atque corporis poros apertos servare novit, is naturalem sanguini restituit circulum, omnem stagnationem tollit, omnibusque istis venæsectionibus supersedere, ac tales affectus citò, tutò & jucundè, curare potest: e. g. in pleuritide sanguis ita disponatur, ut fluidior factus undique penetrare queat, & hinc pori seu meatus laxi serventur; sic sine sanguinis evacuatione optimè curabitur malum. Faciunt hoc v. g. salia volatilia, aut his plus minus cognata, ☋ ⊖✳ci, ✳ observato simul Diaphoreticorum usu, quæ absorbent Acidum, quatenus sanguinem attenuare, & humores quosvis dissolvere valent; qualia sunt Antimonium diaphoreticum, corallia, lapilli cancrorum cum aceto assumpti, &c. & sic simul in diaphoresi universum corpus conservabimus, præsertim si his diaphoreticis socientur opiata, dolores sistentia. Observandum hoc sæpiùs in pleuritide, angina, casu ab alto, &c. ubi semper, si quid aliud, à Practicis ob scopum Revulsionis aliàs venæsectio urgetur: sine hac autem longè citiùs & tutiùs per Diaphoretica curabimus, ut revulsoriâ & aversoriâ sanguinis evacuatione, his ritè observatis, rarò aut nunquam opus habeamus.

Supra dicta qui perpendit, facilè perspicere poterit, quod aut Interceptionis aut Revulsionis humorum causâ, in parte quadam applicata remedia sint frustranea, quia ab iis sperata adjumenta aut sunt *impossibilia*, ob inviolabilem circulatio-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0306-2 DFG

culationis necessitatem, aut admodum *nocentissima* ægro, ob impeditum sanguinis motum. Ponatur e. g. casus: Quidam ex contusione pedis circa genu contrahit tumorem sanguineum, ubi Chirurgi mox Repellentia applicant, quæ sanguinem retrò cogant, qualia sunt Acida ac Adstringentia, quæ poros partium angustare, & tumorem impedire possunt. Intercipientia sunt, quæ in loco intermedio, ubi fit tumor, supra tumorem applicantur. Hæc doctrina directè repugnat circulationi sanguinis: si enim collecti succi excrementitii per degenerationem alimenti proximi partis sensim sensimque coacervati sunt, frustrà intercipere aut repellere tentant, quod quotidiè subnascitur, sed radicem potiùs prius, depravationem scilicet fermenti proximi, corrigant, & rectè agunt; sin verò lymphæ motum aut intercipere aut repellere velimus, ex lymphæ impedito motu quid nisi tumores serosos seu hydropes particulares inducemus? aut si sanguinis influxum impedire velimus intercipiendo, necesse est, ut arterias adstringamus & angustemus, & sanguinem arteriosum inhibeamus; aliàs enim frustrà laboramus; sed hoc propter tunicarum crassitiem & propulsionem continuam sanguinis ferè impossibile est: Quod si possibile esset, pars ita, denegato sanguinis influxu, debilitabitur, tandem vitâ privabitur, ac mortificatio seu gangræna inducetur, imo talis motus rapidus non potest cogi; sin verò venæ hoc modo angustentur, sanguinis refluxus tolletur, augebitur magis tumor, & ita ob interceptum sanguinem inflammatio inducetur, quæ præcaveri debuisset. Quod si sanguinem jam in partem effusum & stagnantem repellere tentemus, ea omnia, quæ hoc præstare dicuntur, sunt austera, & virtutes habent adstringendi poros ac meatus, vel coagulandi sanguinem effusum, unde his applicatis potiùs impediemus sanguinis motum, quàm ut eundem promoveamus, & sanguinem refluentem sistemus, quem sursum pellere debebamus. Unde etiam Repellentia & Intercipientia Chirurgorum in inflammationibus, fracturis cranii aut brachii, vulneribus, &c. applicata, in specie acida, nil valent, plerumque tumores reddunt pejores, & inferunt periculosa ulcera, aut lethales gangrænas: id quod in erysipelate vel aniculis est cognitum, hæ indoctæ licet, ignorantes tamen instruunt Chirurgos, omnem humidorum prohibentes applicationem, quia talia Chirurgorum sunt Repellentia, h. e. Adstringentia & Coagulantia. Hoc ergò in casu loco Repellentium vel Intercipientium vulgarium applicentur vel *Refrigerantia* dicta, seu Alcali volatili temperata prædita, ut sperma ranarum, &c. vel *Discutientia* aromatica, quæ penetrant, attenuant, resolvunt, & fluxilem reddunt humorem impactum, qualia imprimis vim habent omne Acidum absumendi & corrigendi, à quo sæpè tales per coagulationem inducuntur stagnationes, sive dicantur calida, ut ♈, vel frigida, ut sperma ranarum ejusque aqua; sic enim facilè in naturalem motum impediti restituentur humores, unde vel solus ♈ externè applicatus tàm insignes possidet dotes, ut etiam erysipelata feliciter curet: Quibus si addatur internum quoddam diaphoreticum, sanguinis circulum promovens, rectè curabitur æger, atque felicem se exhibebit Medicus.

Quoties verò jam sanguis, aut arteriotomiâ aut venæsectione, est emissus, curiosi sunt Patientes, & à Medico efflagitant, ut hunc inspiciat, & judicium ferat: sed coacti sic, necesse est decipiant Medici ægros circa judicium ejus, quia non volunt aliter habere, & quia hodiè mundus studiò vult decipi. Aliàs enim *Judicium de sanguine venâ sectâ emisso* nullum est, & non imeritò rejicit *HELMONTIUS Tractat. Passiva Humorum Decept. cap.* 1. ut & *CNOEFFELIUS in Methodo Curandi Febres Epidem. Malignas pag.* 54. *seqq.* cùm

(1.) Unusquisque homo specialem seu peculiarem suam habeat sanguinis crasin, ratione cujus texturæ in modo grumefactionis, consistentia, colore, calore, &c. multis variat modis, hinc in sanitatis latitudine maxima sanguinis sit varietas, cùm pro ratione quoque animi pathematum, terroris, pavoris, iracundiæ, &c. ut & assumptorum, potus, crapulæ, jejunii, &c. quotidiè alteretur, unde Medicus non scit, an sit revera naturalis? an verò non? Et dum ita à priori non constat constitutio sanguinis intra vasa, quomodo de emisso potest ferri judicium, an sit naturaliter constitutus? Ut

(2.) Taceam, vix prius judicium requiri de sanguine, quàm quando hic per 4. aut 5. horas steterit, dum jam coagulatus est, & ab ambiente ♎e, propriâque corruptelâ corrumpi & putrescere incipit, qui tamen naturam sanguinis planè exuit: ex hoc Medicus judicium ferre debet de sanguine vivente!

(3.) Alterationes istæ, in evacuato sanguine observabiles, non simpliciter, aut non semper, à constitutione naturali dependent, sed corruptione & alteratione, ab ♎e facta, prout plus vel minus incipit putrescere vel alterari ab ♎e, & ita consequenter judicium ejus nullum: Nam prout plus minus ♎ penetrat, ruber & niger est. Secetur 1000. hominibus vena, sanguis semper aliter se habebit. In specie autem sanguis emissus in superficie est floridus, in fundo nigricans; sed tota hæc facies est alteratio quædam ab ♎e. Fiat enim experimentum: scilicet effluat sanguis ex eadem vena in patellam planam, & alius in vitrum oblongum (Flores-Glaß) in patella superficies erit floridi coloris post congrumescentiam, & parum nigricantis; alter verò in vitro, in superficie seu superiori saltem parte tantùm floridi; omni reliquo autem nigro & obscuro apparente. Quæ differentia oritur, quousque ♎ ambiens penetrat superficiem sanguinis, eumque alterat, hinc eo usque erit floridus, reliqvum verò ejus est nigricans; unde in patella multum floridi videre est, in vitro verò parum, &c.

Ex corruptione igitur quale judicium ferendum, Medicus quilibet cogitet! Si quid autem potest judicari, contingit hoc.

(α) Ex crusta, crassa, viscida, glutinosa, plus minus albicante aut livida, quæ sanguini emisso interdum supernatat, & est nil aliud, quàm chylus crudus, plus minus p. n. constitutus, & vitio digestionis coacervatus, nondum sanguini assimilatus, qui ejus superficiem tegit & incrustat. Ex hoc judicatur utplurimum de cruditate sanguinis, plus minus cachectica, an chylus acido quodam præternaturali peccet, & hinc plus minus assimilabilis sit? Dein

(β) Sanguinis consistentia attendenda, quæ naturaliter est spissior & tenacior. Hinc si non grumescit sanguis, signum perniciosum & ferè lethale est: hoc etiam jam Veterum tempore observatum fuit, quod sanguis emissus tardius

aut nunquam concrescens, ejus malignitatem denotet, extinctionem nempe caloris, ut vocant, vitalis: vid. *SPIGELIUS in Humani corporis Fabrica lib. 5. cap. 13.* cujus curationem illi putarunt esse fibrarum defectum & corruptionem quæ nullæ & imaginariæ sunt, cùm chylus id sit, qui concrescit agitatione; Moderni verò causam in abundantiam ⊖is volatilis acris, sanguinem nimium dissolventis, & in defectum Acidi debiti ejusque seminalis, sanguinis miscelam & texturam minus cogentis, rejiciunt, unde penitus fatiscit, quo ipso nec fermentationi nec spirituascentiæ debitæ inservire potest. *Confer. PAULI in Digress. de Febribus malignis*, libro elegantissimo, *pag. 14. ad 21.* qui sanguinem impensè coloratum, venâ sectâ emissum, morbi maligni signum esse, asserit simile fatetur *BRUNO Commentar. in Jessenium pag. 89.*

(γ) Graveolentiam seri & cruoris, licet sit rara, certam mortem denotare, non sine contagii suspicione expertum est, & confirmatur à *SCHENCKIO in Observat. pag. 418. ex FORESTO*; utut aliquo modo contrarium videatur exemplum à *PAULI c. l. in c. 1. pag. 13.* descriptum.

(δ) Fit interdum, ut superficies sanguinis post subsidentiam marmoris instar sit variegata, livida, pustulis quasi hinc inde conspersa, quæ insignem humorum in massa sanguinea confusionem, putredini obnoxiam, diaphoreticis cohibendam testatur; saniosa verò, aut cinerea livescens, cruditatem cachecticam, ad scorbuti naturam accedentem, & ex impedita fermentatione & spirituascentia sanguinis natam, antiscorbuticis ⊖e volatili abundantibus tollendam, arguit.

(ε) Viridem veneni occulti indicium esse, vult *CARDANUS lib. 1. de Venenis cap. 26.* Et in lue Venerea sanguinem cæruleum vel subviridem apparere, loqvuntur Practici; id quod & in scorbuto confirmato interdum contingit urinis supernatat crusta livida plus minus cærulea.

De cœtero non saltem sanguis, qui primus post apertam venam nigricans emanat, sub suo continuato effluxu floridus effluit, sed & non rarò sanguis emanans diversæ naturæ & consistentiæ subinde observatur, præsertim in Pleuriticis & Peripneumonicis affectibus, pro inæquali nempe ipsius sanguinis corruptione, de quo *vid. WILLISIUS in Pharmac. Ration. Volum. 2. pag. 185.* sed plura de hujusmodi Judiciis vid. in *JESSENII Judicio de sanguine vena secta emisso, à BRUNONE auctiùs edito*, ubi hæc ex professo tractantur.

Ex dictis hactenus manifestum est, quinam sint *usus sanguinis emissionis primarii?* vel ut sanguinis copia imminuatur, vel ut ejusdem motus circulatorius nonnihil determinetur, aperiendo venam insigniorem. Jam quoad modum, quo sanguis, sive pro scopo evacuatorio sive ventilatorio, evacuandus venit universaliter, fieri nunc hoc confertim, nunc pedetentim, supra dictum. Confertim per immediatam vasorum sanguiferorum apertionem; & quidem hæc fit per Phlebotomiam, vel Arteriotomiam, vel Cucurbitulas scarificatas, vel Hirudines. His 4 modis sanguis confertim evacuari solet, quando necessarium est.

Quoad Phlebotomiam, *vitetur*, quantum possibile, *licentiosa venarum illa apertio*, & non nisi urgente admodum Indicatione, aut evacuatoriâ aut revulsoriâ vel derivatoriâ, instituatur, idque saltem permittentibus nec contrà indicantibus viribus, cœterisve circumstantiis, vires determinantibus. *Semper thesaurus vitæ in sanguine reconditus consideretur.* unde, si aliis modis ægro, vel sine periculo, vel æque commodè succurrere poterimus, sanguini parcatur. Quibus ritè consideratis apparebit, rariores esse sanguinis emittendi occasiones.

Tempus sanguinis emissionis quod attinet, est hoc vel *Necessitatis* vel *Commoditatis*. Hoc in sanis præservativè ob liberum consilium & pro lubitu institui potest, v. g. tempore *verno* ante vel post æquinoctium, Autore *HIPPOCR. Sect. 7. Aphor. 53.* & hinc in *Autumno*, eodem sub cardine, idque ☽ *crescente potiùs*, quàm decrescente, contra vulgatam opinionem, ut hoc optimè ostendit *ABDIAS TREVV in Practica Universali*, seu Astrologischen Bedencken vom Aderlassen/ in quo quasvis purgatorias evacuationes ☽ decrescente, sanguinis verò lunâ crescente, esse instituendas deducit, hanc rationem suggerens; Experientiam testari in Vegetabilibus, item capillis abscissis, quod hæc omnia ☽ crescente incipiant vel auctiores progerminare, vel succulentiores evadere; inde pro sanguine habitiori seu spirituosiori aut laudabiliori regenerando, melius hunc detrahendum esse ☽ crescente, quàm decrescente: quod & ego semper observavi, meisque ægris suasi. Prophylactica tamen hæc venæsectio, tempore instantis autumni aut veris instituta, nullius est usus, nisi consuetudo eam suadeat; potiùs moderatus motus ad sudorem, vel Absorbentia seu Præcipitantia cum sudore loco venæsectionis optimè conducunt. Quoad diei tempus, melius est matutinum, & jejuno ventriculo, vel etiam post assumptum jusculum & ovum sorbile, præcedente blando motu, quo sanguis blandè commotus, eò meliùs dilutus sic melius quoque fluat.

Quoad *Necessitatis* verò *tempus*, omni *lege* hoc ipsum *caret*, adeoque tunc venit sanguis detrahendus, quando necessitas & symptomata urgentia postulant. In Chronicis equidem morbis per se minimè necessaria est venæsectio; in acutis verò febribus in principio morbi, præmissis primas vias evacuantibus, convenientissimum est, idque quò citiùs, eò meliùs; adeò, ut in urgentibus anginis peracutis, vel pleuritide, etiam vespertinum vel nocturnum tempus non obstare queat, quod etiam in aliis acutis morbis absque febribus, apoplexia, catarrho suffocativo, &c. locum habet, in quibus urgente affectu pro sanguinis circulo conservando, & aliis imminentibus malis succurrendis, venæsectio per accidens subinde urgetur, adeoque prima occasio, quantocyus illa commodè administrari potest, optima censetur, sive manè sive vesperi fiat, & sic consequenter in aliis casibus.

Partes, ubi venæ immediatè incidi solent, quatuor imprimis sunt: brachia, hinc pedes, tandem frons, denique lingua: quatuor his locis frequentiùs immediatè venæ incidi solent. Quoad brachia quidem, promiscuè incidatur, qualiscunque vena patentior fuerit: selectus enim vasorum in uno eodemque membro frustraneus est, sive mediana, sive salvatella, sive cephalica, sive basilica, fuerit; quia omnes oriuntur ex uno trunco, modò quantitas sanguinis evacuandi, hinc partis affectæ, secundùm Aversionis, Derivationis & Revulsionis regulas, habeatur Ratio. Mediana plerumque secatur, quia magis est conspicua. Vanum est, quando dicunt: cepha-

cephalicam conferre capitis affectibus, ſalvatellæ ſectionem lienoſis, &c. Par ratio eſt in pedibus: pro malo enim iſchiadico, menſibus vel lochiis promovendis, &c. perinde eſt, quæ incidatur, modò patentior vena ſit, ſive iſchiadica, ſive poplitea, ſive ſaphæna, &c. nec in morbis mulierum interna pedis vena meliorem effectum præſtat, quàm externa; Res, quoad cœteras circumſtantias, eodem recidit.

Ratione autem ſcopi revulſorii vel averſorii, vel derivatorii, omninò ſelectus inſtituendus, quæ doctrina juxta leges circulationis eſt explicanda nempe pro ſcopo revulſorio univerſalis ſecatur vena in regione oppoſita, v.g. brachio; pro ſcopo averſorio vel revulſorio particulari in loco vicino ejusdem regionis, v.g. pede in affectibus uteri, ſi ejus excretio conſueta deficit, ſeu dolore iſchiadico; pro ſcopo autem derivatorio ſecatur vena, per quam naturaliter fertur ſanguis; e.g. in angina, inflammatione cerebri meningum, &c. vena ranina; in fronte derivationis gratiâ, ſcilicet in gravioribus capitis affectibus, deliriis gravioribus febrium benignarum, in cephalalgiis gravioribus & contumacioribus, ubi ſuſpicio ſanguinis motus plus minus impediti eſt. Modus incidendi hanc venam frontis eſt hic: Injiciatur collo ligatura, ut impediatur ſanguinis refluxus per venas jugulares, hinc patentior fit vena, & manifeſtior facta, ſimpliciter cum lancetta inciſa fit apertura. Naribus in hæmorrhagia narium pro ſcopo derivationis adhibentur ſanguiſugæ, podici pro hæmorrhoidibus aperiendis: in lingua autem inciduntur ſublinguales utrœque, raninæ dictæ, utpote pro derivationis ſcopo in affectibus faucium, aut linguæ & laryngis vel pharyngis, & ſanguinis ſtagnatione præſertim conjunctis; hinc quoque in angina, præmiſſis aliis, in ſtatu morbi frequens ſolet eſſe earum apertio; item in obmuteſcentia ſubitanea; ſicut & aphonia cum ſtupore univerſali corporis venarum raninarum ſectione curata à *LUDOVICI* exſtat in *M. A. N. C. Ann.* 3. His enim in affectibus venam incidere hanc, ferè convenit: Res autem omni caret periculo. Denique in menſium vitiis vena in pedibus non ſemper eſt ſecanda: diſtinguatur potius. Confer. *Obſervatio AMATI LUSITANI ſuperiùs allegata* de muliere, cujus menſes ſteterunt ſectâ pedis venâ, ſectâ autem brachii venâ optimè fluxerunt. Sanguis menſtruus vel actu fluit, vel inſtat: ſi inſtat fluxus, optimè ſecatur vena in brachio; nam in pede ſecta vena videtur facere ſtagnationem circa uterum: ſi verò actu fluunt & ſupprimuntur, tunc commodè ſaphæna in pede ſecatur.

Quæritur, an poſt venæſectionem liceat dormire? Reſp. Mox poſt venæſectionem non ſemper eſt concedendum, ob metum lipothymiæ, ſæpiùs deliteſcentis ſub ſpecie ſomni, quæ ſæpiùs poſt venæſectionem demum accidere ſolet: poſt unam autem atque alteram horam periculum amplius nullum imminet, ita ut tunc in utramque aurem ſecurè æger poſſit dormire, præterquam, quod æger ſe nimium in ſomno movens, jectigatione forſan nimiâ venam iterum aperiat, hincque hæmorrhagiam nimiam de novo concitet; quod tamen præcavetur Adſtante quodam.

Unicum adhuc in venarum brachii & cruris ſectione monendum reſtat; nempe ut habeatur ratio nervorum aut tendinum, prope incidendam venam plus minus ſitorum: his enim punctis loco venæ, commoventur ſymptomata doloroſa, tumores, &c. quibus ecchymomata partium gravia ſuperveniunt.

Quoad *Quantitatem* ſanguinis mittendi, hanc vires ægri, conditio ſanguinis, plus minus abundantis vel turgeſcentis, & denique ſymptomata urgentia, venæſectionem indicantia, oſtendunt; quæ, quousque conſentiunt, plus minus etiam detrahendum concedunt. Cavendum tamen ab omni nimia ſanguinis evacuatione: peſſimum enim eſt conſilium, imminuere conſultò vires ægri, quod ſemper fit in venæſectione: tres vel quatuor ad ſex usque unciæ ſufficiunt; & illæ ipſæ etiam, an ſolitaria, an repetitis vicibus inſtituta venæſectio conveniat? monſtrabunt. Veteres, qui habitarunt in climatibus calidioribus, & diætâ ſubtiliori utebantur, miſerunt ſanguinem usque ad animi deliquium; qui etiam adhuc eſt nefandus Italorum, Gallorum & Hiſpanorum mos, qui non unciatim, ſed libratim, ſanguinem eliciunt, & quoties bis vel ter, atque hoc modo plurimos Germanos necant. Sed in noſtro climate religio ſit, ſanguinem ultra 4. 5. vel 6. uncias emittere, dum copioſiores evacuationes non ferant corpora noſtra: nunquam ego ultra ℥ij emiſi, quocunque in ſtatu æger fuerit. Chirurgus quidam Pariſienſis, Hoſpes quondam meus, teſtabatur, ſe Pleuritico 32. vicibus ſanguinem in brachio detraxiſſe, quod horrendum. Ipſe Liberum Baronem Suecicum Pariſiis mortuum vidi, cujus brachia nil niſi cicatrices à venæſectione erant; apertus poſtea mortuus, parum ſanguinis repertum in cadavere, omni ferè exhauſto per tempus morbi à venæſectionibus creberrimis. Obſervatum eſt, quod homines ex nimia venæſectione Cachectici vel Hydropici evaſerint: quantum poſſibile, ſimus parci in ſanguinis miſſione; quo parcior hæc eſt, eò meliùs in Praxi ſubſiſtere poterimus: cum enim in ſanguine ſit vitæ radix, hanc ſartam tectam conſervare decet: vid. *HELMONTIUS de Febribus*, *CNOEFFELIUS in Methodo Medendi Febres*, & *POTERIUS*, qui contra venæſectionem eleganter diſputat.

Quod ſi caſu factum, ut venâ pertusâ tendo vel nervus ſubjacens læſus, & convulſio orta fuerit, mox vulnus dilatetur, & oleum deſtillatum terebinthinæ calidum, vel oleum deſtillatum ceræ calidum, vulnuſculo inſtillandum, vel ♁ laterinum hoc modo applicetur; vel

℞. ♁ *Deſtillat. terebinth.* ℥j.
V. ʒj.
Euphorb. ʒß.

Exactè miſta, inſtillentur vulnuſculo; quod experimentum *PARÆI* & *SCULTETO* uſitatum ac notum eſt.

Euphorbium ſingulare in his puncturis nervorum, in ſchola quoque Galeniſtarum, eſt: Veteres ſimpliciter

℞. *Euphorb.* ♁j.
Terebinth. ℥ß.
Ceræ parum;

Miſta ſubegerunt in conſiſtentiam Emplaſtri, quod extendatur ſuper linteum, loco læſo latè inducendum, & nobile eſt. Videatur *STLVIUS in lib.* 1. *Praxeos cap.* 42. §. 38. *item lib.* 2. *Praxeos cap.* 23. §. 80. *ſeqq.* Confer. *SCULTETUS in Obſervat. Chirurgic. Obſervat.* 64.

Horum loco in promptu ſunt cerumina aurium, quæ egregium & ſingulare remedium harum punctularum ſunt, ſicut aliàs Balſamis Vulnerariis pluribus & nobilibus anteferenda.

Quod ſi tamen quacunque ex cauſâ, aut cum aut ſine tendinis læſione, poſt venæſectionem factam pars incipiat tumere, & ſanguine perfundi,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0309-2 DFG

in tali casu, præsertim in quo gangrænæ metus supervenit, egregius est Fotus & Cataplasma sequens:

℞. *HB Agrimon.*
Cherefol.
Flor. chamom. vulg. à M. j.
Rad. symph. major. ℥iij.
Sigil. Salomon. ℥j ad ℥jß.
Sem. Cumin.
Fœnugr. à ℥ß.
Incisa & Contusa coque in s. q. ▽æ.

Cum decocto foveatur pars affecta, & post fotum in forma Cataplasmatis imponatur; & calefacta sæpiùs repetantur; Sic brevi discutitur & resolvitur omnis Tumor.

Quod si venæsectione in hæmophobis superveniat lipothymia optimum est, ut resupinatus mox ponatur in pavimentum, & pauco ⊖e fricentur labia & lingua, vel aceti simplicis vel aromatici tantillo lingua & nares fricentur, brevi post sic ad se redibit Patiens.

Venas tantùm aperire consuetum esse, ex communi Practicorum experientia notum est: fit tamen, ut etiam *arteriæ minores* (nam in majoribus ob nimiam hæmorrhagiam, difficilioremque, ratione pulsus, consolidationem, & Anevrismatis superventum, res non caret periculo) interdum *aperiantur*, pro sanguinis missione, eæque raro pro scopo avocatorio, abundantis nempe sanguinis, ubi venæsectio sufficit; sed ferè pro scopo Aversorio, & utplurimum derivatorio, imprimis in affectibus capitis, Arteriæ prope aures vel in temporibus non rarò felici cum successu aperiuntur: in fortiori Hemicrania certè valdoperè eam suadet *LINDANUS in Colleg. Practico super Hartmannum l. 2. cap. 1. §. 17.* quod aliis irritis aliquoties & expertus *PARÆUS l. 6. c. 4.* Modus est hic: Ligatur collum, ut restiret venosus sanguis, arteriæ sic turgescunt magis, hinc locus pulsantis arteriæ notetur cum atramento, sicque notatus cum lancetta profundius incidatur, vel planè etiam discindatur, sanguine sic cum saltu prosiliente. Facta hæc apertura intra biduum facillimè consolidari potest, ut ait *LINDANUS* in specie per ▽m Vitrioli dulcem, cum ana ▽æ sigillatæ mistam, vel solitariè vel cum albumine ovi, & linteis multiplicatis loco arteriæ incisæ firmiter applicatam. Ut autem melius ac firmius inhæreat, imponatur lamina plumbea, & cum fasciatione seu ligatura debitè instituta, firmetur; sic coalescit arteria prompte, & Anevrisma præcavebitur, quemadmodum hanc Arteriotomiam optimè describit **JOB van MEEKEREN in Chirurgischen Anmerckungen** *P. 1. cap. 35. p. 227.* Hujusmodi Arteriotomia in temporibus instituitur in gravioribus & contumacioribus capitis affectibus; v.g. cephalalgia contumaciori, præsertim in hemicrania; in quibus malis, præsertim pertinacibus, & usitatior & efficacior est, *teste TULPIO l. 1. cap. 48, & SCHENCKIO l. 1. Observat. p. 51,* uti & in ophthalmia contumacissima, aut sæpè repetita, Autore *FONTANO Responsor. & Curat. Medicar. l. 1. pag. 50.* item vertigine per essentiam capitis diuturna aut contumaci; sicut & in phrenitide & mania, aliisque deliriis gravioribus, Arteriotomia temporum est optima: *vid. PANAROLLUS Pentec. 1. Observat. 29.* & quam plurimis morbis quam egregiè conducat hæc, videbitis in *M. A. N. C. Ann. 6. Observat. 60. pag. 90.* Plura quæ huc pertinent, *videbitis in M. M. WALÆI p. 79, & HOFFMANN. M. M. l. 1. c. 14. pag. 237. sequ.*

Ratio, quomodo Arteriotomia juvet, desumenda est ex sanguinis per arterias circulatione. Non enim videtur conferre, nisi in casibus, ubi vitium est in ipsis arteriis, à quibus mala ista diuturniora aut graviora redduntur, præsertim quando suspicio est impediti sanguinis motus per ramulos arteriosos carotidum externarum, obstante compressione; si ex tali casu suspicio sit, optimo cum consilio inciduntur. Nam post factam incisionem rarò coalescunt, quia in interstitiis substantia carnosa crescit, quæ foramen obturat, & ramuli supra incisuram nullius amplius sunt usus, sanguine infra incisuram uberius profluente in ramulos inferiores, & per poros partis penetrante. Dum igitur in aliquo ramo cessat circulatio, cessat quoque & sufflaminatur sanguinis circulus ex parte, hinc non modo solito amplius influit, quo ipso residuum per venas revehitur, molestum aliàs, hinc affectus remittit, & sic conferre videtur Arteriarum Apertio.

Quod si autem fiat, ut major quædam incidatur arteria, v. g. si per infortunium loco venæ secetur arteria in brachio, quod majori ex saltu & impetu in florido sanguine conspicuum fit, & Anevrismatis metus oriatur, in brachio opposito vena aperienda est; deinde loco arteriæ incisæ ▽ vitrioli dulcis, cum albumine ovi vel succo limonum in formam pultis spissioris reducta, imponatur, & lamina plumbea, forti ligaturâ factâ, applicetur & probè coërceatur, ita ut demum coalescat, & præcaveatur Anevrisma, & intra biduum & triduum ligatura non removeatur; vel liquor stypticus Gallorum, ex vitriolo & alumine in phlegmate vitrioli insipido solutis & filtratis constans, huic cum multiplicatis linteis applicetur. Quod si nihilominus his peractis superveniat *Anevrisma*, Cura ejus quoque in vitriolo consistit: Aperiatur nempe Anevrisma, sanguis grumosus evacuetur, & globus vitrioli albi ciceris vel pisi magnitudine bombace involvatur, & vulneri applicetur aut intrudatur commodè, ut sic successivè resolutum ⊖rodat limbum arteriæ læsæ; inde supernascitur caro, mediante qua coalescit quoque Arteria. Hicce mos à Gallis etiam est inventus.

Venæsectionis Vicariæ solent subinde esse *Cucurbitulæ scarificatæ, & Hirudines.* Cucurbitulæ tamen scarificatæ (: nam & absque scarificatione interdum applicari solent, ubi Aversorius vel derivatorius sanguinis intenditur scopus) hoc peculiare habent, quod sanguinem immediatè ex vasis capillaribus, tam arteriosum quàm venosum, promiscuè evacuent.

Distinguendum autem, aliud esse scarificationem, aliud Cucurbitulas scarificatas. Quoad Cucurbitulas Veterum, aliæ fuerunt; corneæ nempe, & basi latæ, & in forma coni ad fastigium adscendentes, wie Fingerhüte / in summitate eorum fuit foramen, ut cuti appositæ usus tempore mediante oris suctu ⊼ contentus extrahatur, & post præviam cutis puncturam sanguis extrahatur; Quod si non puncta sit cutis, aliquid tamen insensibiliter exhalans per cutem sic accumuletur. Scarificationes Veterum etiam aliæ fuerunt; nempe longæ incisiones per cutim in musculosis partibus, plus minus profundæ, surarum, scapularum humeri, natium, &c. nunc continuæ, nunc interruptæ. Hic mos fuit in usu apud Ægyptios, & etiam nunc apud Turcas locum obtinet, præsertim in suris, annotante hoc *PROSPERO ALPINO in Medic. Ægyptiorum,* qui figuris insuper idem illustravit. Nos hodie cucurbitulas vitreas & orichal-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0310-3 DFG

chalceas, nunc cum nunc sine scarificatione, usurpamus: Si illud, per parvas incisiones cutaneas factas, & mediante flamma, ut ♎ inclusus in elatere suo admodum dilatatus nequeat resistere externo, sicque impositæ cuti transsudantem sanguinem per poros quasi exsugunt & recipiunt simul. Harum autem, præsertim scarificatarum, usus partim evacuatorius est, partim aversorius & derivatorius: Pro scopo evacuatorio applicantur, ut sanguinis & aliorum contentorum humorum motus nonnihil modificetur, & universalis evacuationis sanguinis locum suppleat; quin & pro aversorio & derivatorio scopo perquam convenienter inserviunt; Si autem sine scarificatione applicentur, fit hoc simpliciter nunc pro scopo aversorio nunc derivatorio: nam & cruribus cum & sine scarificatione in mensium vel lochiorum suppressione applicantur, & dorso intra scapulas in capitis affectibus, & mammis in nimio mensium fluxu.

Utimur autem cucurbitulis scarificatis pro evacuatione in istis casibus, ubi circumstantiæ quædam, *vel* ratione virium ægri, *vel* ratione lipothymiæ forsan imminentis, *vel* ratione difficultatis secandi venas, venæsectio non semper habet locum, seu venæ non sufficienter patent, seu æger ad venæsectionem est timidus & hæmophobus, seu ubi non semel & uno tanto impetu ex uno loco, sed successivè pluribus in locis detrahere sanguinem volumus; hinc minus corpora debilitantur. Ex vena secta quidem rarò ultra ℥v. emittitur; scarificatione autem interim ℔j emittitur, sed non confertim.

Pro scopis autem Aversoriis & derivatoriis variis in locis solent applicari, imprimis tamen loca frequentiora sunt hæc tria: in dorso nempe regio inter scapularis, in brachio humerus, in cruribus fæmora, nunc simul pro evacuatione simplici, nunc seorsim pro Aversione seu derivatione. Incisiones fiunt vel simplices, vel partitis vicibus, prout plus vel minus placet evacuare. Sunt quidam, quibus sanguis difficulter vel planè non hisce cucurbitulis scarificatis potest extrahi, partim propter cutis densitatem, partim ob sanguinis consistentiam spissiorem. In hisce igitur casibus convenit, ut scarificandus prius horis aliquot anteà capiat sudoriferum aut diaphoreticum remedium, ut sic sanguis attenuetur, & rapidiùs moveatur, ac per vasa capillaria quoq; ejus motus vel fluxus facilior contingat; aut loco hujus probè corpus exerceatur, ut ita æqualiter incalescat, & incipiat madefieri. Applicantur igitur in dorso scarificatæ & non scarificatæ pro scopo aversorio respectu capitis in affectibus ejus ex colluvie retenta vel transmissa natis, prope scapulas hinc sunt satis usitatæ; brachiis verò applicatæ ferè pro eodem scopo, capitis nempe & regionis superioris affectibus; cruribus tandem præter simplicem evacuationem, in specie in affectibus uterinis, vel hæmorrhoidalibus, ob hæc suppressa; tunc enim vicariæ lochiorum, mensium, hæmorrhoidum, &c. solent esse applicatæ scilicet femoribus supra genua, in parte interna. Porrò lumbis etiam interdum applicantur, idque præsertim in affectibus renum, vesicæ, in pathematis nephriticis, quæ in subjectis habitioribus aut magis succulentis ordinariò solent aggravari à sanguine, in quo casu propter motum impeditum sanguinis, tardiùs circa lumbos circulati affliguntur partes vicinæ propter consensum, hinc exasperatur dolor, unde in tali casu doloris levamen solent afferre, quod aliquoties observare contigit; sicuti in mali ischiadici principio, quando venæ sectionem non instituere volumus, commodè ejus loco in lumbis potest scarificatio institui. Mammis etiam, sed rarò, applicatæ, & insigniores quidem sine scarificatione ad restringendum nimium uteri fluxum, quibusdam laudantur; Sufflaminasse enim hunc observatum est; non ex fundamento anastomoseos illius vasorum hypogastricorum cum mammariis, sed saltem ratione doloris & motus aversorii; rarò tamen hoc licitum est. Promiscuè igitur Cucurbitulæ scarificatæ sanguinem evacuant immediatè ex venis & arteriis capillaribus, non solum sanguinem intercutaneum, sed etiam, qui est in vasis majoribus ob successionem continuò novi per circulationem.

Absurda ergò est vulgaris ista sententia, quando dicunt; ideò institui scarificationes, ut sanguis cacochymicus sub cute evacuetur sacrificando, damit das böse Geblüt/das zwischen der Haut stecket/möge evacuirt werden; Unde ridiculus earum est usus in scabie, purpura scorbutica benigna, Frefel/ &c. potius nocent, quia nihil evacuant vitiosi, quàm promiscuè sanguinem: ut taceam dein, quod repugnet hæc sententia legibus circulationis sanguinis; sub cute enim non magis cacochymia, quàm sub vasis majoribus est.

Par ratio est *Hirudinum*, rariùs tamen evacuationis, præterquam derivationis, & interdum Aversionis gratiâ usitatorum, qui ipsi non secus ac scarificationes loco Arteriotomiæ & venæsectionis sunt, & hoc habent commodi, quod immediatè capillaria venarum, pariter & arteriarum, aperiant vasa, unde & deliberato consilio interdum circa arteriosa aliaq; loca particularia, ubi aliàs nec venæsectiones nec scarificationes tutæ sunt, qualis locus sunt vulva & tempora, hirudines applicantur, qui per poros, aut etiam vasa, oris suctu sanguinem largiter evacuant; Hinc imprimis temporibus, ubi pulsus sentitur arteriarum, & sic succedaneum sunt Arteriotomiæ, imprimis in cephalalgiis diuturnis, cephalæa & hemicrania continua, speciatim si oriatur malum ex suppressa hæmorrhagia narium: v. g. est mulier, quæ crebriùs in juventute obnoxia fuit hæmorrhagiæ narium, suppressâ hâc aliquandiu, in cephalalgiam incurrit gravem, contumacem, sæpiùs repetentem; suasum est huic, ut hirudines ipsi applicarentur pone aures, quo facto, evanuit dolor ad dimidium annum: interim gravida facta malum rediit more consueto; post partum Medico inscio denuò hirudines applicabat, seque hoc ipso curabat. Sic etiam loco venæsectionis in fronte adhibentur, & venæ frontis applicati sanguinem exhauriunt, quod conducit in pluribus capitis affectibus; item nuchæ ab Italis, aut pone aures ad paria ferè capitis mala adhibentur. Curavi aliquando juvenem, ut videbatur, ingenuum, laborantem noctu gravi cephalalgiâ cum lassitudine artuum, interdiu imprimis: Huic inter alia remediorum genera 4. hirudines, binos temporibus, binos nuchæ, applicandos jussi, & post largam sic factam sanguinis evacuationem, cessabant dolores capitis, nec redière. Observabatur autem post, hunc laborare lue Venereâ, cum propter lassitudinem artuum adhuc durantem impositus balneo ex formicis, in dorso, posthæc fronte & pectore, pustulæ erumpentes hoc proderent. Institueram Cutationem hanc ad immitationem *LANGELOTTI in*

Ann. 6. & 7. M. A. N. C. Observat. 9. p. 19. ubi bina exempla à doloribus hisce sic curatorum prostant. Applicantur etiam frequentissimè hæmorrhoidibus cæcis conniventibus & dolentibus à nostratibus pro morbis Chronicis vel hæmorrhoidibus aliàs fluere consuetis suppressis. Curantur verò hæc vel directè per Martialia; ex eo siquidem Acido accidunt, à quo suffocatio hypochondriaca oritur; vel indirectè, etiam ex evacuatione & detractione sanguinis per vasorum hæmorrhoidalium aperturas, mediante cum foliis ficus frictione, usu itidem aloëticorum remediorum. Sed non semper tutum est aperire hæmorrhoides; inflammantur enim, & pessimæ notæ ulcera relinquunt: tutissimè aliàs applicantur hirudines, quæ sic mala plura præcavent, dolores leniunt, & actu sæpiùs curant. Labiis vulvæ etiam pro mensibus & lochiis non ritè fluentibus provocandis, vel actu fluentibus suppressis, monstrante locum optimè pro vasorum situ, quod apud nos quidem insolitum, utut eorum usus probè sit proficuus: vid. *AMATUS LUSITANUS in Praxi Medica Admiranda*, ubi habet exemplum mulieris, cui ex lochiorum suppressione gravia symptomata supervenerint, quæ sic curata fuit tanquam vicario fluxu lochiorum. Itali & Galli frequentiùs utuntur, ut etiam naribus appendant pro vicario hæmorrhagiæ, quando hanc exoptant. Hisce igitur modis utplurimum pro scopo derivatorio & aversorio applicantur.

Modus verò eosdem applicandi est, ut locus blandè illinatur lacte, in quo saccharum solutum & liquefactum sit; sic dulcedine allecti promptius aggrediuntur cutim & morsu perforant: vel recipiunt quidam ex gallina pennas curtas & breviores prope posteriora ejus, quæ in radicibus sunt succulentæ & sanguineæ: hisce pennis infligunt punctum cruentum cuti, quo facto applicati hirudines etiam incipiunt sugere fortiter. Dum autem sugunt, relinquantur ita, & ubi scopus plus sanguinis evacuare, amputantur earum caudæ; pertinaciter enim adhærent, & sanguinem suctum per extremitatem amputatæ caudæ emittunt; tutiùs tamen est, ut relinquantur & sugant, quantum velint. Ubi intumuerint insigniter, & tenacius adhæreant, posteriora eorum cum ⊖e communi aspergantur: Quod si fiat, ut casu profundiùs irrepserint in cavitatem quandam, v. g. intra uterum aut podicem, vel in intestinum rectum, ut eliciantur exinde; fiat injectio cum *aqua ⊖sa* calida, idque crebriùs repetatur, donec cum eodem denuò ejiciantur; à ⊖e enim irritatæ se contrahunt, & sic foràs excernuntur. Quod si post factam suctionem, & sedatum sanguinis profluvium, locus ab ipsis vulneratus non benè consolidetur, sed in ulcuscula abeat, quod fit, si hirudines fuerint malignæ vel impuræ, vino locus lavetur, in quo Theriaca soluta sit, & emplastro pro ulceribus ex tutia applicato, tractentur, donec consolidentur. Hisce modis confertim evacuatur sanguis, tam pro scopo evacuatorio, quam derivatorio.

CLASSIS II.
DE
EVACUATIONE MASSÆ SANGUINEÆ PAULATINA.

PErgo ulteriùs, & explico, quomodo massa sanguinea abundans sensim plus minus imminuatur. Fit hoc variè, vel per remedia, vel per inediam aut victum parcicrem: Quo pertinent nimii labores, motus crebriores, & nimia Transpiratio. His ipsis sanguinis detractionibus etiam *Vesicatorium* & *Cauterium*, atque hujus medio paratus *Fonticulus*, accensetur ab *HELMONTIO*, utut non absque limitatione intelligenda veniant effata ejus. De illis res nota est; de his verò, *Fonticulis* scilicet ac *Vesicatoriis*, res jam ulteriùs explicanda est.

In specie *Fonticulos* quod attinet, nil aliud hi sunt, quàm ulcera artificialia, per quæ continuò massa sanguinea sub forma transmutati puris plus minus laudabilis, vel saniei depletur & ex hauritur. Verum est, quod in sanis æque ac ægris excitati fonticuli simul alimentum partis proximum plorent; idque imprimis ex sanguine ad partem ulcerosam distributo pro hujus nutritione, in pus & similes sordes mutato; interim tamen, quia cum hoc ipso sanguine pro nutritione affluente, præter pus & ⊖ia varia, sanies & similes sordes, vitia cacochymica aut similia recrementa, in specie serositates ⊖sæ massæ sanguineæ fortè permista, subindè unà evacuari soleant, idque non raro in morbis chronicis, præsertim qui ex colluvie serosa ac lymphæ vitiis oriri dicuntur, cum sensibili ægrorum levamine, altius quid subesse omninò est verosimile; per se nempe & primariò laudabile nutrimentum, secundariò & per accidens verò similiter vitiosa recrementa, per hos evacuantur.

Doctor & ductor primus Fonticulorum ipsa fuit natura, quæ interdum spontanea hinc inde excitavit ulcuscula, tanquã Fonticulos naturales, quibus benè fluentibus benè se habent, qui his affecti sunt; & contrahis occlusis, præsens vitæ periculum incurrunt Exempla horum prostant in *M. A. N. C. Ann. 2. Observat 257. pag. 383.* in abdomine & pectore talium ulcerum, quorum hoc curatum dyspnœiam & gravia symptomata excitavit in pectore: sic *SCULTETUS in Armament. Chirurg. Observat. 55.* mulieris meminit, quæ ex mensium defectu Cancrum mammæ imminentem contraxit; quæ autem ab hoc per duos fonticulos in crure curata est; sed his obturatis & occlusis Cancer rediit, & sectione mammæ curatus, ac denuò fluentibus fonticulis, optimè hæc mulier se habuit: Dyspnœæ exemplum prostat *ibidem Observat. 57.* Viri cujusdam in Asthmate, cui ulcusculum sponte excitatum in pectore fuit, post clausum fonticulum: Ante aliquot annos hic fuit Typographus, constitutionis de cætero sanæ, qui circa malleolos parva ulcera manantia habebat; his tandem per artem consolidatis, incurrit in phthisin, quâ brevi post aliquot menses interibat. Si hic fonticulos cruri inurendos suasu Medici curasset, si non hisce plane curatus, saltem à morte præmatura præservatus aliquandiu fuisset. Ad imitationem igitur naturæ patia facere, & periclitari in Medicina, & casibus talibus, licitum est. Hinc etiam vulnerati insigniter, raro mensibus vel hæmorrhoidibus evacuantur consuetis, quia quasi per fonticulum sanguis per vulnus sub puris vel saniei specie erumpit. Plura de his qui cupit, legat *HELMONTIUM Tractatu de Cauteriis*; cautè tamen legendus est: nam juratus Fonticulorum hostis est, eorumque usum penitus rejicit, unde in omnibus Assensum non meretur. Quicquid ab iis commodi expectari possit, id omne per victum parciorem, & crebriores labores, obtineri posse, dicit; quod equidem verum est: sed considerandum, quod effectus, qui fonticulos insequitur, alius sit per se, alius per Accidens.

Per se qui sunt, consistunt simpliciter in successiva nutrimenti partis roridi, & hinc conse-

consequenter cruoris, minutula, sed continua diminutione, adeoque propriè Plethoræ tantum convenit, dum nutrimentum partium proximum in pus transmutatum, & cum eo heterogeneitates ex massa sanguinea simul evacuantur; atque hunc effectum meritò rejicit *HELMONTIUS*, cum evacuatio ejus aliis modis possit institui: Quicquid enim exhauriunt seu evacuant, omne illud, utut non immediatè, tamen mediatè ex massa sanguinea eliciunt, adeoque etiam secundariò & successivè ejus quantum imminuunt, atque primariâ Medici intentione pro scopo nunc *revulsorio*, nunc *aversorio*, nunc *derivatorio*, adhibentur; quia revellunt aut derivant interdum sanguinem, quo minus possit stagnare.

Quod autem effectum per Accidens & à posteriori attinet, observandum:

„ 1. Quod conveniant Fonticuli etiâ in affectibus „quibusdam morbosis, iis in specie, qui à sordi„bus quibusdam excrementitiis læsæ in sangui„ne fermentationis seu digestionis secundæ, vel „tertiæ seu privatæ nutritionis, enascuntur, quæ „in parte quadam subnatæ successivè unà evacu„andæ; quâ ratione & natis inde malis per ac„cidens succurritur, & sic optimus est Fonti„culorum usus. Nempe non rarum est, vitia „ quædam in corpore subnasci, *à priori* ob sub„jecti ineptitudinem v. g. vel ob senium, vel ob „menses deficientes, &c. corrigibilia, quorum „fomes & radix seu causa morbosa est vel in de„fectuosa hæmatosi & crasi sanguinis vitiata, vel in defectuosa nutritione partis cujusdam, quam læsam sequitur excrementorum copia. Quod si enim non *à priori*, *à posteriori* tamen natis hinc malis Chronicis, fonticulorum usu medici conamur, & dum causam efficientem à priori corrigere haud possumus, à posteriori producto morboso saltem evacuando studemus, & symptomata inde enata plus minus urgentia, si non extirpare, mitigare tamen laboramus; idque mediantibus fonticulis per succedentem sordium purulentorum, cum succo nutrimenti laudabilis, evacuationem: sic quando non valemus ægro succurrere à priori per causæ remotionem, à posteriori levamus & palliamus, & una cum sanguine & nutrimento laudabili sub puris sanioſi forma evacuamus simul id, quod est nocivum. Cum itaque hæ sordes in sanguine suâ naturâ jam sint præscriptæ ab œconomia vitali, sequitur, per fonticulos plus noxii, quam utilis succi, in specie eliminari. Res per exempla magis patebit: Pono mulierem, cui quacunque ex causa demum menses deficiunt, ut nullâ arte revocari queant; vel pono virum adeò scorbuto affectum, ut nullis remediis penitus curari queat: His supervenire simul concipitur ophthalmia, quæ equidem curatur, sæpiùs tamen & quotannis bis vel ter recidivant. Hic igitur ad duo respiciendum: (1) ad dyscrasiam sanguinis plus minus corrigendam. (2) Ad oculum, insigni atonia & crebrioribus inflammationibus ita obnoxium, ut tandem laxentur fibræ, dilatentur pori, & sic facilè ex dyscrasia hac sanguinis oculi denuò semper incipiant inflammari. Tunc igitur à posteriori studemus, modo ophthalmiæ & cæcitati imminenti consulere per fonticulum, vel in brachio lateris affecti, vel in nucha inurendum, ut sordes excrementitiæ, unà cum nutrimento laudabili, ex massa sanguinea pedetentim educantur, & ipse oculus, in quo propter atoniam aliàs facilè retinebuntur sordes, præservetur, & Recidiva seu cæcitas præcaveatur.

Quoad II. quando privatæ digestionis vitatæ gratiâ Fonticuli sunt inurendi, sit exemplum: v. g. læditur aliquis gravi frigore in crure, ut ulcus inde contrahat; consolidatur etiam: sed quia insitus partis illius ita læsus fuit, ut sæpiùs nunc œdemate, nunc ulcere corripiatur, hoc fit propter vitium partis vitiatæ; quod, sivè quando ob inæquale robur consolidari nequit, aut aliàs non corrigi potest, inuri solet fonticulus, ut excrementa, quæ ex vitio privatæ digestionis orta ita coacervantur, & causa istius mali existunt, cum parte laudabilis nutrimenti sensim evacuentur, & symptomata cum crebriori recidiva præcaveantur. Hoc sensu à posteriori nunc palliare, nunc mitigare, nunc plus minus levare mala solemus; radicalis enim per fonticulas cura nunquam reverà institui potest. Hinc usus eorum tarò simpliciter est evacuatorius, sed præter scopum nocivi, sub forma puris evacuandi, utplurimum etiam simul aversorius vel derivatorius attenditur, quod ex exemplis patet.

Loca Fonticulorum ostendunt scopi, vel evacuatorius, vel aversorius, vel derivatorius: Ubique rectitudo vasorum partis affectæ cum loco fonticuli attendenda. Pro Aversione aut Derivatione imprimis in *nucha* hodiè magis excitantur, intra secundam & tertiam colli vertebram loco molestissimi setacei, imprimis in gravioribus oculorum malis: v. g. si in variolis oculi sint læsi, ut crebro lippiant, rubescant, visque eorum videndi cum tunc subinde hebetetur, vel pannus, vel cæcitas, vel cataracta oriatur, optimo usu Fonticulus in nucha inuritur. Schlegelius, Riverius Centur. 4. Observat. 110, & Bartholinus in Histor. Anatom. Centur. 4, in affectibus oculorum, apoplexia, & vertigine, apoplexiæ præcone, fonticulum auricularem ex radice Daphnoides seu coccognidii commendat. Prosunt etiam fonticuli in affectibus catarrhalibus & gravioribus capitis per essentiam, à priori incorrigibilibus; in epilepsia item & vertigine graviore per accidens. Apud veteres, & hodie adhuc apud Gallos, mos obtinet, ut supra os bregmatis inurant in suturæ coronalis & sagittalis concursu ferro candente, idque imprimis in epilepsia juniorum: laudant equidem usum, quem tamen non credo; imò periculosum potiùs existimo, quia ibidem periostium exactè junctum sit per suturam cum meningibus; Unde nisi cautè tractetur, facile inde graviora mala possunt oriri. Frequentissimus locus est & brachium inter musculum bicipitem & deltoidem supra os humeri, qui admotione digiti, & crebriori motione brachii versus pectus, investigari potest, & quidem nunc pro oculis affectis, præsertim inflammatis, lippientibus, &c. nunc pro aurium & catarrhalibus affectibus. Certè enim, (quod obiter) si quod malum vel non vel difficulter curatu est, surditas & tinnitus aurium est, præsertim apud nos, & in iis, qui scorbuticæ dyscrasiæ obnoxiæ sunt. Novi siquidem multa exempla eorum, quibus in surditate & tinnitu aurium per fonticulos insigne levamen allatum, utut rarò non tantum penitus mala hæc extirparent: v. g. laborat aliquis cephalalgiâ pertinaci vitio scorbuti, & quidem ita confirmati, ut eradicari non possit; ut ita symptomati isti aliquo modo occurratur, fonticulus in brachio vel nucha aperiendus, ut evacuatâ utcunque unà acriori lymphâ, tandem capiti levamen afferatur. Pro faucium insuper malis in iis, qui suppuratâ tonsillarum inflammatione crebriùs

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0313-1 DFG

briùs laborant, præservativi loco convenit fonticulus; item pro malis capitis & vertigine senum, quæ apoplexiam comitem sæpiùs post se trahit; in qua mitiganda partim, partim ad apoplecticos insultus aliquantum præcavendos & palliandos, in brachio felici cum successu inuritur. Mulieribus item in mammarum malis pro scopo aversorio in brachio; pro revulsorio, si prælertim à mensium vitiis superveniant, in cruribus adhibentur Fonticuli, in iis autem mammarum affectibus, in quibus semper de cancro solliciti esse debemus, & quorum causa subinde externa est, pro præservatione sufficit fonticulus in brachio; si verò è mensium suppressione & lochiorum emansione, sicque à causa interna, pro iis maturè, ne exasperentur, præcavendis, inurendi sunt in cruribus.

Præter hunc usum revulsorium etiam Fonticuli excitantur, quando quacumque ex causa mensium fluxus vel nullus, vel indebitus est, vel planè cessat, variaque hinc inde emergunt symptomata; aut quando in maribus hæmorrhoides, fluxu vel deficientes, vel ab ordinaria periodo cessantes, in abscessum abeunt, & inflammantur, supra genua solent excitari; pro malo ischiadico vel podagra præcavenda optime cruribus inuruntur, nunc mox supra suras, nunc etiam sub genubus; quidam etiam super poplitem internum in crure faciunt hoc, qui graviùs dolore torquentur. Pono casum, graviter quendam labi ab alto in sinistri fæmoris partem extimam; post aliquot mensium moram verò successivè incurrere gravissimos dolores lancinantes, idque ex contusione tendinum & nervorum, & hinc læsâ utcunque nutritione eorum privatâ; aliis irritis pro levando malo infra genu sinistrum in parte externa inuratur Fonticulus; sic enim successivè spes est, dolorem remissum iri. Moderni, & inter eos Angli, pro capitis malis medicandis etiam circa femora, & imprimis intra spinam dorsi, septimam nempe thoracis vertebram & scapulas, hos quoque inurunt: modus exstat apud *WILLISIUM Pharmac. Ration. P. 2. Sect. 3. c. 4. pag. 232. & 233.* ubi etiam in vomica fonticulus inter costas incisus fuit, pro pure pulmonum excernendo: successum quidem relinquo in medio; judicare tamen liceat, quod nihil eo in loco conferre queat.

Excitati nunc Fonticuli vel continuò per totam vitam, vel ad tempus saltem, gestantur: in adultioribus ferè necessè est, ut semper gestentur; junioribus tamen, & ante pubertatis annos, propter epilepsiam imprimis inusti, post pubertatem denuò possunt occludi, quod partim per alterationem sanguinis in pubertate fieri consuetam partim per evacuationem menstruam primum fermentum ejus exaltetur & corrigatur.

Instrumentum seu Materia, quibus excitantur *Fonticuli*, est vel ferrum aut △. Optimus modus est per ♂, dum simpliciter cuti intra trinos digitos elevatæ lancettâ vel scalpello inciditur per crucem foramen debitæ magnitudinis, cui imponitur pisum, & ad suppurationem perductum, Fonticulum suggerit. *Ignis* est vel actualis vel potentialis, in corrosivis scilicet. *Actualis* sunt fermenta ignita, in specie *Cauteria* dicta, quibus statim locus inuritur; quia enim plures ad ♂ sunt timidi, igitur igne sunt tractandi. Recipitur ♂ oblongum, cujus extremitas ignita in pyxide occultata, per pressionem prominere facere digitus potest, imponitur, & ad debitam profunditatem cuti intruditur, escharâ dein ablatâ ulcusculum in promptu est; qui modus apud Italos est usitatissimus & tutissimus; præter cutim enim nil læditur. Instrumenta videbitis in Sculteti Armamentario. Post actualem ignem *Potentialis* sequitur, qui constat ex corrosivis, quæ vel acida sunt, vel alcalia fixa, è lixivio saponariorum, cineribus fagi & similibus elicita, & invicem colliquata. Sed hæc *Alcalia* pro fonticulis excitandis non amplius in usu sunt, quia facilè liquescendo locum exulcerationis mutant, & putrefaciendo operari videntur. Acida in erodendo magis præstant alcalisatis, quamvis & hæc, præsertim acerrima, qualiâ hîc requiruntur, non nisi ratione Acidi in se concentrati exulcerationem excitare videantur. Præferuntur ergò *Acida*.

(1) Quia non adeò vehementer erodunt, neque adeò partem mortificant sed ruborem saltem inferunt; cùm alcalisata econtra nigredinem perfectæ mortificationis indicem, post se relinquant.

(2) Acida commodiùs possunt coërceri, cum alcalisata, per humorem transudantem roridum liquefacta, diffluant, & loco foraminis sæpè insignem sinum inurant.

Usitata Acida ex omnibus sunt 4. præstantiora; vel *Crystalli ♄ris* seu Lapis Infernalis dictus, vel *Butyrum Antimonii*, vel *Spiritus nitri*, ▽ *cum opio.*

1. *Crystalli ♄ris, seu Lapis Infernalis* Gallis dictus, paratur ita:

℞. ♄æ limatæ, aut loco hujus ♀is, quanquàm in ea non adeò
concentretur Acidum, ℥ij.
▽ duplum l. triplum.

„ Solve: Solutio ad dimidium evaporet successive, & crystallisetur; sic acquiruntur Crystalli albicantes, qui nihil aliud sunt, quam particulæ ~ nitri vel aquæ fortis acidæ in ☽ concentratæ: Vel abstrahatur in cucurbita per alembicum: Caput mortuum, quod formam ⊖is repræsentat, in crucibulo amplo, blando igne calcinetur, donec materia non amplius ebulliat, augmentetur parum △, materia effundatur in vas calidum: refrigerata quasi lapidem, sed friabilem repræsentat, qui asservandus in loco calido & sicco.

Optimum est Cauterium, carnem excrescentem ulcerum absumit, tangendo saltem. Hujus q. s. pro crassitie cutis, præter propter quantitate pisi majoris pro parando Fonticulo imponatur loco, cui implicatum sit emplastrum probe adhærens cum foramine in ejus medio, ejusmodi magnitudinis, quantus debet esse Fonticulus, sic citò & tutò instar pulicis morsionis inurit. Imponitur dein emplastrum quoddam alterativum de spermate ranarum, per duas, 4. ad 6. horas relinquitur, & his ablatis, mox eschara nigricans apparebit.

II. Hujus loco recipi potest *Butyrum Antimonii*: Nempe foramini emplastri frustum pennæ anserinæ pisi magnitudine loco, ubi excitandus est fonticulus, imponitur, & gutt. 5. vel 6 butyri antimonii instillantur: firmantur emplastro omnia probè; sic erodetur locus brevi, cum insigni sensu corrosionis: ablatis emplastris eschara apparet.

III. & IV. Cum *spiritu nitri* vel *Aqua forti* ita proceditur:

℞. ~ ⊕ i vel ▽ ℥j.
in qua dissolvuntur
Opii gr. iij l. V.

Huic horâ unâ ante fonticuli inustionem immittatur globulus ex ligno poroso, ut probè impregnetur liquore: Globulus hic immittitur dein loco, ubi fonticulus excitandus, procedendo uti moris est;

est; altero manè sine omni dolore caro mortificata & eschara apparebit.

Eschara & substantia cutanea mortificata separatur à sana parte mediante suppuratione, pro qua promovenda vel butyrum recens non ⊖itum, vel unguentum digestivum, vel maturativum ordinarium, constans ex vitello ovi & terebinthina probè subactis, apponatur; sic eschara successivè decidit. Ubi pars mortua separata fuit, supersest ulcus, cui inseritur globulus ex ligno hederaceo confectus, qui fonticulos apertos & mundos servat; vel pisum majus, &c. prout subjecta hoc vel istud ferre possunt, ut meliùs fluat & dilatetur; alias enim consolidatur: imponitur postmodum emplastrum appropriatum, pro ægrorum pariter ratione variandum: v. g. usitatissimum est Emplastrum diapalmæ; vel saltem papyrus per solam ceram vel albam vel flavam liquefactam traducta, & utrinque obducta, ut fiat sparadrapus, in frustula quadrata discindendus, ut binâ vice possit usurpari; vel fiat emplastrum magistrale. ℞. *Ceræ flavæ* ℥ j.
℞ *Olivar.* ℥ iv.
Terebinth. ℥ j.
fluant in tigillo, diu removeatur ab igne, inspergendo *Ceruss. exactissimè pulveris.* ℥ ß.
observando ne materia nimis ferveat; continuò agitentur, ignique lento imponantur, donec leviter ebullire incipiant: hinc sub continua agitatione refrigerari permittantur, & linteis inducantur, sicque pro usu adhibeantur.

Aut quorum Fonticuli sordes & putredinem contrahunt & fœtent, vel carni supercrescenti subinde fiunt obnoxii, addita cera viridis sufficit, qua solâ etiam obducatur papyrus, ratione ⊕is fœtorem, putredinem, & excrescentiam præcavens. Vid. etiam emplastrum pro fonticulis *in SCHROEDERI Pharmacop. lib. 2. g. 193.* Nil melius mundificat fonticulos sordidos & putridos, quàm ☿ ritè paratus, si tantillum ejus fonticulo immittatur, & sic omnia symptomata præcaventur.

Quod si *fonticuli non sufficienter plorent*, globulus ex radice gentianæ vel iridis Florentinæ indatur, à quarum acrimonia blanda eroduntur parietes seu labia ulceris, & ejus purulenta excretio augetur; vel, qui fortior, ex radice hellebori nigri. Alii recipiunt *hellebori nigri radicem*, & subigunt *pulverisatam* cum *melle*, & imponunt fonticulis: quod negotium benè equidem successit, nisi quod vis ejus laxativa in delicatioribus, sanguini sese insinuando, tormina abdominis excitarit. Vel globulus ex hedera illinatur balsamo ♁is, qui continuum ejus fluxum conservat. Vel ex cera, & pauco Mercurio præcipitato fiant pilulæ, quæ globulorum loco impositæ idem præstant. Quidam ℞. *Turbith. vegetab.*
Hermodact.
Ivæ arthet.
Agar. à ʒ ij.
Formant pilulas inde cum pauca cera △i commissa, quibus intrusis fonticuli benè aperti servantur, purgantium acrimoniâ subtili continuò rodente.

Aut etiam ex pulverisatis exactissimè cantharidibus & cera flava formati globuli fonticulo immittuntur, à quibus mitè & sine insigni molestia fluere solent.

Caro luxurians fonticuli inspersо pulvere aluminis usti facilè absumitur; vel crystallis ☽ribus simplici contactu applicatis.

Pedetentim quod faciunt fonticuli, id confertim præstare solent *Vesicatoria*, adeoque ferè urgentiori in malo, & ubi præsentaneum magis indicatur auxilium, hæc ipsa in usum vocantur, tàm *in oculorum affectibus*, per cacochymicos succos corporis subinde exasperatis, quàm pro *cephalalgia* sopienda, & sero acriore membranas cerebri feriente, prope nucham vel aures avertendo.

Quoad effectum & operationem vesicatoriorum, duo consideranda veniunt:

(1.) Dolor excitatus; &
(2.) Facta hinc Evacuatio.

Quoad *dolorem*, notum, cùm is excitetur ab externo Objecto, tunc ex fibrarum nervearum concitatiore tremulatione & vibratione ad locum affectum provocatur ac citiùs fertur spirituum influentium impetus, quem immediatè sequitur fibrarum contractura spasmodica & quasi major rigiditas, unde mox sensibilis est dolor pulsatorius, hinc arctantur pori, stringuntur meatus, sanguis licet non, nisi majori conatu, ex istis angustiis eluctetur; pars tamen ejus vel intra poros angustatur, vel si adsint partes unà heterogeneæ vel excrementitiæ, nec ipsi ritè permiscibiles, hæ facilè tanquam in filtri angustiis hærent, coacervantur, & ita in ipsa parte detinentur, quæ materialiter constituunt id, quod per vesicatoria evacuatur: & hoc est, quod Veteres dixerunt; *Dolorem attrahere ad partem*; sed potius est retentio ob pororum angustiam. Unde dicunt vulgò, vesicatoria vi attractivâ pollere; sed id falsum est, cùm nulla in tota rerum natura detur attractio, nisi in Mechanicis, quanquam & hæc quoque tantùm sit modificatio pulsus, nulla verò propriè attractio. Sicut enim spina digito infixa tumorem & ardorem infert, non attrahendo, sed ardorem simpliciter excitando; sic etiam tot spinulæ vesicatorii evacuatione humoris dolorem, sed non attractionis ratione, excitant. Ratione igitur doloris notandum, quod ordinariò objectum sensile fortiùs, sive quod majorem dolorem infert, soleat obtundere seu infringere perceptionem Objecti debilioris, unde si quodam in loco ex partis cujusdam, præsertim nerveæ, irritatione & doloribus seqvuntur gravia plus minus symptomata, tunc ex dolore majori, per vesicatorium excitato, non advertitur dolor & irritatio minor; hinc in loco priùs malè habente, per spirituum à dolore vesicante aliò avocatum motum, fit alteratio & successiva correctio causæ morbosæ, partimque ejus aversio, partim in aliam partem translatio, & ita per accidens prioris symptomatis curatio: v. g. in epilepsia per vesicatoria præcavetur malum, quatenus spirituum impetus, qui extrorsum magis fertur, aliò avocatur, & hinc ipsam epilepsiam plus minus præcavet.

Quoad *Evacuationem*, par rei est ratio ac fonticulorum; acres enim particulæ minutæ vesicatorii applicati hinc inde pungunt, vellicant, & immediatè rorem partis nutritivum subcutaneum mediatè, & massæ sanguineæ sordes per accidens eam impregnantes, propter motum impeditum eliminare, dum quælibet coacervata contenta penetrant, resolvunt, instar △ in liquamen serosum colliquefaciunt; nunc citiùs, prout fuerit vesicatorium acriùs, aut prout humores fuerint difficiliùs aut faciliùs solubiles, nunc tardiùs, prout cutis fuerit crassior, aut contenta plus minus texturæ compactioris. Et quod cauterium actuale seu concentratum, agens subitò & parvo loco, præstat, hoc vesicatorium, tanquam agens quodammodo dispersum, majori & diffusiori in spatio præstat, idque tardiùs nam liquamen est, quod evacuat: quod si diutius relinquitur, in pus abit.

Ex his duobus, dolore scil. & evacuatione emergunt quælibet auxilia & emolumenta vesicatoriorũ, sicut

Fonticulorum, nunc, utut rarò pro sanguinis aliquali scopo evacuatorio, nunc pro scopo revulsorio, aversorio ac derivatorio simul, ratione doloris.

Usus Vesicatoriorum, & quidem pro scopo revulsorio & derivatorio, est in capitis morbis, præsertim in morbis malignis, ubi deliria vel convulsiones imminentes his ipsis interdum antevertuntur; hinc in cephalalgia, in affectibus soporosis, in morbis convulsivis, in quamplurimis nervosi generis malis, in oculorum pathematis, in febribus intermittentibus chronicis pro rigore imminuendo, in febribus continuis malignis, in quibus graviora capitis imminent mala: pro scopo verò evacuatorio ubi acrior lympha, aut vitioso sapore inquinatum serum evacuandum, & ex intimiore sede evocandum est; qua ratione in petechiis ex aura frigidiore retropulsis, aut variolis quacunque ex causa retrocedentibus, aut in febre acuta, à scabie malè aut non rectè curata, aut similibus casibus, magnam opem ferunt vesicatoria applicata, partim præcavendo majora symptomata, partim educendo humores acres irritantes, præsertim genus nervosum, qui massam sanguineam inquinant: & licet hæc non continuò effloruerint, modò genus nervosum præservetur, & sensim sordes illæ, massam sanguineam inquinantes, evacuentur, sufficit, si ex dolore aliquo vel tantillum levaminis habeat æger; quin etiam ischiadico dolore urgente, vel articulari dolore torquente, aut aliis doloribus partium chronicis, ex acriori sero aut retento noxio, per Vesicatoria ægris succurrere studemus.

Locus ubi frequenter applicantur Vesicatoria, sunt interdum universum caput, v.g. in Apoplecticis juxta *WILLISIUM*, aut pone aurem, aut hinc prope nucham, brachium, præsertim in carpi parte interna; prope crura, prope inguina, prope suras, &c. Et quidem prope aures applicantur Vesicatoria, aut in cephalalgiis, aut affectibus oculorum periculosioribus; in quibus mitigandis aut sufflaminandis optimè conducunt: in cephalalgiis quoque particularibus & per essentiam multum auxilii habent: sic mulier quædam erat, quæ copiosa per nares emittebat purulenta excrementa; horum fluxus casu suppressus gravissimam inferebat cephalalgiam: equidem revocare studebam fluxum hunc, sed nullâ arte hoc erat possibile, pituitam naturalem tantùm & aliàs solitam excernente hac muliere: suasu igitur meo excitabantur Vesicatoria pone aures, quibus benè fluentibus & dolores evanuerunt tanto cum successu, ut ab eo tempore sana adhuc vivat & incolumis. In morbis igitur malignis, in quibus optimo cum consilio tàm in brachiis quàm crure bina vel quatuor pro circumstantiarum ratione applicantur, pro symptomatis gravioribus generis nervosi optimè succedunt Vesicatoria, nuchæ imposita; item in affectibus, natis ex vitio seri abundantis, partem aliquam lædentis, proficuus eorum observatur usus: e. g. in doloribus partium ex acriori sero vel lympha, etiam tantillum affligente, si fiat citra sensibilem partis læsionem, pro derivatorio scopo Vesicatoria applicari possunt. In affectibus capitis chronicis, qui ex catarrhalibus affectibus derivari solent, pro scopo derivatorio & aversorio in nucha conveniunt: v. g. in cephalalgia diuturna, præsertim scorbutica, item affectibus soporosis, lethargo, comate, ipsa demum apoplexia, &c. nuchæ præmissis præmittendis applicata, & capiti raso denuò imposita; in gravioribus quibusvis malis conducunt, ut in oculorum malis subitaneis, aut ubi eorum subitaneum incrementum metuitur, nuchæ vel pone aures applicantur: his ipsis aut inflammationibus, aut lippitudinibus, præsertim infantum aut somnolentorum, multum levaminis præstare solent. Denique carpis Vesicatoria blanda in febribus intermittentibus chronicis applicantur, aut horum loco *Rubificantia* tantùm, quorum usu observatum, quod febris ipsa si non remittat, rigorem tamen sensibiliter imminui: Curabatur ante aliquot annos vir literatus, Tertianâ laborans graviori, superveniente ophthalmiâ tantâ utriusque oculi, ut visus penè periret, hinc coactus vesicatoria ampla ejusdem nuchæ applicanda jussi, quorum bonus effectus erat; ophthalmiâ enim hinc sensim sedatâ, febris rigor etiam penè cessavit sine horroris vestigio, æstu saltem tolerabili superstite: id quod ex consilio aliàs carpis applicatis vesicatoriis etiam observare contigit.

Tempus, quando usurpanda sunt vesicatoria, magis in morbis acutis quàm chronicis locum habent; nam in his potiùs Fonticuli usurpantur, utut in iisdem nervosum systema sensibiliùs afficientibus, v. g. epilepsia habituali, adhibenda sint: In acutis febribus præstat quidem aliqualia signa coctionis expectare, antequam vesicatoria admoveantur, præsertim in scopo evacuationis; sed urgente necessitate, v. g. in convulsionibus, soporibus, excretione cutanea suppressa, etiam sine coctionis signis adhiberi possunt: In chronicis morbis, in affectibus nervosi generis, &c. observandæ sunt sub vesicatoriorum usu Dæ phases, ut die uno vel altero ante novi- vel plenilunium applicentur.

Materia, ex qua constant Vesicatoria, sunt ex regno vegetabili ranunculus sylvestris seu hortensis, cujus folia tenuiora contusa seu leviter conquassata vel incisa & applicata profundissimas & dolorosas vesicas excitant, in parva tamen dosi adeo potens est, ut post vesicas excitatas etiam ulcera sæpiùs inferat, pus diu subinde fundentia, præprimis in cute teneriore: Igitur cautus & rarus eorum sit usus, propter sensibilem præsertim cutim. Hinc post hunc est sinapi semen, rubificans saltem in se, gradu tamen differens à genuino vesicante, utut in teneriore subjecto, vel rara cute, etiam vesicas exciter. Horum simplicium acrimonia, pungens & vellicans fibras cutis, attenuat partim nutritium succum, illumque resolvit in serosum liquamen flavescens. Pro scopo igitur vesicatorio fortiori acriora supra dicta; pro scopo vero mitiori Rubificantia tantùm, & in specie Sinapismi, sufficiunt: ordinariè tamen aliis additur etiam sinapi pro scopo vesicatorio. Usitatissimum autem simplex est, quod regnum animale suggerit, nempe cantharides, & cum his totum scarabæorum genus, quæ omnia vim causticam & vesicantem plus minus obtinent. Hæ autem in specie successivè hoc obtinent, quod singularem in se habeant acrimoniam, ratione cujus ☉ m adeo acrem reddunt, ut exulcerationem vesicæ, dysuriam, &c. excitare valeant. Usurpantur in substantia sub forma pulveris, vel in forma cataplasmatis vel emplastri applicantur. Relatum ab amico, essentiam eorum per simplicem in ♈ infusione applicatam pariter vesicatoriam virtutem exerere, de quo per experientiam mihi nondum certo constat. Ordinario pulverisatæ ablatis alis & capitibus recipiuntur, ut saltem abdomen & thorax, quasi partes istæ, in quibus vis caustica resideret, solitariè habeantur: nam falsum est, majorem in ablatis seu rejectis illis partibus residere causticam, & quasi venenosam vim. Recipiuntur pulverisatæ, & si sub forma Cataplasmatis desiderentur, miscentur cum fermento, vel

vel alio apto vehiculo excipiuntur, & imponuntur dosi in subjectis robustioribus à ʒjß. ad ʒij. plus minus, prout vel amplius imponendum venit vesicatorium emplastrum, vel prout densior & durior est cutis, vel prout affectus plus minus est contumax, i.e. dolorem majorem inferre volumus, ut in soporosis affectibus:

℞. *Fermenti* ℥ß.
Pulv. Cantharid. ʒß.

(præscribendæ enim potiùs sunt in pondere, quàm numero, quoniam magnitudine variant)

Caricæ pinguis no. j.

Incorporentur exactè cum l. sine ✠o.

Magma hoc seu Cataplasma imponitur loco, ubi volumus excitare vesicas. Vel cantharides excipiantur cum mica panis, & cum aceto squillitico fiat Pasta, malaxanda cum oleo irino: Item

℞. *Pulpæ fic.* ℥ß.
cantharid. pulver. ʒß.
mell. anacard. ʒij. M.

Ubi acrius desideratur vesicatorium, ut in lethargo pro nucha:

℞. *ferm. acerr.* ℥ß.
pulv. canthar.
castor. à ℈j.
euphorb.

(quod etiam non ultimum inter vesicatoria) gr. xij.
M. in consistentiam Cataplasmatis.

Applicetur nuchæ in affectibus comatosis, præmissis præmittendis. Aut si, quod magis approbatur, in forma emplastri desideretur, cùm meliùs adhæreat, & meliùs operetur, recipiatur elegans illud *emplastrum vesicatorium*, quod habet *SCHROEDERUS Pharmacop. lib. 2. c. 53. ad finem annexum*; vel quod prostat *in Dispens. August. ZWELFFERI*; vel si simplex & extemporaneum desideretur:

℞. *Canthar. pulver.* ʒij.

Cum ana *ceræ* & ℞*i liquefactorum*, & cum pauxillo *terebinthinæ* permixtorum, cantharidum pulvis inspergitur & subigitur, f. emplastrum vesicatorium extemporaneum pro scopo debito & in forma debita applicandum: cui, si placet, parum *pinguedinis leporinæ* addi potest; vel

℞. *Canthar.*
ceræ à ℥jß.
mastich.
olibani.
myrrh. à ʒiij.
pingued. leporin.
terebinth. à ʒij.
ol. destillat. succini ʒiß.
M. pro emplastro
vel:

℞. *Empl. de Melil.*
mucilag. à ʒij ad ℥ß.
Canthar. pulver. ʒj. ad ʒij.

Exactè mista applicentur plus minus, pro subjecti, cui applicatur, ratione:

Quoad Sinapismum, hic paratur:

℞. *pulp. caric. pingu.* ℥ij.
sem. sinapi contus. ℥j.

Mista irrorentur cum ♈, & tanquam Rubificans vel Sinapismus applicatur nuchæ in oculorum malis incipientibus.

Aut si acrius esse debet:

℞. *fermenti* ℥j.
sem. sinapi cont. ʒvj.
eruca ʒij.

Irrorentur mista cum ♈ pro Cataplasmate, quod sic applicatur loco debito.

Ad hoc pertinet Modernorum *Moxa*; quicquid enim hæc præstat, est ab eschara, combustione suâ relicta, & excitata vesica. Decantatissimæ ejus laudes antipodagricæ sunt, si bacillis accensis hæc incendatur; sic ex combusta Moxa afficitur & comburitur sensim cutis, excitantur escharæ & vesicæ, quæ diu acre serum plorant, mediante qua plus minus levantur ægri. Præparari hæc dicitur de specie Artemisiæ Indicæ, unde dubium nullum ferè, an apud nos ex plantis lanuginosis non æquè pari ratione præparari possit: fuit enim hoc tentatum in marrubio, lanugine ejus in pastillos redactâ, impositâ & accensâ, eosdem ferè effectus, quoad eschara, vesicas & fluxum, liquamen serosum fundens, præstitit, ut hæc cum verbasci lanugine possit substitui in locum illius Indicæ, similibus in affectibus.

Applicatis ergò vesicatoriis, post 6. vel 12. horas removeantur, & vesicæ forfice aperiantur, ut ita liquamen attenuatum fluat, & vel brassicæ rubræ aut albæ folium tenerum, si citiùs consolidandæ veniant, quàm calidissimè imponatur; idque quotidiè, mane & vesperi repetatur; sic enim copiosiùs fluunt vesicæ, & propter alcali occultum ardorem & calorem vesicularum solent blandè mitigare, quæ tamen vix ultra quartam vel sextam diem ita humidæ conservantur, quin exsiccari & sanari incipiant. Considerandum ergò tunc venit, an diu conservandus effluxus materiæ colliquatæ seu in liquamen resolutæ? & an partis exulceratio aperta servanda? an verò citiùs consolidanda & claudenda relicta exulceratio? Si animus est *diutiùs vesicas in fluore conservandi*, optimum est, ut continuetur cantharidum usus, sed parvâ dosi: e.g.

℞. *Empl. de sperm. ran.* vel *empl. albi cocti*, vel *de Melil.* vel *simil.* part. iij.
Vesicator. part. j.

M. exactè pro emplastro, quod imponatur loco exulcerato, linteo exceptum aut inductum.

Vel istis emplastris addatur parum pulveris cantharidum, & ita admoveantur; sic continuò apertæ manent: quamdiu enim rodere & pungere continuant, ut solent, tamdiu vesicæ plorant serum, & exulceratio manet; sic per integrum quadrantem anni infantis cujusdam certo in casu apertas servavi. Non tamen nimis diu vesicæ apertæ servandæ, aut in majori dosi sunt continuandæ, aliàs profundiùs exulcerant, & diutiùs continuatæ perfectum pus loco liquaminis serosi plorant.

Quod si nimis doleat locus exulceratus, aut si inflammationis metus adsit, aut ubi consolidandi vesicam est animus, optimum est applicare emplastrum quoddam saturninum, de lithargyrio, minio, de spermate ranarum, aut tetrapharmacum, & brevi post consolidabitur locus exulceratus.

Interim tamen *non indiscriminatim quibusvis admovenda sunt agris* vesicatoria; nam ubi urget urinæ ardor, aut ejus incontinentia, ubi adest sphincteris inflammatio vel exulceratio, ubi hæmorrhagia, si mulier sit gravida, vel si instet fluxus menstrualis, item in suma virium exsolutione, vesicatoria minus convenire solent. In cadavere nil operantur: si ergò in gravioribus morbis tardè vel planè non excitent vesicam vel escharam, ferè signum lethale: sic in febribus malignis pestilentialibus, si parum operentur, semper lethale existimandum est; nisi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0317-4 DFG

interdum v. g. in doloribus scorbuticis gravioribus pars semistupida reddita cantharidum effectum ex doloris defectu eludat: *vid. M. A. N. C. Ann. 9. & 10. Observat. 34. pag. 92.*

CAPUT II.
DE
QUALITATIBUS HUMORUM PECCANTIBUS IN QUALI,
seu de
CACOCHYMIA CORRIGENDA.

HÆc de morbis, qui superveniunt nobis occasione humorum, in specie sanguinis hujusque seri, in quantò peccantium: Nunc de iis humorum morbis, qui qualitatis vitiosæ ratione afficiunt.

Quando ergò sanguis & reliqua contenta corporis nostri non tàm quantitate peccant, sed potiùs qualitate vitiosa existant, tam sanguis quàm cœteri inde derivati corporis œconomiam sustentantes succi cacochymi fiunt.

Fundamentum horum consistit in vitiosa crasi humorum corporis, nunc unius, nunc plurium, utut frequenter in his observetur circulus; seu consistit in vitiosa etiam textura contentorum corporis nostri seminali, quando ab hac deficiunt, & qualitates, corpori nostro hostiles, acquirunt. Nunc verò, sicut ex minimorum syncrisi, diacrisi & metastasi, omnes corporis nostri partes materialiter & immediatè componuntur, quod procedit ex seminali principio; ita in specie secundùm particularum dictis modis mutatarum texturam, fit, ut contenta quælibet vitientur in crasi sua, ac fiant cacochymica ratione minimorum sui ingredientium, hincque sint præternaturales alterationes, quæ fiunt à rebus nunc naturalibus, nunc non-naturalibus, nunc præternaturalibus, in specie fermentorum vitiis. Jam verò mutationes istiusmodi in crasi & textura sui minima, sunt plures, quas ipsas etiam ex concretorum corporis in textura, & hinc natis mutationibus, seu qualitatibus, à posteriori per sapores describere satagit aut *HIPPOCRATES*, aut quisquis sit Autor libri de Veteri Medicina; e. g. Austerum, Amatum, Acerbum, Dulce, Insipidum, & 600. reliqua; qui Sapores & Facultates Hippocraticæ seu potentiæ ⊖inæ, tanquam à nobis cognoscibiliores, à posteriori definiuntur & describuntur per crases contentorum istorum vitiatorum, seu in quali. Hi verò sapores accommodari possunt tàm ipsis causis, præsertim fermentis vitiatis, quàm ipsis vitiosis inde natis humoribus in corpore: sic e. g. Cacochymia Venerea, in fermento acido consistens, & tanquam à fermento simili acido specifici saporis oritur: sic vitiosi humores in scabie in acido-salso consistunt sapore, à fermento seu contagio aliunde contracto, similis saporis, ita ut hæc tàm humorum vitiis, quàm causis eorum, præsertim fermentis vitiosis, possint accommodari. Pro Therapevsi ergò cacochymia, seu vitium humorum ejusmodi qualitate peccantium, ex vitiosis fermentis frequentiùs enata, per varias fermentationum & effervescentiarum inordinationes se manifestans, corrigitur & ex præternaturali Ametria in naturalem symmetriam & proportionem redigitur dupliciter; vel per *Alterantia*, vel per *Evacuantia*: Alterantia sanguinem & vitiosos succos corrigunt & separant; Evacuantia verò, quod corrigi nequit penitus, plus minus temperatum, eliminant.

MEMBRUM I.
DE
ALTERANTIBUS.

A*Lterationem* quod attinet, nil aliud est, quàm correctio craseos præternaturalis massæ sanguineæ & cœterorum succorum, ut istud, quod vitiosum extiterit; adeòque heterogeneum & intemperatum fuerit, ut loquitur *HIPPOCRATES*, temperetur & corrigatur, deficientes particulas restituendo, auctas, adeoque acriores factas, contrariorum appositione mitigando aut obtundendo, aliisque similibus modis in naturalem, ac corpori nostro amicam temperaturam, aut huic, quantum possibile, proximam redigendo, & inde præternaturales orgasmos in æquabilem naturalem fermentativum motum, & debitam ad se invicem proportionem restituendo (si quid superest, ipsa natura medicatrix sibi sufficit) v. g. in malo hypochondriaco aut scorburo peccat cacochymia acida aut ⊖so-acida seu melancholica, tàm in primis viis, quàm in sanguine, lympha, succo pancreatico, saliva, &c. quæ enervant bilem, & depravant digestionem primam, &c. Corrigitur hæc à *priori* quidem, fermentum digestionis primæ ad statum naturalem revocando; quod cùm haud facilè præstari queat, à *posteriori* productus sapor acidus vitiosus corrigitur & alteratur; nunc per Martialia, quæ illud imbibunt; nunc per ⊖ia volatilia plus minus acria, quæ acidum illud temperant, ⊖ volatile urinosum in concretis corporis augent, bilem acuunt, & ita acidum cum alcali in debitam proportionem redigunt, & ita p. n. contentorum dyscrasiam emendant, qualia sunt cochlearia, aut armoracia, aut nasturtium, &c. nunc per lac, omnem acrimoniam, in specie ⊖sam, temperando. Per *Evacuantia* emendatur cacochymia, quando id, quod heterogeneum, adeoque vitiosum, nec massæ sanguineæ reliquisque corporis partibus miscibile, nec ritè corrigibile extiterit; adeoque vel in quanto vel in quali corpori inimicum fuerit, per convenientia loca & cribra transcolari & evacuari faciunt, ad imitationem naturæ, quæ & chyli continuo supplemento temperata conservat quælibet corporis contenta, eorumque æquabilis fermentationis motum & intemperamentum, si quoddam fuerit, illius medio ad temperaturam mediam redigit, & præternaturalem turgescentiam mitigat; vel quicquid incorrigibile, cœterisve impermiscibile fuerit, per anum vel per vesicam, vel per totius corporis perforatam pellem eliminat: simili namque modo natura materiam peccantem, v. g. in febre, sensim per media diætetica corrigit, incorrigibilem verò per effervescentiam febrilem præcipitat seu coquit, coctam & separatam denique foras per urinam, vel alvum, sudores, dyspnœiam, &c. expellit. Inter hæc talis est nexus, ut alterantia corrigant vitiosum, præcipitantia seu absorbentia separent, & evacuantia omninò eliminent; Sicut enim natura in morbis acutis instituit crises, ut per coctionis tempus altera aliquomodo eliminet & evacuet; ita & Medicus per Evacuantia eliminare satagit hoc, ubi alterantia non sufficiunt, imprimis sub vehiculo seri, tam excrementitii, quam nutritii succi.

Ne autem fiat confusio, notetur quod *Alterantia* hæc, quæ peccantes humores in quali, seu vitiatam eorum texturam, corrigunt, sint vel gene-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0318-0 DFG

generalia vel ſpecialia. Illa in hoc conſiſtunt, ut ſaporem vel fermentum vitioſum & morboſum, prout vel acidæ vel urinoſæ eſt proſapiæ, corrigant, & prout in ſubjecta materia, vel viſcida ſeu pituitoſa vel ſeroſa, exiſtit, emendant, adeoque quadruplici iſti *Cacochymiæ* generali, *bilioſæ* ſeu urinoſæ oleoſæ, *Melancholicæ* ſeu acidæ, *pituitoſæ*, & denique *ſeroſæ*, occurrunt; de quibus jam *ſuprà in Pathologia* ſufficienter, & quantum generalis requiſivit ſcopus, actum. Specialia verò ſeu Specifica dicta, ut Appropriata, ſunt iſta, quæ ſpeciatim morboſæ cauſæ vim, ſeu inde productam vitioſam texturam in humoribus ſuâ contrariâ ſimpliciter, ſed ſpecificâ & ſingulari texturâ deſtruunt & emendant, & peccantem *in ſpecie* ſaporem enervant, ratione à priori hactenus inexplicabili; quatenus nempe in particularibus morbis non Acidum aut Urinoſum in genere, ſed ex principiorum minutorum coalitu hoc vel iſtud ſpecialis ſaporis Acidum peccat: v. g. ſicut non Acidum ſimplex peccans eſt in febre tertiana, ſtranguria, pleuritide, podagra & calculo, ſed determinatus acidus ſapor, tam in ventriculo, quam in producto morboſo, vitioſo ſcilicet humore, ſpecialis ſaporis; hinc Acidum in morbis ſpeciale per acidum enervantia generalia nunquam aut rarò corrigi poteſt, ſed in ſpecie per ea, quæ per experientiam cognita ſunt, adeoque non *niſi* à poſteriori. Sic Acida appropriata ſunt ſtomacho, amara hepati, &c. de quibus *in Pathologia*, & ſpeciatim nuper *in cap. 2. de Auxiliis*, pluribus actum fuit. Hæc Alterantia poſteriora ita ſe habent, quatenus beneficio talium medicamentorum ſanguis ita alteratur, ut ſub tranſitu per viſcera beneficio medicamentorum alteratus, viſcerum tonum ſecundum poros & meatus conſervet, ut debitis proſint functionibus. Invaluit enim hactenus falſa perſuaſio, quod quam plurima ſimplicia, ceu aperitiva, ad viſcerum, hepatis, lienis, meſenterii, &c. obſtructiones, ut ut ferè ſemper imaginarias, commendentur, cum tamen talia, v. g. abſinthium, centaurium minus, filix, ⊖ia fixa & volatilia, ∽⊖✳ci, Martialia, Acidulæ, &c. proſint ſaltem, quatenus vitioſos & præternaturales in corpore ſuccos actes, ⊖ſos, acriores, in ſpecie acidos, & inde vitiatam ſanguinis craſin, indeque derivata præternaturalia vitiabilis lymphæ, ſucci pancreatici, &c. digeſtionum errore ſubnata corrigunt, emendant, & in ſtatum naturalem reducunt; nunc Acidum nimium deſtruendo, nunc idem auſterum corrigendo, nunc bilem inertem ⊖e volatili acuendo, nunc acriorem oleoſo temperando, &c. ſiquidem ab horum ſuccorum ametria, indeque natis vitioſis effervescentiis in primis viis, & inde læſa ſanguinis fermentatione naturali, non autem à fictis obſtructionibus, morbi, in ſpecie Chronici, oriuntur; unde talia aperientia putata propriè alterantia appellanda erunt.

Sed miſſis his ſpecialibus, ad praxin ſpecialem pertinentibus, conſideranda veniunt pro ſcopo noſtro *generalia*, quatenus in generali Therapeutica conſideranda, & 600. illis vitioſis Hippocraticis potentiis applicanda veniunt. Iſta autem hypotheſis in ſpecie optima eſt, quæ in genere humorum vitia & errata ex univerſis iſtis naturæ & artis inſtrumentis mechanicis, Acido nempe & alcali, derivat, & ad Praxin accommodat; cùm in Theoria & Praxi paucas apodicticas demonſtrationes habeamus, propter experientiæ in naturalibus defectum: propterea hactenus hypotheſes probabiles nobis ſufficiunt, modò tales ſint, ex quibus phœnomena in Theoria commodè explicari, & ad Praxin dein facilè accommodari & applicari poſſunt. Naturali autem in ſtatu quælibet contenta ſunt temperata & conſpirant, ut conſiſtant in ⊖e temperato oleoſo; ſalſus enim ſapor omnis ex Urinoſo & Acido conſtat.

Quando igitur à textura naturali deficiunt alterutro neceſſariò errante, idque vel acido vel urinoſo peccante contingit. Sicut enim in univerſa natura Acidum informat & agit in Alcali, adeoque Acidum agentis, & Alcali patientis, rationem obtinet; ita Alterantia primariò vitia Acidi, ſecundariò vitia urinoſi corrigunt, cum hoc, Alcali ſeu Urinoſum, vix ſine illo, Acido nempe peccante ſeu errante, vitioſum reddi liceat, ita ut in quibusvis morbis in genere primariò ratione vitiorum in quali ad Acidum peccans ſit reſpiciendum, & hinc ad Urinoſum, & reliquas circumſtantias, idque in ſubjecto materiali vel viſcido, vel tenui ſeu fluido. Jam verò, ſicuti in naturali temperato ſtatu obſervandum, tanquam materiale concomitans, quod corpus noſtrum nunc calidis nunc frigidis plus minus nutriatur, adeoque vel calidum vel frigidum, vel ſiccum vel humidum, dicatur; ſic in ſtatu præternaturali immediatus comes erit mutatio ſimilis in corpore, vel quatenus exinde hoc ſub mutationis ſtatu magis vel minus humidum exiſtit, calor vel remiſſior vel intenſior reddatur; adeoque hæc temperamenta inſequuntur Alterantium virtutes, effecta ſcilicet in contenta corporis.

Denique, uti nunc conſiderandi humores in ipſis contentis peccantes, in ventriculo, ſeu prout partes ſolidas afficiunt plus minus; ita etiam in remediis alterantibus idem reſpectus habendus, quatenus hæc humores vitiatos ſaltem alterare debent, vel quatenus etiam ſimul, dum hanc, non illam, partem ſenſim corrigunt & emendant, dum nempe aliud Alterans requiratur: v. g. dum Acidum ventriculi affligit, aliud verò dum hepar & bilem, aliud iterum, dum lymphæ formâ glanduloſa loca afficit: ſic ſimul ad vitia & modum læſionis reſpectus habendus eſt in Alterantibus.

His præmiſſis, Alterantium conſiderationem tribus imprimis includamus Claſſibus: Prima conſiderabit generalia Alterantia, prout nempe vitia morboſarum cauſarum Hippocraticarum, aut Acidum, aut Urinoſum, aut ⊖ſum, à ſtatu naturali deficientia, temperant & mitigant: Secunda, prout tanquam effectus relinquunt mutationes, modò in caliditate & frigiditate, modò humiditate & ſiccitate; ac Tertia denique conſiderabit, prout in ſpecie ſaporem morboſum contenti fluidi corrigunt, quatenus nunc hanc nunc iſtam partem diverſimodè affligit, adeoque prout nunc ſpecifica dicuntur, v. g. ſtomachi, uteri, &c. quatenus nempe vitium contenti Acidi, iſtas partes præcipuè affligentis, corrigunt.

CLASSIS I.

DE ALTERANTIBUS *reſpectu vel* ACIDI, *vel* ALCALI *ſeu* URINOSI, *vel* SALSI.

SIcut igitur dictum, Cacochymiæ fundamentum conſiſtere in mutata materiali contentorum corporis noſtri textura; ita nunc in hujus tex-

turæ mutatione nucleus, *Acidum* & *Urinosum* nempe, specialiter considerandus.

Acidum igitur præternaturale auctum, aut præternaturaliter fixum, (id est, Melancholicum Humorem veterum, vel Tartarum Paracelsi in corpore, in specie circa primas vias) *alterant* & *corrigunt*:

1. *Absorbentia* quælibet, eaque aliàs respectu effervescentiæ, ab Acido inductæ, Præcipitantia vulgò, sed male dicta, de quibus in seqq. rectiùs à modo operandi Absorbentia, ab effectu Invertentia, item Figentia, sunt dicta. Tales sunt imprimis *partes animalium quævis dura*, cornua, dentes & ossa, minus cruda, maximè cum igne præparata seu *usta*, aut ad minimum sine igne cruda & Philosophicè calcinata, *item concreta animalium* quasi *lapidea*. Hæc omnia corrigunt Acidum vitiosum; v. g. cranium humanum, dens elephantis seu ebur, cornu cervi, dens hippopotami, Unic. verum dictum, lapilli cancrorum, percarum, carpionum, maxilla lucii piscis, dens apri, os sepiæ, testæ concharum, ostrearum in specie, & ostracoderma quælibet, tam cruda quàm calcinata, in specie hujusmodi *Marina* reliqua, ut mater perlarum, specifica febrilia, &c. Observatur in his talis ferè subordinatio, ut minus Acidum absorbeant cornua; longè verò potentiùs istud infringant dentes; omnium autem optimè tam Marina, quàm Terrea. Faciunt huc lapides Bezoardici, quorum ingens caterva in ventriculis boum, equorum, &c. item in hominum vesicis & renibus reperti calculi, non secus ac testæ ovorum, tàm gallinarum domesticarum, quàm in specie struthiocameli. Inter *Vegetabilia* Acidum absorbentia alterant plus minus *austera*, vel Adstringentia dicta, ut gallæ; rosæ rubræ, radix, tormentillæ, bistortæ, malicorium, chinachinæ, item cortex quercinus, & similia. Sicut denique ex regno minerali *Metalla* & *Minerali*a quælibet, in quæ Acidum effusum potenter agere solet, v. g. terræ minerales quævis, tàm sigillatæ, quàm non sigillatæ, etiam creta, ⚷ laterum coctorum, &c. Metalla in specie quævis, primariò potentissima Alterativa sunt ferrum & ♄, Mercurii liquor alcalinus metallicus, & ejus quædam præparata, Antimonialia fixa, uti & ☉, & quælibet ☉aria concreta, Acidum in aliam prorsus texturam mutantia, hæmatites, rubrica fabrilis & lapides plures, crystallus, osteocolla, lapis Judaicus, lyncis & similes, præsertim lapides ignobiliores: nobiliorum enim in hoc puncto nulla est efficacia & operatio; nam tantum se habent instar vitri. His addenda corallia, unicornu fossile, similiaque terrea sicca.

2. Acidum alterant istud *exactè saturantia*, & cum isto sub sui miscela in ⊖sum tertium coëuntia, v. g. quælibet ⊖ia alcalia, tam volatilia, quàm fixa alcalisata, tàm etiam acria, quàm temperata seu oleosa. Pertinent igitur hîc omnia ⊖ia volatilia, tam in forma sicca ex partibus animalium, quàm in forma humida, ∽ urinosi ex vegetabilibus per putrefactionem & alio modo præparata, inter quæ nulla penitus est differentia virtutis acidum correctivæ. Par ratio est quoad alcalia fixa, quæ ipsa etiam quovis modo ex vegetabilibus calcinando parata: quo magis sunt talia, eò meliùs absorbent Acidum & alterant, ac promiscuè proin in usum Medicum vocanda veniunt. Hæc ipsa, tàm acria, quam temperata, e. g. salia volatilia oleosa, aut fixa oleo quodam destillato saturata, conducunt, acidum peccans alterando.

3. Alterant acidum quælibet *Temperantia* & *Obtundentia*, seu aculeos ejus quasi invisentia, ut oleosa seu pinguia; tàm volatilia ut ∽ inflammabiles, e. g. spiritus vini, qui temperat ∽ mineralium acidos & olea destillata, quæ consistentiæ saltem ratione differunt, uti & olea quædam nativa, v. g. oleum ♁æ, petræ, & huic cognata; quàm minus volatilia, ut olea expressa, mitiora præsertim. Hæc saltem observanda differentia in usu eorum, quod oleosa volatilia obtundant quidem Acidum plus minus fixum, econtrà intendant acidum volatile: Reliqua oleosa, tam spirituosa, quàm olea destillata, quæ quo magis acriora sunt, eò minus conveniunt, ne acidum ex volatili & acido compositum, quod *atram bilem* vocarunt Veteres inde generetur: quo magis temperata, eò meliùs conducunt hoc inpuncto.

4. Alterant Acidum, quæ hoc diluunt, ut omnia *Aquosa* & phlegmatica, quę diluunt, & separant ejus concentratas particulas minus fluidas.

5. Etiam *Opiata* huc pertinent, quæ eatenus locum habent, quatenus sensum irritationis, ab Acido excitatum, nonnihil sistunt, & symptomata inde nata plus minus corrigunt, ut natura vitiosi Coctioni seu Alterationi eò meliùs interdum incumbere possit.

Optimum est, saporem acidum per diuretica absorbentia è corpore eliminare.

De Absorbentibus adhuc monendum, quod vulgò hinc Præcipitantia dicantur, & per modum præcipitationis operari vulgò videantur; quod tamen propriè loquendo minus commodè dictum, ac verum est. Præcipitatio enim propriè dicta, quocunque modo explicetur, & qualis frequentissimè in Artificialibus observabilis est, locum in talium operandi modo non obtinet, sed saltem absorbendo in primis viis acida, quæ sub illa actione solutivâ arctè istis uniuntur, & ita cum illis concretum tertium constituunt, adeoque vel imperum suum activum, vel corrodentem, vel effervescentem penitus amittunt, & ita fixa quasi & inermia redduntur, operari assolent. Nam quia in talibus casibus, ubi terreis absorbentibus agitur, plerumque peccat Acidum, pravas effervescentias faciens, talia usurpentur, quæ tales effectus tollunt, nempe fermentantes aut vitiosè effervescentes humores sui miscelâ compescunt, & acidum destruendo, figendo, &c. motum omnem fermentativum supprimunt, & talia Præcipitantia rectiùs Absorbentia dicuntur: Hac nempe ratione Mars morbis Chronicis, ab Acido natis; lapilli cancrorum, creta, aut alia terrea ardori stomachi; terrea calcinata, ut specifica febrilia, corallia, vel salia fixa febribus intermittentibus ex dyscrasia sanguinis & succorum, ubi notoriè peccat acidum; corallia vel ebur effervescentiis in primis viis, & inde natis phlogosibus vagis; lapilli cancrorum infantum torminibus; Chelidonium ictero; Myrrha morbillis, mensibus suppressis; dens apri vel maxilla lucii piscis pleuritidi medentur, non præcipitando, sed acidum peccans imbibendo, & ita ex mutata textura

mutua

mutua illud invertendo & figendo. Præcipitationis enim terminus ex Chymia desumptus est, quæ per diacrisin operatur; & hâc ipsâ voce innuitur separatio contenti ex liquore continente, ita ut id, quod separatum est, vel fundum petat, vel in liquore fluctuet: e. g. si solvuntur lapilli cancrorum in aceto destillato, est solutio limpida, & mistio firma; quod si verò huic solutioni instilletur lixivium aliquod, vel spiritus ⊡æ, vel sal tartari solutum in ▽, tunc fit præcipitatio, id est, lapilli cancrorum, anteâ in aceto destillato soluti, separantur à liquore, & coguntur in fundum secedere: Si habemus cerevisiam, aut vinum, quæ volunt ex vitiosa fermentatione acescere, injiciunt cretam, sic separatur omne Acidum, & simul cum creta ad fundum secedit, ut in debito sapore, colore, &c. potus persistat.

Jam omnis *Præcipitatio* in genere duplex est; vel spontanea, per separationem spontanei fermentativi motus; vel non spontanea, per additionem rei cujusdam tertiæ præcipitantis: Primus modus est quasi naturalis & artificialis, & observatur vel in liquoribus fermentantibus, v. g. in musto, vino, cerevisia, &c. nam in his ex particularũ ⊖inarum motu proprio in novam texturam se sociantiũ, separantur partes heterogeneæ, quæ ita sub forma secum exclusæ adfundum secedunt, qualis separatio secum consistit in præcipitatione beneficio fermentationis, vel sub cura acutorum morborum in quibus sedimentũ ⊡æ est fex talis, spontaneo naturæ motu ex massa sanguinea præcipitata; Secundus motus fit per additionem rei cujusdam tertiæ, quatenus alterat continens, vel præcipitat contentum, e. g. quando ex lacte, insperſione aceti, vel additione aluminis, præcipitatur caseus, vel quando ex cerevisia præcipitatur Acidum additione cretæ aut ♆æ; vel quando ex solutione ♎is per lixivium insperſione aceti præcipitatur lac ♎is; vel ex solutione Coralliorum ab Alcali quodam, minus cognato Acido, præcipitatur Magisterium; Quæcunque enim solutiones acidæ per contraria præcipitantur; & talis præcipitatio minus spontanea respectu prioris & minus naturalis est.

Fundamentum hujus præcipitationis in eo consistit, quod talia additaPræcipitantia operentur, quatenus vel poros liquoris continentis replent, ac ita angustant, ut substantiam contentam amplius retinere nequeant, vel quatenus ipsas particulas ineptas reddunt, ut nequeant in liquore contineri, sive hoc fiat ratione figuræ, sive ponderis: e. g. si habeo essentiam jalappæ cum spiritu vini paratam, & huic infundo ▽m simplicem, fit Præcipitatio; Ratio, quia ab ▽ injecta pori ♈ replentur, & sic partes resinosæ exclusæ ad fundum secedunt: Quando ☉ solvitur in ♈, post instillatur ⊖♀, ☉ præcipitatur in fundum; quia ⊖♀ adhæret particulis acidis cum Auro, quod cum particulis acidis saturatum tantum pondus acquirit, ut non amplius possit contineri. Neutra autem harum Præcipitationum in corpore nostro locum habet, cùm nonnisi absorbendo & alterando Cacochymia corrigatur. Non spontanea seu prior, quoniam nulla sociatio particularum intestinarum adest, uti clarè patet; nec posterior seu non-spontanea, quoniam ista omnia remedia nil separant in corpore, sed Acidum peccans hæc potiùs aggreditur, & cum iisdem se unit: Namque Absorbentia acrimoniam humorum absque formali præcipitatione demulcent & temperant, absque diacrisi, solâ syncrisi particularum. Perinde autem est, sive Acidum corrigendum firmo nexu retineat medium præcipitans, ut in creta & minio aceto injectis, sive hoc tandem ima petat, illo debiliori & minus proportionato existente, uti corallia in succo citri soluta descendunt, vid. *Dissertat. de Præcipit. Usu & Abusu*; ut & alia plura; & hoc ipso activitatem suam in corporis partibus perdit: Sicut creta cerevisiæ acescenti injecta absorbere dicitur particulas acidas, non per præcipitationem, cum sponte fundum petat ratione ponderis; sic per remedia præcipitantia non contenti in continente fit separatio, sed simpliciter operantur, quatenus Acidum exorbitans eorum attactu hæc promptè aggreditur, insinuat se iisdem, concentratur sic, & quasi absorbetur. Absorbentia igitur convenientiùs ab aliis Invertentia, quatenus texturam invertunt, & Figentia, quatenus motum eorum cohibent dicuntur.

Spontanea quidem Præcipitatio fit in febribus acutis benignis, salubribus, non lethalibus: in his enim sanguis spontè fermentativo motu separat particulas heterogeneas & recrementosas, naturalemque fermentationem turbantes & vitiantes, quas instar secum successivè è corpore eliminat, ut quasi (dico quasi: nam aliàs circulationis legibus esset contrarium) ad fundum secedant, vel instar calcis aut capitis mortui omni activitate destitutæ, in ea tantum fluctuent, ut cum antea ipsi fuerint unitæ & permistæ, ac ob id difficulter separabiles nunc sint tantùm confusæ, & facilè per certa loca separabiles: vid. *TACCHENIUS in Hippocr. Chymico circa finem de Præcipitationibus*, quas Martialia in morbis Chronicis faciunt: hinc est, quod procedente tempore ⊡æ horum, priùs claræ & tenues, evadant posteà crassæ & turbidæ cum sedimento copioso, ob fæcum præcipitationem; quæ recrementa separata cum latice aquoso eliminantur. Talis præcipitatio sanguinis spontanea vocatur aliàs in scholis Medicis trito vocabulo Coctio materiæ morbificæ: Cruditas enim in eo consistit, quando recrementosa sanguini adhuc firmiter mista sunt; Coctio autem dicitur, quando præcipitatæ sunt particulæ recrementosæ. Fit per motum sanguinis fermentativum, mediante quo præcipitantur vitiosa & heterogenea, quæ sero involuta eliminantur, vel motu critico in statu morborum acutorum, vel arte per sudorifera & diuretica, ubi Medicus nihil agit, quàm quod saltem promoveat dictam spontaneam fermentationem, subministrando Alterantia v. g. in febribus biliosis acida; aut in febre intermittente præcipitantia, v. g. salia fixa, vel lapillos cancrorum, chinam chinæ; vel ⊖ia ⊖sa, v. g. tartarum vitriolatum, ⊖ digestivum hypochondriacum, &c. Plura de Præcipitantibus aut absorbentibus qui cupit, adeat *KERGERUM de Fermentat. P. 3. ubi de Febribus*: ejus præcipitans febrile, quod jactat, constat ex coralliis rubis & cremore tartari. Vid. quoque *SENNERTUS de Febribus, ubi de Coct. & Crudit.* qui satis elegans, & *WILLISIUS de Febribus & Fermentatione.* Frequentius itaque horum Præcipitantium est usus in corrigendo Acido præsertim fixo.

Sicut autem circa Alterantia in genere observandum, ne nimio eorum abusu ab uno extremo ad alterum fiat prolapsus, & ita unius affectus curatione alium oppositum inducamus, ob id imprimis pedetentim potiùs & successivè quàm confer-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0321-5 DFG

confertim aut unâ vice nimis alterando, eadem in usum vocentur, & speciatim, quantum possibile, Temperatis insistatur; ita in specie circa talia Absorbentia & Figentia non levis abusus intercedit: propterea debita cum cautela versetur Medicus, ne nimio eorum usu plus obsit, quàm prosit, quod fieri potest propter tria præprimis incommoda ordinariò aliàs insequentia.

(1) Enim palliatur saltem morbus. Nam Acidum peccans non penitus destruitur, sed absorbetur & concentratur saltem, unde facilè fit, ut de novo excitatum & resolutum Acidum, atque ex primo nido ad alia loca ita transmissum novas det turbas, & pertinaces alios affectus, aut recidivam priori modo longè graviorem inferat: v. g. non rarò accidit post non decentem usum specifici febrilis Strobelbergeri, vel hodiernorum chinæ-chinæ, febris intermittens, quæ videtur curata, de novo exsurgat.

(2) Fomite morboso non sufficienter correcto, sed ita fixato, in nido suo residente & hinc denuò resoluto, in alium, si non crudeliorem aut graviorem morbum præsertim Chronicum, interdum, sed rariùs, sub robore naturæ in quendam acutum benignum. Quid enim frequentiùs, quàm ex intermittentibus febribus, subitò talibus auxiliis suppressis, atrociores recidivas inductas? vel simplices in duplicatas aut triplicatas mutatas, aut tertianam in quartanam conversam fuisse? continuam ardentem in Hecticam? Sic novi epilepsiam, quæ erat per consensum primarum viarum, per viscum corylinium curatam; quo ipso quidem figebatur causa materialis Acidi; at postmodum huic epilepsiæ sic sepultæ post aliquot ♂♃, febris acuta supervenerit per 14. ♂♃, Acido resuscitato demum, & hoc morbi genus excitante: sic si fiat, ut Acidum quodvis peccans ita appareat cicuratum ab acidum absorbentibus, & in quodam loco colligatur successivè, fit inde, ut tumores contumaces & scirrhi, & similia superveniant producta morbosa: Aliquando curabatur Quartanarius, per copiosum pulverem ex lapillis cancrorum & saccharo saturni; febris quidem evanescebat successive, superveniebat colica adeò atrox, ex Acido circa primas vias concentrato, cum pertinaci alvi obstructione, ut per plures ☿ miserè torqueretur æger; curatâ verò colicâ, quartana rediit febris: Sic experimentandi gratiâ mulierculam febre tertianâ laborantem aliquando per ♁ destillatum baccarum juniperi curare tentabam; febris equidem post continuatum hujus usum remittebat sensim, & evanescebat; sed Acidum hoc ab oleo invisscebatur, & in resinosam glutinosam substantiam abibat, quod colligi potuit ex superveniente Colica, excitante simul passiones hystericas, quibus sedandis multum posteà operæ impendendum habui: Ergò simus cauti. Sic frequentiùs observatur, ex febribus intermittentibus, per hujusmodi Absorbentia frequentiora curatis, ita imminutam esse contentorum corporis texturam, & in glutinosum viscidum lentorem degenerasse, ut supervenerint febres lentæ, hecticis ferè similes, quæ per vomitoria postmodũ denuò eliminanda erant.

(3) Ordinariò his ipsis negotium digestionis primæ impeditur; atq; ita appetitus & digestio consequenter labefactatur.

Hæc mala ut præcaveamus, *pro talium usu legitimo observandum*:

(1) Quod uti dyscrasia sanguinis est varia, & fermentationis diversæ sæpèque singulares læsiones; ita etiam Præcipitantium & Alterantium insignis & specialis sit varietas, nobisque non rarò diversitas incognita.

(2) Ne diutiùs, quàm necessitas reverà efflagitat, nec majori dosi pro una vice, quam conveniat, eadem adhibeamus, sed interpositis vicibus, moderatè & successivè; sic enim Acidum absorptum sponte naturæ eliminatur è corpore cum aliis excrementis ordinariis: Acidum stomachi talium abusu perfunditur vel enervatur, cum insigni detrimento ægri.

Si autem

(3) Necessum sit, crebriùs iisdem uti, notandum, ut talium post usum & debitum effectum tempestivè interponantur blanda laxantia, seu primas vias abstergentia & stimulantia, ut relictum quasi ☿ ex genere nervoso removeatur; sic recidiva præcavetur, aut ne in alium morbum possit degenerare, impeditur.

(4) Ad volatilia plus minus aromatica post hujusmodi usum crebriorem, juxta cum laxativis interponendis, fiat Accessus, quorum medio partim glutinositas contentorum (quæ ordinariò supervenit ☽) inciditur & attenuatur, sicque alteratur, partim ipsa contenta Acido volatili spirituoso denuò imprægnantur, & sic recidiva quoque maturè præcavetur: in specie hisce Aromaticis acrioribus quælibet noxa, præmisso laxativo, optimè corrigitur, vires morbo anteà exantlatæ reparantur, & in æqualem symmetriam corporis contenta restituuntur.

Antequam autem hinc abeamus, monendum ante omnia unum est; nempe in alterando Acido habendam esse rationem Acidi, vel fixi vel volatilis, quæ non benè considerata maximam confusionem, tam in Chymia quàm in œconomia animali solent parere: hinc duplex Acidi in nostro corpore est status; aliud magis naturale, dum est volatile; aliud præternaturale, dum est fixum. Pro his non levis quoq; selectus instituendus in Alterantibus, de quo duplici statu Acidi jam *suprà in Patholog. cap. 2.* actum fuit, atque ostensum; *Acidum volatile* sub olei tegmine *Alcali* suo compari sufficienter *saturatum* in statu naturali in bile esse, & hinc Temperamentum massæ sanguineæ biliosum Galenicorum dependere, atque Acidum agentis, Alcali verò patientis ubique partes agere; adeoque sub tali ⊖e biliosо potiùs Acido-salsum oleosum plus minus copiosum, acre, iners, motui intestino aptum, potiùs intelligendum esse; inde etiam, si Acidum illud intendatur, acrimoniam quoq; bilis nimis exsurgere, eandemque intendi, Praxis confirmabit.

Ex hac itaque bilis intemperatura ratione ⊖is excedentis acidi volatilis omnia pathemata, tàm externa quàm interna, bili vulgò attributa, explicanda veniunt; Unde porrò hujusmodi Acidum volatile in corpore nostro enorme aut peccans, subinde corrigendum venit per Acida similia, sed fixa, qua ratione ∽ nitri aut vitrioli figendo, vitia ejus plus minus emendant; sicut econtrà Acidum fixum peccans per Acida volatilia in aromaticis & similibus oleosis delitescentia, corrigendum, & in naturalem statum plus minus redigendum est; hæc enim corrigunt excessivum

cessivum Acidum fixum; sicut *Acidum* volatile *deficiens* in genere, *restituunt* cuncta aromata, & aromatica omnia, ac vulgò calida sic dicta simplicia, vinum, †, succi vegetabilium acidi, assumpta acida, ♎ frigidus, tristitia, mœror, &c.

Quoad alterum extremum, urinosum in corpore peccat plus minus, utut rariùs hoc fiat, secundariò tamen, primariò agente acido, observabile hoc est.

Hoc itaq; vitiosum corrigunt & emendant

(1) Quælibet istud *Temperantia* seu destruentia aut saturantia, nempe dicta acida, eoque potentiora, quo magis talia, ac fixa. Ergò omnia acida, tam naturalia quam artificialia, mineralium imprimis, huc pertinent; v. g. spir. ⊕, ∽ nitri, ∽ minerales cœteri, aut simplices, aut per ♈ dulcificati & temperati, ut ∽ nitri vel salis aut vitrioli dulcis, succus cydoniorum, citri, &c. quæ figendo potiùs, & impetũ volatilem coërcendo, quod suũ est, agunt.

(2) Quæ istud Urinosum *obtundunt* & mitigant, ut oleosa s. pinguia, tam volatilia, quàm minus talia, ut ⊖ia volatilia, vel macra, ubi ⊖ volatile & bilis oleosa magis fuerit; aut oleosa, ubi minus: nam sicut arte per olea destillata mitigatur ⊖ium urinosorum volatilium acrimonia plus minus; sic in specie olea temperata ao oleosa, obtundendo urinosum volatile peccans in corpore nostro corrigunt; qualia sunt v.g. in emulsionibus. Pertinent huc ♎ minerale, & quælibet ♎a mineralium, & Antimonialia fixa, ♈æ medicatæ pinguiores, quatenus mitigando & concentrando hoc urinosum operantur, ut quasi ab hoc absorbeantur.

(3) Urinosum hoc alterant omnia *Aquea*, quæ istud diluunt pariter, ac in acidis supra monitum fuit; & excretioni quasi meliùs præparant.

(4) *Opiata*, quæ, si quam habent positivam activitatem, sensum partium sopiendo plus minus palliant, & quo minus superveniant symptomata alia, præcavent.

Econtra *deficiens* urinosum seu dictum biliosum *restaurant* & augent quælibet Præparata similia, ⊖ia volatilia, & ∽ urinosi volatiles: item omnia alimenta probè nutrientia benè temperata ex regno vegetabili, cum vis eorum nutritiva consistat simpliciter in ⊖e volatili oleoso, aut blandè oleo temperato: unde ex vegetabilibus oleracea; ex animalibus juscula & gelatinæ, copiam ⊖is volatilis suo ⊖e simili augent, ut & vegetabilia amara alcalia oleosa, ubi acuendũ per talia; item antiscorbutica & aromatica.

Ex his autem duobus, Acido & Alcali copiosioribus, & invicem concentratis, *tertium concretum salsum acrius* coäleſcit; quod uti in macrocosmo, ita & in microcosmo primariam meretur consideratione, & pro hujus peccantis in genere temperatura, conveniunt.

(1) Omnia *oleosa* minus volatilia minusque acria, sed temperata aquosa, ut sunt semina 4. frigida majora, amygdalæ dulces, & ex his emulsiones ac olea expressa, lac & lacticinia, ♀a mineralia, & quæ sub classe oleorum mitigantium veniunt narranda.

(2) *Mucilaginosa* quævis, ut mucilagines, & Gummi Arabicum, tragacantha, HBæ itidem hoc succo mucilaginoso turgidæ, ut HB. & radix althææ, malvæ, & omnes ejusmodi plantæ emollientes dictæ; & ex his præparatæ mucilagines, ut radicis althææ, seminis fænugræci, psyllii; item Gelatinæ animalium, quæ temperant ⊖ acre peccans, & substantiâ suâ urinosâ oleosâ, qua imprimis turgent, hoc in casu quoque conferunt.

(3) Quælibet *dulcia* temperata, ut lac, saccharum, glycyrrhiza, passulæ, jujubæ, rapæ, pastinacæ species, plura olera esculenta, & in specie ▽ ♆æ, concretum dulce.

(4) Denique & *opiata*, sensum irritationis ab acri ⊖so factum mitigando seu potiùs palliando, & ipsum acre ⊖sum temperando, simulque alterando; hinc papaveracea quælibet, in subigenda ejus activitate perquam efficacia sunt. Præter hoc optimum consilium est, ut loco alterationis, quod acre ⊖ sum est, per ⊡ rias vias maturè evacuetur.

Dictum autem supra, *subjectum horum vitiorum* in alterationibus observabilium esse nunc *viscidum*, nunc *serosum* seu *fluidum*, utrumque præternaturale: Illud pituitosum, quod nihil aliud est, quàm crudior chylus; hoc serosum seu lymphaticum vulgò dicitur.

I. Itaque *Viscidum* corrigunt:

(1) *Attenuantia*, qualia imprimis sunt Gummata acria quælibet, ut Gummi ammoniacum, galbanum, sagapenum; uti & bdellium, myrrha, & his cognata, eorumque ℞æ cum spiritu vini extractæ.

(2) Quælibet *Incidentia* dicta, seu quælibet acria, tam simplicia, acida & urinosa, quam composita ⊖sa: sic omnia acida, præsertim volatilia, ut ✳, ∽ ⊖is dulcis, ∽ ⊕, ∽ ♎is, &c. oxymelq; vel alcalia, ut ∽ ⊖ ✳ci, C. C. & alii urinosi: Quæ omnia viscida incidunt & dissolvunt, aculeis suis penetrant, & ita coagulata plus minus aut indurata, mollia & fluxilia faciunt; pariterque ex his parata ⊖ina, vel salsa, ut cremor tartari & ⊖✳, quod penetrantissimum solvens est viscidorum; item salsa fixa, ut ♀ vitriolatus, arcanum duplicatum, &c. quæ viscida quælibet quoque potenter incidunt. Pertinent huc Aromatica acriora, insigniter incisiva, ut Armoracia, Absinthium, &c. tam in forma nativa quam oleorum destillatorum, quæ viscidum quodvis attenuant insigniter, & hoc dissolvere & corrigere solent.

Quo tandem etiam

(3) Pertinet motus corporis, calor seu æstus intensior, alimenta partium subtiliorum plus minus medicamentosa; in specie condimenta acria aut aromatica, sive urinosa sive acida, præsertim ex sinapi parata; lætitia, ira, &c.

II. *Serosum* denique vehiculum seu nimiam contentorum fluiditatem corrigunt & alterant ferè cum salinis coincidentia, ut sunt:

(1) *Incrassantia* dicta, omnia Temperantia ac glutinosa oleosa & mucilaginosa, v. g. ichthiocolla, tragacantha, in genere omnia ⊖sum temperantia modò allegata: quo etiam pertinent imprimis gelatinæ animalium, lac, cochleæ, symphytum majus, &c.

(2) *Terrea* pinguia seu subpinguia quasi austeriuscula, ut bolus Armena, ♈ sigillata, & quælibet ♈æ subpingues minerales; item corallia cum aceto impregnata.

(3) Quælibet testæ vel *animalium partes* duræ *usta*, post rigorosiorem △ examen relictæ, ut C. C. ustum, & ebur ustum, &c.

(4) *Papaverina* quælibet & opiata, & his cognata, tam sativorũ quàm sylvestrium papaverũ præparata, quæ incrassando, & hinc dependentes excretiones promovendo, conducunt optimè.

Hæc sunt generalia, quæ corrigunt vitia contentorum, ex quibus textura eorum mutatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0323-6 DFG

CLASSIS II.

DE

ALTERANTIBUS *respectu* EFFECTUS, CALORIS *scilicet ac* FRIGORIS, HUMIDITATIS *&* SICCITATIS.

A*lterantia* ratione effectus mediati, qui earundem immediatam operationem & activitatem sequitur, sunt Calor & Frigus, Humiditas & Siccitas: hinc Alterantia suo modo vel *Calefacientia*, vel *Frigefacientia*, vel *Humectantia* seu Nutrientia, vel *Siccantia* seu Absumentia sunt.

Hæc doctrina, cùm nullibi sufficienter adhuc explicata sit, quæ tamen sui explicationem & expositionem necessariò ulteriorem meretur, præsupponenda quædam sunt; &

(1.) Calorem in specie sic dictum ex contactu propiori, & gradu intensiori △ in ustione, oriri ex Acido ejus celerrimè commoto, ita ut materialiter fiat ab Acido, formaliter ab ejusdem motu celerrimo, & quidem, ut non ineptè quidam suspicantur, circa proprium centrum vel axin. Hinc ea, quæ noxam ab △ calore inductam sistunt & leniunt, sunt imprimis talia, quæ Acidum corrigere valent, v.g. Saturnus, ♄ lota, ♁ olivarum cum calce viva agitando in massam butyriformem redactum.

(2.) Calorem rerum, præsertim fluidarum, spontaneum (nam de solidis alia ratio est) ubique fieri à motu particularum minimarum intestino formaliter, ita tamen, ut in specie Caloris impressio fiat ex motu acidi in objectum terreum aut oppositum utinosum materialiter agentis; hoc enim modo fit Calor; v.g. calx viva, quæ ▽æ affusione incalescit, & cum aqua effervescit, hoc fit simpliciter ab actione Acidi ab ▽ soluti, in ▽m: si recipitur corpus aliquod terreum, ♆ lota, testæ ovorum, crudæ vel calcinatæ, item ostrearum, creta & similia, solvuntur in spiritu ⊖is acido, abstrahatur ∽, & ♡ candidum evadet ex acido in ▽ corrosa concentrato, quod ▽ affusâ, simili modo ac ♆, intensissimè ebullit: par ratio est cum spiritu ac oleo vitrioli, quæ affusione ▽æ incalescunt ab Acido illorum diluto, ac si in ▽m ♃eam adjunctam intimè agente: sic ⊖ia fixa alcalisata recentia, item caput mortuum ∽ tartari, ▽æ affusa vel in eadem soluta, Calorem producunt, dum nempe acidum concentratum in subjectum terreum agit: sic Vegetabilia pro ⊖ium volatilium confectione putrefacta, in principio incalescunt, quamdiu scilicet Acidi actio viget, quo extincto aut plus minus subacto, emergente alcali volatili, ferè positivum frigus percipitur.

Ex his

(3.) Tanquam paradoxon ulteriori consideratione dignum elicio; annon etiam calor *iste* in nobis perceptibilis, qui vitalis dicitur, tanquam vitæ consequens, ab acido volatili commoto, hinc sensuum organa afficiente, reverà oriatur? Sanè, qualiscunque de calore hominis vitali arripiatur hypothesis, isque dicatur vel ex incensione, vel fermentatione, vel flammula vitali esse; semper tamen, si ad primam originem & fiendi modum inquiramus, ex motu particularum minimarum, & primariò acido-volatilium dominio, eum dependere, manifestum erit. Monstrari id potest à posteriori; v.g. calor & rubor in loco inflammato ex spina infixa, vel ex detento noxio, per suppurationem à natura rejiciendo, gradus intentione tantùm differt à naturali calore, & idem cum illo est. Hæc symptomata curantur per sperma ranarum, ▽m ♆æ, nunc simplicem, nunc cum spiritu vini impræguatam; per Saturnina, tam in forma sicca quàm in forma emplastrorum, quibus temperamus, vel penitus sistimus ardores illos: Omnia autem hæc simpliciter operantur absorbendo acidum, saturandoque & corrigendo. Quod si igitur calor intensior per absorbentia infringitur, consequenter calor ille erit ab acido; quapropter ex acido volatili materialiter, & ex ipsius motu formaliter, constabit vitalis calor.

His ita præsuppositis, de ipsis remediis alterantibus, quæ ratione effectus Calida dicuntur, pergamus. Distinguenda verò (1.) hæc sunt in ea, quæ *Calefacientia* sunt externè, seu respectu partium corporis solidarum, vel *internè* seu respectu contentorum fluidorum; quæ quidem remedia interdum in pluribus coincidunt, sed iterum quoque in pluribus differunt: v.g. piper est calidum tàm in partibus solidis, quàm, si resolutum sit, in partibus fluidis, in quibus simul calorem intensiorem excitat: sic ∽ nitri aut vitrioli rectificati guttula, quasi scintilla △ esset illapsa, externo contactu intensum dolorem & ardorem inducit, qui tamen respectu partium internarum internè assumpti, hoc non faciunt, sed frigus aut caloris intensioris moderationem, solent inferre: spiritus ⊖ci respectu partium solidarum vim habet frigefaciendi; in faucibus autem deglutitus ardet; imò idem hoc simplex, respectu partium fluidarum, nunc aliquem, nunc nullum excitat ardorem aut calorem: ▽ externè admotus nihil calefacit, qui internè haustus linguam insigniter exæstuat. Ergò, quæ partium solidarum respectu sunt calida, ut piper, sinapi, aliaque, operantur saltem, quatenus immediatè suâ particularum subtilitate sensum tactus, nempe linguam, afficiunt, ac si △ essent corpuscula, uti hoc per spiritum nitri illustrari potest; aut fibrillas nerveas potenter rodere, vellicare, aut simili modo irritare valent, eo ferè modo, uti quando acidæ △ particulæ faciunt irritationis sensum, sequitur ex spirituum & sanguinis motu caloris saltem notabilis intensio, tanquam spinulam infixam: sic v.g. arsenicum ratione ventriculi & vicinarum partium est igneum & venenosum remedium propter acrimoniam summam, quæ in ægris, qui hoc assumpserunt, sitim intensam, æstum, & in præcordiis inflammatorium ardorem excitat, quod tamen in se, respectu partium fluidarum, neque calidum neque frigidum est; item ☿♎ summè corrosivus est, hinc propter irritationem & corrosivitatem notabilem in partibus solidis talia symptomata truculenta infert, quæ aliàs inseqvuntur caloris intensionem.

Quod igitur (2.) Alterantia, quoad partes fluidas calida spectat, ea propriè calida dicenda, *quæ internè*, & mediante alteratione notabili, contentis corporis inductâ *Calorem inducunt* & augmentant, unde etiam caloris per universum corpus diffusio. Observantur enim omnia hæc habere singularem plus minus penetrantem acrimoniam, ut quò magis acria, eo etiam magis esse calida. Deinde observandum etiam, omnia propriè talia (scorbuticis exceptis) habere in se substantiam resinosam, in qua, tanquam

tanquam centro, potentia ista primariò residet, qua separatâ aut extractâ omnis vis calefactoria perit. Talia sunt v. g. *aromata quælibet*, cinnamomum, nux moschata, piper, zinziber, zedoaria, caryophylli, cardamomum, & omnia aromatica dicta simplicia, illis odore plus minus acri, & sapore penetrante cognata, ut anisum, fœniculum, mentha, rosmarinus, salvia, semina 4. calida majora & minora. Observatur etiam calor in omnibus amaricantibus, v. g. absinthio, centaurio minore, rhabarbaro, &c. Omnia præterea propriè dicta *Purgantia* acria seu calida; & quo magis resinosa, eò magis sunt talia, v. g. esula, scammonium, &c. hæc acriora sunt, quàm mechoacanna, manna, senna; item omnia gummata acria sunt calida, ut gummi ammoniacum, sagapenum, myrrha, opium, &c. sicut & quælibet antiscorbutica, acrimoniâ volatili prædita, ad calida referenda sunt, v. g. cochlearia, nasturtium, trifolium fibrinum, piperitis, sinapi, sedum muraceum, &c. Eo ipso enim, quo omnia acria sunt calida, hôc ipsô sunt ☉inæ texturæ; & eô ipsô, quo sunt magis resinosa, & hinc sunt naturæ pinguis seu oleosæ: hinc resina eorum per ☿, tanquam menstruum homogeneum est extrahibilis, & extracta inflammabilis, quod signum est pinguedinis in concreto; *adeoque in particulis salinis oleosis volatilibus vis remediorum calefactoria omnis consistet.* Notum enim est ex mechanica chymica, illud, quod in forma sicca resina est, igne blando liquata dici ♁ destillatum perquàm calidum, quia concentratum; quod præcipitatum per debitum suum acidum concentratum redit in resinam adhuc calidiorem: oleum hoc per fermentationem ex parte volatilisatum, constituit spiritum volatilem omnium temperatissimum, ob acidum dilutum, attenuatum & temperatum; quæ utraque tamen calida sunt: clarum hoc est imprimis in aromatibus seu odoriferis. Cœtera minus aromatica, tamen amara, quia minus pinguia, non nisi Extracta resinosa, & fermentando spiritum inflammabilem suggerunt: Antiscorbutica, quia minimum olei obtinent, nec Extractum suppeditant, nisi succosam aut levem essentiam, fermentando tamen ∽ inflammabilis, utut paucus, ex iis elici potest. Inest iisdem acidum volatile macrius, in aromaticis verò salsum oleosum concentratum, in cœteris acidum minus oleosum, medio modo se habet resina.

Ergò quid est istud, quod igne liquatum, sæpiùs destillatum, dat ♁? *Oleum destillatum omnium consensu* nil aliud, quàm ☉ *volatile, ab oleosa pinguedine, sub qua acre reconditum latet acidum, concentratum,* & rectè, dicitur. Jam investigandum; utrum ex his ingredientibus, acido volatili & pingui volatili per motum intestinum caloris effectus producatur? sic si per alcali fixi additionem, mediante digestione tædiosa, ☉ volatilile ex quibusdam oleis destillatis eliciatur, hoc caret omni vi calefactivâ, præsertim, si ab oleo probè depuratum fuerit, & reverà frigefacit, aut saltem non calefacit: adeoque vis calefaciendi olei in acido occulto, ☉ volatile concentrante, primariò consistet. Restat hinc pingue, quod in se est indifferens, cùm ab eo, qua tali, nec calor nec frigus observetur; adeoque in acido volatili concretorum resinosorum, & inde productorum oleorum, vis calefaciendi imprimis residet materialiter verò in ejus motu, quoniam per hunc massa sanguinea motu suo fermentativo ita alteratur, ut ratione particularum acidarum volatilium cum remedio concurrentium intensior fiat eorum motus, & hinc intensior motus spirituum, & consequenter in partibus superveniat effectus iste, qui calor vocatur; ut itaque calefacientia operentur in partes liquidas, ratione acidi volatilis existentis in concreto ☉ium oleoso, quia ☉ia volatilia oleosa, imprimis olea destillata aut ∽ inflammabiles, ♃ sanguinis insigniter dissolvunt, ejus resolutionem & spirituascentiam promovent, spirituum motum, & ita sanguinis incalescentiam augent.

Observandum enim pro asserti hujus ratione *circa Calefacientia*:

(1.) Quod omnia vegetabilia, calida dicta, sint fermentescibilia (excipio tamen aromata sicca) & suggerant, præter spiritum inflammabilem, etiam acetum: Quicquid autem fermentabile est, id propter acidum, quod obtinet tale est. Dein calida omnia calcinando alcalia fixa suggerunt, quorum origo sine acido est nulla.

Præterea

(2.) Remedia calefacientia in vegetabili regno ferè inveniuntur & occurrunt, ob acidum volatile copiosiùs nobis per digestionem assimilabile; adeoque postmodum caloris intensionem excitat.

(3.) Ex animali autem regno, paucissimo acido instructo, refrigerantia aut temperantia, gelatinosa, alcali temperato volatili impregnata, acidi correctiva reperiuntur, ut calida propriè sic dicta nulla suggerat, quàm olea destillata, quorum tamen par cum vegetabilium oleis est ratio.

(4.) Bilis calefactoria vis, tanquam saponarius volatilis liquor, ut supra dictum, in acido volatili, sub pinguedinis tegmine occultato consistere videtur.

(5.) In regno demum minerali calefacientia interna nulla, quin refrigerantia potiùs sunt, acido eorum fixiori existente, fluidis nostris partibus non assimilabili, potiùs acidum nostrum volatile figente & concentrante, sicque sensum frigoris post se relinquente, dum ceu magis graduata acidum volatile calorificum infringunt, motum sufflaminant, & ita caloris excitationem cessare faciunt: v. g. vis scammonii purgativa infringitur spiritu ♃is aut vitrioli, sic acrimonia ejus hebescit, infringitur calor, & ab acido figente acidum volatile concentratur *in* resina.

(6.) Quævis resinæ calidæ, acres, summè calidæ, à ☉ ♀ redduntur temperatæ, ut ferè medium effectus calorifici efficiant; dissolvit nempe ☉ ♀ texturam resinosam, agendo in ejus acidum, unde ejus sapore partim correcto, partim motu per fixationem sufflaminato, multum de calore cessat.

Ex his facilè judicare licet de compositis: nempe omnes ▽æ destillatæ, plus minus de oleo participantes sunt calidæ; item omnes horum simplicium pulveres, v. g. carduibenedicti, diatrion pipereon, sunt calidi: succi quoque eorum, v. g. centaurii minoris ut & ♁a destillata, ut caryophyllorum, menthæ, cinnamomi, &c. item essentiæ, & elixyria, tàm simplicia, v. g. menthæ, &c. quàm composita, præparata, v. g. cum ☿ solo, febrile Mynsychthii vel Michaëlis; Rob eorum, v. g. juniperi, sambuci; Extracta, v. g. centaurii minoris, absinthii, &c. magis denique composita ex his medicamenta, ut Theriaca,

Mithridatium, &c. quæ omnia ratione ingredientium horum sunt calidissima.

Quoad *Refrigerantia* ex alterantibus, hæc etiam duplicis sunt generis vel *externa* vel *interna*: Vel enim respiciunt partes solidas, ut, Topica dicta, quæ modò partem aliquam corporis alterant; vel fluidas, quæ corpus universum refrigerant, & communiter propriè Refrigerantia seu Frigefacientia dici solent. Talia respectu partium solidarum sunt ea omnia, quæ vel nullam talem impressionem motivam in partes sensiles faciunt, sed eam insigniorem ab aliis particulis commotis factam sufflaminant, aut acidum calefaciens absorbendo, aut excitatum ab acidi intensione calorem cohibendo, qua ratione ♄ dicitur frigidum ardoris & ruboris remedium, saltem acidum inhibendo & absorbendo: sic ▽ Ψ seu benedicta Chirurgorum refrigerat, absorbendo acidum, inflammationem, hinc & similia symptomata sistendo: spiritus vini externè adhibitus in erysipelate frigidus est, phlegmate suo oleoso acidum intensum peccans temperando; sperma ranarum, succus cancrorum fluviatilium, eorumque ▽ per putrefactionem parata, sunt optima Frigida externa; quorum vis operandi consistit in alcali eorum volatili macro, quo acidum temperant, refrigerant, & inflammationes arcere dicuntur: succus hyoscyami, quod sanè curiosum est, aut unguentum ex eo cum butyro non ⊖ito paratum, parti cuidam solidæ illitum, eidem notabile frigus imprimit, partemque debilem reddit; alterando scilicet vi suâ narcoticâ spiritum insitum, à quo calor partis naturalis dependebat.

Hæc de Externis: Seqvuntur *Refrigerantia interna*, quæ iterum sunt duplicia:

(1.) Acida intensè figentia, & motum intestinum contentorum plus minus sedantia, v. g. mineralia, eorumque ∽ acidi, △is, vitrioli, ⊖is, &c. de quibus supra; item sulphura fixa, vi acidum volatile figendi concentrativâ instructa; in specie ☉ crudum nobis præ aliis subjectis accommodabile, ejusque ∽; illud enim, utut ⊖sum, acidum tamen volatile figendo, & ejus motum insigniter sufflaminando, refrigerat; dum ex parte ex animalium recrementis (in quorum locis uberiùs colligitur) natum, △a fixa mineraliũ, ut ♁ diaphoreticum, Bezoardicum minerale, imò △ commune cum spiritu nitri potest figi in simile Bezoarticum minerale, quod acidum volatile in morbis acutis figit, autorem æstuationis absorbendo.

(2.) Si quæ respectu contentorum Refrigerantia dicuntur, sunt omnia, quæ simul ex alcali constant, & operantur ratione ⊖ium volatilium macrorum, Naturalia & Artificialia: nam quæ pinguia sunt, & acidulum ∽ adjunctum habent, minus sunt frigida, ut endivia, cichorium, intybacea omnia, sonchi omnes, olera esculenta, portulaca, plantago, mucilago; item vulneraria quælibet, adstringentia dicta, acidorum absorptiva ferè omnia; semina 4. frigida majora, gelatinæ animalium, quæ ⊖e volatili temperato imprægnatæ. Omnia hæc vi refrigerandi prædita sunt; item partes animalium, præsertim marinorum, duræ, præcipitantia dicta, huc referri debent; imprimis spiritus & ⊖ia volatilia urinosa ex regno animali & vegetabili macra, revera positivè frigoris sensum in corpore nostro relinqvunt, partim acidum volatile calorificans temperando, partim massam sanguineam plus minus inspissando, aut fermentationem ejus intensiorem coërcendo, & spirituum motum compescendo, & sic conceptum eorum calorem multum imminuunt. e. g. in febribus intermittentibus, quando frigus urget, extractum absinthii resinosum & aromatica alia frigus imminuunt, & calorem multum intendunt: sic in febribus ardentibus intermittentibus, *STLVIO* teste, ⊖ia volatilia vel spiritus ⊖✳ci simplex, item, quod certum, & mihi per experientiam constat, assumentibus semper frigus auget, & calorem multum imminuit, sicque facilè calorem per aromatica, frigus econtra per ⊖ia volatilia macria, intendere vel modificare licet; quia verò frigus per hæc ferè intenditur, febresque inde emergunt diuturnæ, tutiùs est, uti aromaticis. Pertinent huc succi expressi subacidi, ut berberum, ribium, &c. quæ quoque ad refrigerantia referenda, hi enim, utut quoad sensum acidi, in se tamen habent contenta copiosa, quæ constant particulis terreis & urinosis, in fecum forma sub fermentatione ▽atis, quæ terreis & urinosis turgent, simulque absorbentibus & volatilibus particulis; hinc ex ratione acidi pauci figunt acidum volatilius, maximâ tamen parte per urinosas particulas operantur; excipiendus autem venit succus citri, qui purè acidus est, & figendo potiùs frigus infert. Huc pertinent etiam flores buglossæ, tunicæ & rosarum, qui ratione alcali sui plus minus temperati, quo turgent, operantur; in rosis tamen acidum volatile latitat, cujus ratione calefacere dicuntur, unde & ∽ earum inflammabilis est, sed superficiale hoc est: ipsum autem concretum refrigerat propter moderatum alcali, quod patet, quia ex iisdem, perinde ac ex gallis, confici potest atramentum, quod non accideret, nisi occultum alcali contineret.

Duo hæc inter calida & frigida, acria, acidum & urinosum corrigentia & corrigenda, medium quasi tenent locum ea, quæ *Alterantia Temperata* dicuntur, nullâ potentiâ ⊖inâ in iis excedente, indeque sapore dulci aut insipido vel aqueo, aut blandâ oleositate aut mucilaginositate se nobis sistentia, & potissimùm temperando præparantia, ut amygdalæ dulces, semina 4. frigida majora & minora, lac, passulæ, glycyrrhiza, saccharum, mucilago seminis cydoniorum, △ commune, tragacanthum, gummi Arabicum, pinguedines animalium temperatæ, &c. in quibus neutræ particularium frigefacientium vel calefacientium excedunt, quin temperando excessus istos in corpore mitigant. In genere omnia Temperata, simulque Nuttientia, quæ internè acre quodcunque in specie ⊖sa, dum obtundunt, ab effectu *Temperantia*; hæc ipsa, quatenus utrumque extremorum temperant, & quatenus particulas intemperatas & acriores quasi inviscant, *Inviscantia* & *Incrassantia* dicuntur: dum fauces & alios meatus plus minus excoriatos blandè leniunt, & recrementis tussi ejiciendis quasi vias lubricant, *Lenientia* & *Expectorantia*; dum extra imposita moderatè ab acido congulatos succos blandè fundunt, *Emollientia*; dum acrimoniam temperant, & temperando utrumque acre, horum amicam unionem in ⊖sum tertium, adeoq; pus promovent *Maturantia* seu *Suppurantia*; & denique dum eodem modo imposita acre dolorosum mitigant, & ita fibratum ex dolore

dolore ſpasmum ſeu criſpaturam remittere faciunt *Anodyna*, pro vario uſu vocari ſolent. Vis eorum conſiſtit in ⊖ſo-aqueo-pingui, aut terreo-mucilaginoſo, ubi nimium Acidi, plus multo Alcali, deprehenditur.

Emollientibus contrariari videntur *Adſtringentia* dicta, quæ ratione texturæ ſtypticæ quodammodo auſteræ, in ſpecie ex Terreo cum Acido plus minus compoſitæ, operantur, & vel fluida quodammodo incraſſando aut coagulando ſiſtunt, vel fibras partium ſui additione ſtringunt & ita anguſtant, ut, O, ▽æ metallicæ cum Acidis, animalium partes calcinatæ, plantago, gallæ, Acacia noſtras, &c.

Humectantia cognata admodum ſunt Temperatis, & omnia ea, quæ vel ſubſtantiam talem ſuggerunt, & benè nutriunt, modò aſſimilentur. Talia ſimul ſunt Temperata, & quæ copioſum rorem gelatinoſum, aut mucilaginoſum, h. e. chylum, ſuggerunt, adeoque partim nutriendo rorem partium corporis nutritivum conſervant, partim temperando acre, à quo fit roridi nutritivi diſſolutio, abſumptionem ejus præcavendo. Pertinent huc omnia nutrimenta, tam ex regno animali quàm vegetabili, temperata omnia, ut paſſulæ, oriza amygdalæ dulces, gelatinæ & mucilagines, &c. quæ alcali nutritivo oleoſo abundant; item potulenta, cereviſia, &c. lac præ omnibus excellit; vel roris nutritivi aſſumptionem ſiſtunt, ut blanda Anodyna, & quascunque evacuationes inhibentia.

Siccantia ſunt iterum vel reſpectu partium fluidarum vel ſolidarum. Operantur externe, quatenus ſubſtantiam humidam vel roridam corporis nutritivam, vel ſeroſam diſtributivam in quadam parte velut imbibunt & abſorbent, atque Acidum colliquefactivum, v. g. in ulceribus manantibus, corrigunt & deſtruunt, ut Calcinata omnia, v. g. cornu cervi uſtum, æs uſtum, tutia, pompholyx, lapis calaminaris, &c. quæ partim humidum imbibunt, partim præcavent roris nutritii colliquationem. Quæ enim interne humorem roridum dicuntur exſiccare, ſunt quæ acrimoniâ ſuâ iſtam ſubſtantiam nutritivam attenuant & colliquefaciunt, ut in ſeroſi liquaminis formam abeant, & hinc, quâ datâ portâ excernantur. Talia ſunt omnia acria, adeoque calida, item omnia amara; idque eo magis, quo ſubſtantiæ roridæ colliquatæ excretionem extra corpus magis ſtimulant, & quâ datâ viâ ſenſibilius evacuant: Purgantia fortiora ſimul exſiccantia ſunt; nec non ſudorifera diutiùs continuata, v. g. lapilli cancrorum; quæ ſub vehiculo ſeroſo ſuccum nutritium evacuant, item medicamenta lignorum: Diuretica denique, quæ eundem ſuccum per vias ⊡rias eliminant è corpore. Conferatur, quoad hanc doctrinam *Hippocrates Chymicus TACCHENII* hinc inde conſiderando ſimul Acidum & Alcali, tanquam inſtrumenta naturæ catholica mechanica, quibus tamen ∽ ſeminalis, inſitus & influus, utatur.

Ad iſta alterantia pertinent etiam *Febrifuga* dicta, quæ febribus intermittentibus in ſpecie medentur, & operari videntur, quatenus fermentum acidum febrile obtundunt, figunt, alterant & deſtruunt, & ita paroxysmos tollunt; qualia ſunt Alcalia, & his cognata tam volatilia, ut ∽⊖✳ci, abſinthium, centaurium minus, carduus benedictus; quàm fixa, partim terrea, ut ♉ diaphoreticum, mater perlarum calcinata, partim ⊖ia lixivialia, ut ⊖ abſinthii, &c.

Quinimò pertinent etiam ad iſta ea, quæ *Menſes pellere* dicuntur, & vel Acidum ſimpliciter abſorbendo, ut Martialia; vel ſubſtantiâ ſuâ volatili ſanguini certam fermentativam turgeſcentiam conciliando, ut volatilia, myrrha, crocus, ros marinus, ∽ & ⊖ia volatilia, &c. operationes ſuas exercent.

Ad alterantia iſta etiam *Vulneraria* pertinent, quæ Acidum præternaturale & vitioſum, mitius quidem in vulneribus, acrius in ulceribus, blando ſuo & temperato alcali delent, & ita conſolidationem, remoto acido corruptivo fermento, promovent, ſive externè aplicentur locis affectis, ſivè internè propinentur, ut in ſtomacho, nimio deleto Acido, & chylo certo modo alterato, facilior fiat ſanatio, ut cancri fluviatiles, eorumque lapilli, ♄, plantago, &c.

Porrò ad alterantia modò dicta vel maximè etiam pertinent *Aromatica*, quæ odore plus minus forti aut penetrante, & ſapore acri plus minus amaricante, craſin ſuam in ⊖e volatili oleoſo conſtitutam habent, id quod in eorum oleo deſtillato, totius craſim integram poſſidente, patet, ratione cujus cum activa ſint, penetrantia, adeoque ſanguinis fermentativum motum ſtimulent, ⊖ volatile oleoſum ſanguinis, & conſequenter bilis, augent, Calida vulgò & ſicca conſtituuntur, & Galanga, caryophylli, mentha, rosmarinus, caſtoreum, terebinthina, &c. Ratione hujus ⊖is volatilis oleoſi temperant hæc ipſa Aromatica omnem acrimoniam, cruditates viſcidas reſolvunt, adeoque cruditati acidæ, & inde congeſtis ſordibus in inteſtinis & ſtomacho, indeque enatis flatibus, ex Acido in materia viſcida oriundis, optimè conducunt, ob id etiam Aromatica omnia ſtomachica, item Carminantia ſeu Flatuum diſcuſſiva, eſſe ſolent.

Nervis porrò & cerebro, & inde compoſitis membraneis partibus, quibus Acidum quodcunque inimiciſſimum eſſe ſolet, optimè proſunt, quas fovent & recreant, adeoque earum affectionibus ſpecifice ſuccurrunt, ob id *Nervina*, *Cephalica*, ac *Uterina*, eſſe ſolent Aromatica, menſibusque ſimul movendis dicata.

Quin & cum ipſum ⊖ volatile oleoſum aptiſſimum ſit, quod volatiliſando & fermentando abeat in ∽ volatiles, ſuo modo analogos ſpiritibus noſtris vitalibus & animalibus, exinde vis eorum confortativa, ac, ut vulgò vocant, *Cordialis*, proximè emanat; hinc ∽ & ▽æ confortantes, ▽æ vitæ, ▽æ apoplecticæ, &c. ex talibus ordinariè componuntur.

CLASSIS III.

DE

ALTERANTIBUS *reſpectu* CERTARUM SOLIDARUM PARTIUM LÆSARUM.

AGendum nunc de *Alterantibus*, non prout in genere contenta corporis morboſa facta in quali reſpiciunt, nec prout in iisdem effectivè Calorem aut Frigus producunt, quæ ſuprà jam ſunt explicata; ſed morboſa conſiderabimus in quali, prout in ſpecie nunc hanc, nunc illam partem affligunt, adeoque ratione læſionis aut nocumenti, ſolidæ cuidam parti inducti, ubi ſpecialiora quædam corrigentia ſeligenda veniunt, ratione cujus ejusmodi Alterantia, quæ moleſta contenta emendant, ſuo

modo Stomachica, Epatica, Nervina, &c. vocari possunt; nempe non partis læsæ, sed causæ lædentis, hanc vel illam partem imprimis affligentis respectu, pro cujus medela remediorum selectus quidam instituendus est.

Sunt verò ea tam cruda simplicia, quàm præparata, imprimis

STOMACHICA,

quæ etiam suo modo *Intestinalia* dici possunt: atque hæc duplicis differentiæ, quæ ratione contentorum peccantium ventriculi digestionem læsum, & inde ortas *cruditates*, vel *acidam* vel *nidorosam*, alterant & corrigunt.

Digestio læsa, aut abolita aut imminuta, utplurimum procedit ex fermento digestivo obruto & mutato à muco crasso seu pituita viscida, in stomacho stabulante; cujus signa, præter ea, quæ habet *SENNERTUS lib. 3. Praxeos pag.* 128. sunt imprimis ructus acidi, phlogoses faciei, post pastum difficilis respiratio, ita quidem, ut respirationis impedimentum percipiant in præcordiis; tempore matutino copiosum mucum excernunt; post ingestum pastum autem duabus horis percipiunt dolorem gravativum in stomacho. Omnia hæc symptomata fiunt, quia succus fermentativus crassus & obrutus minus potest fermentare; quin potiùs alimenta sub forma liquaminis aut pastæ viscidæ acidæ & flatulentæ in stomacho subsistunt.

Præter *digestionem* imminutam, etiam est *depravata*, quæ nunc *nidorosa*, nunc *acida*: In *cruditate acida* ructus sunt acidi, flatulentiæ, &c. In *cruditate nidorosa* ructus instar ovorum frixorum adsunt. In talibus casibus pro cura, & quidem cruditate acida, præter vomitoria & purgantia, conveniunt remedia stomachica & intestinalia, acidum corrigentia, quæ aliàs Stomachica calida dicuntur, cùm ferè sint aromata & aromatica; sicut quæ cruditati nidorosæ opposita sunt, refrigerantia, seu corroborantia frigida dicuntur: hincque locum ferè habent in acutis febribus, cùm illa in morbis chronicis imprimis conveniant.

STOMACHICA CALIDA.

In priori igitur classe imprimis conveniunt aromata & aromatica volatilia, quæ suavi odore & grato sapore, plus minus acri vel amaricante prædita sunt; ut sic crasin suam obtineant in ⊖e volatili oleoso, id est, acido volatili, compari alcali volatili saturato, & pinguedini temperatæ sociato, quod patet ex eorum oleis destillatis, in quibus crasis omnis concentrata residet. Stomachica hæc plura sunt (pertinent enim huc & alia cephalica & nervina) selectiora tamen hæ radices, ari, acori veri, gentianæ, tormentillæ, HB. absinthii, menthæ, baccæ juniperi, lignum sassafras, aromatica quælibet propriè dicta, in specie caryophylli, nux moschata, macis, piper, zingiber, galanga, zedoaria, &c. Omnia hæc ab acida cruditate ventriculo refrigerato opposita sunt: operantur autem ratione ⊖is volatilis oleosi ⊖si in suo concreto, temperant & corrigunt acidum fixum ex errore digestionis primæ enatum, producuntque hoc ad statum volatilitatis; viscidas & glutinosas cruditates attenuant, incidunt & resolvunt; in congestis & ingestis acidis, tam in ventriculo, quàm intestinis (pituita vitrea dicta) corrigendis, optimè conducunt: dum enim ex hoc acido in subjecto viscido, ordinariæ fermentationis vitio, generantur flatus in primis viis, his & ventriculo, & præsertim intestinis, hostilibus, corrigendis ac præcavendis perquam apta sunt. Hinc respectu Flatuum alia, *Carminativa* dicta, addenda sunt, intestinis imprimis grata, quæ fermentationem vitiosam corrigere, Acidum temperare, & natos jam Flatus discutere ac resolvere possunt; suntque nominatim Angelica, imperatoria, semina 4. calida majora, cortices citri & aurantiorum, Chamomilla Romana & vulgaris, baccæ lauri, cinnamomum, castoreum, myrrha, &c. Hæc dum flatibus resistere observantur, intestinorum malis, & inde natis ex Acido viscido flatibus, in specie conferre solent. His stomachicis jugenda ♋✱, Arcanum duplicatum Mynsychthii, quod est egregium; cremor tartari cum sale tartari commistus, ♀ vitriolatus, & omnia ⊖ina, propter vim incisivam, attenuativam, & cruditatum viscidarum resolutivam: quibus denique in Hypochondriacis & Cachecticis ♂ & Martialia quælibet socianda. De singulis igitur, & quidem præcipuis, in specie paucis, agendum est.

Ari imprimis Radix.

In usu est, tam recens, quam in umbra exsiccata. Recens turget particulis volatilibus acerrimis, adeoque pungentibus, & quasi piperinis, à quibus in partibus solidis, propter irritationem molestam, phlogosis & rubedo occasionaliter excitatur: ratione ⊖inarum harum virtutum incidit noxium viscidum, & acidum, tam stomachi quàm intestinorum, ut & pulmonum, corrigit: mucum salia hæc detergunt, resolvunt, hinc Appetitum prostratum insigniter excitant, fodicando & irritando ventriculi parietes, quâ vellicatione fit, ut fermentum aut ∽ fermentativi (voca ut lubet) eò concitatiùs commoveantur: unde etiam propter hunc appetitum excitandi usum, dicitur vulgariter die Zehr-Wurzel: in morbis chronicis, & in cruditate acida primarum viarum, est multi usus. Mitior tamen recenti est exsiccata in umbra, quoad extimam quoque superficiem insipida, ⊖e volatili nempe in auras evaporante, in medio tamen satis acris deprehenditur, unde meditullium ejus, pro usu medico satis potens, usurpari solet. Recens propter suam acrimoniam in minutas particulas incisa, hauriatur in cochleari cum spiritu vini, mirum quantum appetitum excitat: plebejum quidem hoc, sed optimum sanè est remedium. Planta seu herba ejus recens concisa, & cum aceto subacta, acetarii loco usurpari potest; haud leviter enim ejus acrimonia acido figitur & mitescit: *HELMONTIUS Tractat. Dispensat. Modernor.* dicit; arum mitigari aceto, & celebre esse remedium in casu ab alto. Radicis ergò, ut dictum, exsiccatæ meditullium aperiatur; in acri enim sale volatili omnis ejus vis consistit. Hinc malè prostat in officinis radix ejus præparata; vis enim ejus castrata est ab aceto. Par ratio ejusdem feculæ, remedii elumbis, & nullius virtutis specificæ.

Acorus verus seu *calamus aromaticus* officinarum nunc sequitur. Ferè nobis incognitus est verus, aut saltem rarior, ita, ut rectè de hoc dicat *MANARDUS in Epistola*, verum nobis hodiè esse incognitum, cùm, qui vulgò nobis affertur, radix sit, non calamus, & ad genus arundinaceam pertinuerit. Loco autem hujus substituere possumus acorum verum, arundinaceum quoque plantam, cujus radix ⊖e volatili oleoso aromatico

non

non leviter impregnata est, ratione cujus corrigendi Cruditati acidæ, & discutiendis hinc natis flatibus, aut iis præcavendis, hoc ipso intestinis egregie confert. De cœtero cum aliis Aromaticis ferè conspirat.

Mentha, præprimis *Crispa*,

acrior, & particulis aromaticis præ aliis speciebus turgentior est; singulariter dicatur malis, ex causa frigida seu cruditatibus acidis ortis, imprimis confert, removendo & alterando contentas sordes in appetitu promovendo, in digestione adjuvanda, item inflatibus discutiendis, imò etiam ructibus, nec non Cholera, vomitu nimio; sicut etiam in quibusvis alvi fluxibus, in quibus ventriculus vel primariò peccat, vel simul afficitur, & per consensum patitur, peculiaris usus est. Radix quoque lactis proventum nimium nonnihil, & coagulationem ejus, in decocto cum aceto internè & externè nunc præcavet, nunc resolvit; sicuti etiam Fotus ex ejus decocto, aut ▽ spirituosa, herniis applicata intestinis flatu tumentibus conducere solet.

Nux Moschata.

Est nucleus, in fructu bulboso sui generis contentus, quem ambit cortex laminosus tenuis, lapidosus, & cingit foliorum instar, id quod *Macem* vocamus: Conveniunt igitur macis & nux moschata in essentialibus. Nux Moschata tamen tota quanta, oleo temperato & quasi coagulato turget; Macis verò acrior est, & plus salis volatilis ⊖so-oleosi continet: Unde Nux Moschata, utut in morbis stomachicis ex contentis vitiosis egregia sit, propter nimiam tamen oleositatem suam sæpiùs ventriculum gravat, sicque Maces meliùs conveniunt. Sapori isti vitioso temperando, à quo diarrhæa excitari solet, communia remedia sunt nux moschata & macis, hinc semper cum aliis remediis in forma cruda aut olea eorum destillata, adsumitur. Macis existit carminativa egregia, & Acidum imprimis viscidum attenuat, flatusque præcavet. Usurpantur tam in forma pulveris, quàm oleorum destillatorum internè guttatim; externè etiam nunc ventriculo illita, nunc umbilico contra tormina & stranguriam, quæ, si ex acido novellæ cerevisiæ, vel insuetæ oriatur, ⅋ nucis moschatæ interno usu optimus est: præterea maces humorum vitia, renes & ⊡rias vias affligentia, corrigit, quod manifestum; quia odore suo impregnat ipsam ⊡m, adeoque renes & vesicam à causis occasionalibus læsas, suo modo afficit.

Piper

Duplicis differentiæ est: longum & rotundum; hocque vel altum vel nigrum. Longum potentius est; & inter rotundum præfertur album nigro. Quando hæc succulenta adhuc sunt, deprehenduntur viridia; Quando maturescunt, rubra fiunt, & exsiccata denuò nigrescunt: Si cortex maturè detrahitur, restat album; qui cortex vel sponte discedit, vel aqua ⊖sâ ante exsiccationem maceratus separatur. Album usui Medico commendatur, pollet ⊖e acri moderatè oleoso, sed verè concentrato; hinc propter olei absentiam velut semicausticum evadit, ratione cujus acrioris & volatilis ⊖is observetur, ut pro usu non adeò exactè teratur: quo magis enim pulverisando teritur, eò majorem facit jacturam particularum suarum activarum. Corrigit hinc acidum fixius & potentius primarum viarum; hinc crudum pulverisatum egregium est in Appetitu provocando eorum, qui ructibus acidis vexantur, & ad pathemata hypochondriaca inclinant. Piperis grana cruda vel contusa cum aqua, vel in spiritu inflammabili appropriato, manè assumuntur, quod in febribus intermittentibus est evporiston plebejorum, præmissis præmittendis non contemnendum: grana enim quindecim ad 20. pulverisata, in vehiculo ▽ simplicis vel anisati aliquot horis ante paroxysmum assumpta; imò continuato usu Quartanam quoque curat; si autem tardiùs, aut instante jam paroxysmo assumantur, & ubi æstus ventriculi cum acrimonia ejus concurrit, gravissimè intenditur ardor; minus item est adhibendum, ubi solus vel major æstus urget, potius verò si algor adest, præsertim si aliquis sudor expectatur. Novi juvenem 17. annorum, qui 70. grana piperis leviter contusa pro una dosi ante paroxysmum assumpsit, retinuit, & febris emansit, utut post aliquot ♂♃ ex haustu cerevisiæ secundariæ frigidæ redierit; continuato tamen piperis usu iterum se curavit. Convenit etiam in viscido & Acido primarum viarum corrigendo.

Zingiber.

In apepsiis scilicet, quæ post morbos Chronicos plerumque supersunt, convenit, cùm ægri plerumque congerant cruditates acidas viscidas. Observat Platerus, quendam post quartanam diuturniorem, ex cruditate acida ortam, apepsiâ gravatum hoc ipso pulvere zinziberis usu diuturniori se merè restituisse: Refert idem, Pontificios post jejunii quadragesimalis tempus cruditates, ex piscium esu collectas, optimè hujus pulveris usu corrigere, & nata inde mala avertere.

De *Gentiana* & *Tormentilla infrà*, ubi *de Diaphoreticis*: de *baccis juniperi* (quorum Rob egregium stomachicum est:) *infrà*, ubi *de Diureticis*: de *ligno sassafras* itidem, ubi *de Sudoriferis*.

CARMINATIVA.

Flatuum remedia, erant superius enarrata Imperatoria, Angelica & Levisticum, quæ cognata sunt; Acrior verò est Imperatoria; Temperatiores sunt Angelica & Levisticum, oleo temperato impregnata; De his igitur, ubi de Diaphoreticis.

Radix Imperatoriæ,

Egregiè aromatica, ♁ acre spirat, imprimis intestinorum torminibus humorosis, ab acido viscido natis, & hujus turgescentia genitis flatibus corrigendis, est egregia; cum non ubique reperiatur: loco ejus recipi potest radix *olsnicii*, Oelsnitz-Wurzel / quæ pulveris forma largiori dosi exhibeatur; propter texturam acrem minus oleosam sanè est egregia. Omnia hæc Aromatica meliùs conducunt, si in vehiculo ∼ proprii seu spiritus vini assumantur, quia vis particularum eorundem activarum velut nativo hoc menstruo optimè quasi elicitur, ut commodiùs operari possint.

Semina quatuor calida majora.

Sunt semen *fœniculi*, *anisi*, *cumini*, & *carvi*, quorumvis in ⊖e volatili oleoso quodam blandè temperato consistit: *HELMONTIO* intestinorum solamina dicuntur, quod quasi spasmos & mala dolorosa eorum specificè demulceant, & sic certum est, quod intestinorum malis, ab acido nunc lymphatico nunc viscido enatis, egregiè conducant; hinc etiam contracturas spasmorum blando sensu demulceant, & sic quodvis acidum in-

dum inteſtinorum irritans, temperent & corrigant; unde vel ſimplex Decoctum in vino generoſo, vel eorum ♁ deſtillata, ſunt communia remedia in flatibus & torminibus, herniis, & doloribus inteſtinorum. Semen cumini in ſpecie convenit doloribus inteſtinorum; ſicut Aniſum flatibus; ſemen carvi præter dictos uſus ad lac etiam augmentandum commune, ſed non contemnendum, evporiſton eſt.

Citri & Aurantiorum

Subſtantia cum duplex ſit: cortex probè diſtinguendus eſt à pulpa acida ſucculenta. *Cortex* ad ſtomachica calida ſeu à cauſa frigida, pulpa ad refrigerantia, pertinet, & nidoroſæ cruditati conducit: Cortex eſt ☽e volatili oleoſo inſigniter impregnatus, poteſtque vel ſolâ expreſſione elici, & cum ſaccharo impregnari: ſunt igitur carminativi, hincque ventriculi, cruditate acida laborantis, correctivi. Craſis eorum conſiſtit in oleo aromatico, quod nunc ſimplici expreſſione, nunc deſtillatione, acquiritur: ibi concidantur minutim, facta per linteum expreſſione ſuccus totus oleoſus prolicitus, immediatè ſaccharo excipiendus eſt, quo evadat ♁ ſeu Eleoſaccharum gratiſſimum: Huic ſi affundatur ♈, *eſſentia* citri gratiſſima itidem habetur; Vino generoſo permixtum, vinũ Hippocraticũ ex tempore ſuggerit; Vel juxta alios affundatur corticibus minutim inciſis ♈, abſtrahatur ſæpius, digerendo dein cum recentibus aliis, extrahatur eſſentia, quæ filtrata, & Eleoſaccharo citri antedicto impregnata erit *Elixyr citri* perquam gratum & potens pro ſtomacho & inteſtinis. Oleum deſtillatum acrius eſt, & magis in morbis malignis, quam in affectibus ventriculi adhibetur: eliciunt alii hoc è corticibus recentibus (ut rectè habet *ZWELFFERUS*) è quibus poſt deſtillationem olei, affusâ ▽ putreſactis, ☽ volatile & ∽ urinoſus cum oleo denuò elici poſſunt.

Quod *Cortices aurantiorum* attinet, eorum ♁ acrius eſt, & ☽inis particulis magis impregnatum præ corticibus citri; hinc magis carminativi uſus, & Acido plus minus auſteri & viſcidi, Flatuum parentis, correctivi; Quare in Colica ex Acido auſtero, in ſtranguria ex acido primarum viarum ad vias ⊡rias delato, deſtillata ♁ corticum Aurantiorum & citri ſunt elegantiſſima & egregia remedia. Externè idem oleum cum oleo deſtillato angelicæ vel aniſi ſociatum, & umbilico illitum, Colicæ quoq; & ſtranguriæ ſic convenit.

Præ cœteris huc facit hoc commune ſimplex, reverà tamen nobile

Chamomilla

Vulgaris, & præſtantior, ſed rarior, Chamomilla Romana. Hujus flores & folia egregie conducunt, corrigendo Acidum auſterum ventriculi & inteſtinorum, & hinc natis malis, præſertim doloroſis, tam Cardialgiæ, quam Colicis convulſivis: vim anodynam ſimul ſingularem obtinent, unde fibrarum contracturis blando ſuo attactu medetur. Certe in quibusvis ventriculi & inteſtinorum malis ſinè pari eſt, modò Decoctum ejus cum aqua communi ſolitariè, vel additis corticibus citri & aurantiorum, propinetur. In muliere, Colicâ convulſivâ per ♂ ♂ ♀ pertinaciſſimè laborante, fruſtratis opiatis & appropriatis, ſolo hujus in cereviſia decocti repetito uſu curatam eandem obſervavi. Idcò remedium tam externè forma fotus, quàm internè in doloribus poſt partum, magni ſemper æſtimandum eſt; quicquid etiam alii de Leviſtico & Matricaria dicant. Fundit Chamomilla *oleum ſapphyrinum* cœruleum, idque per ſe, ut color neque vaſis æneis, neque Venereis, poſſit adſcribi, cùm in vitreis æque benè ſuccedat: ejusdem eſt cum HB cruda uſus.

Laurus,

ejus baccæ & folia, coincidunt ferè in vi aromatica cum aliis congeneribus; hinc pariter inter Carminantia numerantur.

Caſtoreum,

Unicum eſt in regno animali, quod Acidum auſterum, primas vias ſubinde miſerè torquens, & flatulentias inde natas, optimè corrigit. Eſt concretum oleoſum aromaticum ſui generis, quod in veſiculis caſtoris membranaceis intra genitalia & anum colliguntur; non enim eſt in hujus teſticulis, quia in fœmellis etiam reperitur, & Anatomia Modernorum detexit, quod penitus ſint diſtincti hi folliculi à teſticulis. Prodeſt in Acido, auſtero imprimis, quod nervis & partibus nervoſis eſt inimicum; cujus texturæ cum ſint ventriculus & inteſtina, hinc in affectibus doloroſis partium harum, item flatuoſis, egregiè confert; pariter ac in paſſione hyſterica, ſuffocatione hypochondriaca, quæ affectus ſunt ſpasmodici, ratione Acidi auſteri excitati. Præparatur eſſentia ejus cum ſpiritu vini probè ♀iſato, aut cum ℞ ♀i, ipſa, quæ fluidis omnibus ſine præcipitatione commiſcibilis eſt: hinc quando in morbis malignis Acidum nervos irritat, ut in variolis cum epilepſia obſervatur, unà cum aliis pro dictis nervorum malis eſt optima. Pro Cardialgia, Colica convulſiva, ſuffocatione hyſterica, &c. ſpecificum eſt; imprimis eadem ℞ cum ſpiritu ☉✳ci vinoſo extrahi poteſt in uſus eosdem, internè & externè.

Pertinet etiam ad hanc Claſſem

Sal Ammoniacum

Noſtrum uſitatum eſt artificiale; Veterum nativum fuit. Convenit vi inciſivâ, quâ potenter pollet, & ſimul abſterſivâ primarum viarum, propinatum à ☽ß ad gr. xv. vel xx. acido ☉is marini vel communis, & Urinoſo volatili ⊡æ & fuliginis, conſtat ☉ſum hoc; unde egregiè incidit, attenuat, & reſolvit; & ſic in apepſia aliisque malis, ex fonte primarum viarum natis, poteſt ſociari cum pulveribus aromaticis, e. g. cum oleis eorum deſtillatis, vel cum pipere, e. g.

℞. ☉✳ci gr. xv l. ☽j.
Spec. dia. ʒ. *piper.* l. *Cubebar.* ☽ß.
M. f. pulvis;
Vel c. *Conf. roſar.* ♁ *lata* f. Bolus.

Pro uſu antifebrili, præmiſſo vomitu, in febribus intermittentibus ante paroxyſmum cum *dimidio lapillorum cancrorum* exhibetur: imò ubi fortiori abſterſione opus eſt, cum *pulvere jalappæ*; ſic ſuaviter ſimul & ſine torminibus purgat: Potens quoque eſt diureticum, ac calculi proventum præcavet; in iſchuria item à cauſa quacumque optimum.

Producta ejus ſunt Flores crocei, qui cum limatura Martis vel hæmatite ♎antur, in febribus intermittentibus optimi. Cum alcali quodam fixo ſapido, ut ☉ibus fixis, vel calce viva; aut inſipido, ut minio, limatura Martis, &c. imbibito ☉is marini acido, ſui juris fit ☉ urinoſum volatile, ac vel ſub forma florum, vel ſpiritus urinoſi, qui alius naturæ eſt à ☉✳o: ſic cum ſulphuris anatica proportione mixtum, ☉✳, hinc additâ ♆, acquiritur ∽ urinoſus flavus; ♎ tamen mox

mox in ▽ ⊽atur. Spiritus autem hi omnes, vel salino-volatiles flores, ad Diaphoretica pertinent, fortiter penetrant corporis intima quævis, destruunt & corrigunt omne acidum peregrinum abundans; transmutant hoc in ⊖sum, & vel per ⊡m, vel sudorem, alteratum eliminant; hinc optimum etiam Nephriticum in calculo præservando audit: resolvit potenter massam sanguineam, eam reddit floridam & tenuem, hinc in inflammationibus partium internarum, à congrumato sanguine ortis, egregium est remedium: febrifugum insuper est, hinc D. *MICHAELIS* spiritum ejus vocavit antiquartium; ubique enim per sudorem operatur: in suffocatione hysterica, colica, &c. internè cum essentia castorei mixtus, aut in mensium defectu cum essentia myrrhæ, optimus est. Externè verò naribus obstructis admotus optimum resolvens est: *GLAUBERUS* hinc instrumento singulari languentes vel deficientes menses excitavit, pudendis hunc applicando. In scorbuticis affectibus cum spiritibus appropriatis mistus, in specie ℞ ♀i acri; aut in malo hypochondriaco Elixyr proprietatis cum hoc paratum, proficua sunt: externè item spiritus hic antipodagricum est insigne, cum spiritu vini camphorato mistus: cum ⊽ foliata ♀i mistus, ac limaturæ Martis affusus, si essentia extrahatur, optimus est in morbis chronicis quibusvis. Spiritus quoque ⊖✳ci acidus, & quidem non, nisi magno labore, præparatur ex capite mortuo ejus, estque concentratior, quàm ∽⊖is communis, præ quo tamen ferè nullam habet prærogativam, nisi quod in auro solvendo præferatur.

Tartarus Vitriolatus

constat ex alcali fixo, cum acido Vitrioli saturato. Optimum præparandi modum habet *TACCHENIUS in Clave Medic. Hippocratica*; abit sic in ⊖ ⊖sum amaricans, egregium pro affectibus ventriculi & intestinorum, insigniter abstergit & temperat ⊖so sapore, & vi nonnihil laxativâ & diureticâ; hinc in morbis chronicis remedium meritò est laudandum.

Ex hactenus dictis & similibus facilè composita selecta fieri possunt. Pro vehiculo autem horum sufficiat ▽ menthæ; hinc in *digestione lasa* ∽ mastichis benè rectificatus est egregius, mistus cum spiritu menthæ: Elixyr etiam proprietatis maximè conducit, mistum cum spiritu cochleariæ, uti & ∽ carminativus de tribus, Chocolata Inda: pulchrè etiam hîc conveniunt species dia-galangæ, stomachicæ *Mynsicht*, &c. quæ si misceantur cum salinis, non sunt inelegantes. Loco pulverum aromaticorum, & aliorum mille stomachicorum, sufficit v.g. sal ammoniacum cum pulvere piperis; vel fiat alius in pluribus casibus egregius, ex *piperis radicis ari* à p.iij, & *Extr. torment.* p.j; æqualis compositionibus aliorum multiformibus. Huc pertinet Elixyr stomachale D. *MICHAELIS*, vel aliud egregium ex herba menthæ, & 4. seminibus calidis majoribus, cum spiritu menthæ extractis, paretur: cui addi potest eleosaccharum citri; Vel

℞. *Elix. menthæ* ℥j.
∽ ⊖*li Philosoph.* ʒij. *M.*
Dosis gult. 40. vel 50.

Item præscribatur talis formula:

℞. *Elix. stomachal. D. Mich.* ʒij.
∽ *mastich.*
cochlear. à ʒj.
M. D. S.
Magen-Elixier 30. biß 40. Tropffen bis in die.

Vel

℞. ∽ *carminat.* ʒij.
est. absinth.
menth. à ʒj.
M. D. S.
Magen-Essentz.

Interdum etiam fiunt vina medicata ex aromaticis, v.g. absinthio, mentha, radice gentianæ & acori veri; quibus de mace, vel zinzibere aliquid potest addi.

In *apepsia senum* medicamenta ambrata sunt optima, vel in forma sicca autliquida usurpata.

Quoad *eruditatem acidam* in specie, conveniunt in hac, præter aromatica volatilia, stomachica calida dicta, hactenus recensita, absinthium, & omnia ex ipso parata, ut vinum absinthites, essentia, &c. spiritus & essentia menthæ; aut cochleatim, quando hæ essentiæ sunt debiles, dando cochlear parvum pro una vice; aut guttatim, quando sunt spirituosæ, item aqua vitæ Malthioli, ∽ antiscorbuticus, essentia ligni sassafras cinnamomisata, & similia, quæ acorem temperant; item spiritus carminativus. Electuarii loco sufficiat radix zingiberis in India condita; Vel

℞. *Rob baccarum juniperi*: imprægnetur *pulvere zinziberis* aut *macis*, addito pauco *saccharo*, ad imitationem Paracelsi in stomachi malis perquam conveniens.

Sin acidum nimium, conveniunt ⊖ia alcalia, quæ acidum absorbent, ut ⊖ absinthii, carduibenedicti, ♀i, lapilli crancrorum, cretæ, corallia, C. C. ustum, ∽ cornu cervi, ∽ ⊖✳ci, & similia alcalia volatilia.

Pro usu externo Emplastrum ex *tacamah.* p. iij. cum *balsami Peruv.* p.j. ,malaxat. cum *oleo* quodam destillato, v.g. *baccarum juniperi*, *macis*, *caryophyllorum*, &c. pro ventriculi aut umbilici regionibus, in malis dolorosis & frigidis, efficax est; sicut *Balsamus stomachalis TIMÆI* von Gülden Klee/ cujus descriptio hæc:

℞. *Balf. Peruv.* ℥ß.
℘ *expr. nuc. mosch.* ʒiij.
Dat. ligni rhod. gutt. ix.
caryoph. gutt. v.
cinnam. gutt. iij.
M. pro Balsamo, D. S.
Eusserlicher Magen-Balsam/

qui competit, quando ægri sentiunt frigus in stomacho. Loco hujus Balsami ℘ nucis moschatæ expressum cum oleo destillato corticum aurantiorum, & macis mistum, constituit Balsamum æque præstans, aliorum compositiones; Vel

℞. *Theriac.*
Balf. Peruv. à p. æqu.
Misc. cum oleo aliquo destillato.

NB: Quando hujusmodi Balsamis inungitur ventriculus, tunc post inunctionem tegatur ventriculus linteaminibus, aut mit einem Wärmestein/ calefactis; & hoc observetur in omnibus externis applicandis, & est *HELMONTII* modus.

Flatus per similia stomachica calida, quæ fermentationem vitiosam corrigere, acidum temperare, & natos jam Flatus discutere ac resolvere possunt, curari, suprà dictum: unde eminent semina 4. calida majora, quæ infusa in vinum leniter ebulliant, & ita vinum colatum assumptum contra flatus optimè prodest: radix helenii egregium est, decocta cum absinthio & cortic. aurantiorum in vino vel aqua quædam appropriata; vel ex his parata Essentia cum spiritu menthæ: *FORESTUS* in stomachi inflatione, & dolore ejus intolerabili ex esu ciborum

flatulentorum & potu musti tale habet experimentum: decoxit chamomillam Romanam & vulgarem minutim concisam, adjecto pauco semine anisi & carvi in cerevisia; hoc decoctum cùm bibisset, copiosos flatus per superiora & inferiora æger emisit, & ita integer curatus fuit. Huc etiam angelica & zedoaria pertinent. Conveniunt aliàs optimè ex carminantibus suprà dictis destillata ♁a, item spiritus anisi, & ex ⊖inis volatilibus oleosis simplicibus carminantibus paratæ misturæ: v. g.

℞. ▽ *menthæ*
fœnic. à ℥jß.
carminat. usit. ℥j.
∽ *anisi*
ess. cort. aurant. à ʒiij.
♁ *destillat. macis* gtt. v.
syr. cort. aurant. ℥vj.
M. f. Potio cochleatim haurienda.

Porrò ex castorio & asa fœtida parata remedia, item ex myrrha atque ex Theriaca contra flatus sunt egregia: reliquis tamen præferuntur ∽ nitri, acidus licet, & nitrata, figendo erumpentes ∽ flatuosos, & impediendo fermentationis & effervescentiæ motum, imprimis ∽ nitri per ♈, aut loco ejus cum spiritu anisi vel chamomillæ per fermentationem dulcificatus & temperatus, nobisque sic magis appropriatus redditus: spiritus quoque carminativus ex nitro & tartaro per retortam tubulatam in receptaculum, cui debita quantitas ♈ infusa, destillatus, & omnis ∽ ♃i volatilis, egregii sunt contra flatus. Sit adhuc alia formula:

℞. ▽ *flor. chamomill.*
anisi à ℥ j.
cinnam. ℥j.
∽ *zedoar.* ℥ß.
☉ *dulc.* ℥ij.
♁ *destillat. anisi* gutt. vj.
laud. opiat. gr. ij.
syr. rad. enuclæ ℥j.
M. f. Potio,
haurienda cochleatim in colica flatulenta.

In nimia & contumacissima mucilagine optimus est ∽ asthmaticus, vel solus vel mistus, ut

℞. *Elix. stomachal. D. Michaël.* ʒj.
∽ *asthmat.* ʒß. l. ♁ij. M.

Dosis guttæ xx. l. xxx. est egregium optimumque remedium.

Externè conducit ⟨?⟩ succini, tanquam efficacissimum sedans flatus.

STOMACHICA FRIGIDA.

Stomachica Frigida, & *Cruditati nidorosæ* cum symptomatibus inde natis *opposita*, ferè in morbis acutis, cum febribus, conjunctis, contra æstum eorum & sitim insuper plus minus locum habent. Sunt verò hæc acida blanda plus minus, ex regno tàm vegetabili quàm minerali. *Cruditas ergò nidorosa*, quæ acidæ opponitur, est ingestorum alimentorum in ventriculo ex defectu fermenti digestivi corruptela putredinosa, plus minus inchoata, plus minus perfecta. Nam sicut ingesta alterantur à fermento, & ab omni putrefactione præservantur; sic si in ventriculo, tanquam in subjecto calido & humido, spontè ad putredinem tendant, fatiscente concreto acido nunc in insipidum dulce; nunc ex dulci amarescens, pro corruptarum rerum varietate, degenerant; in specie & præsertim in febribus continuis, in quibus ingesta pleraque, præsertim carnosa, defectu fermenti digestivi, cruditatem nidorosam incurrunt; unde sitis & æstus, si non intenditur, saltem stomachi symptomata multum aggravantur: utut enim totum corpus incalescat, circa tamen præcordia ægri de æstu interno, imprimis molesto, conqueruntur, qui ratione spirituum & sanguinis stomacho præternaturalis. Hæ molestiæ in cruditate nidorosa intenduntur, ut inde ægri se pessimè habeant. Quibus malis igitur ut medeamur, occurrunt stomachica, in quibus, præmissis universalibus, acida, stomachum Refrigerantia dicta, excellunt, imprimis vegetabilium, ut succus cydoniorum, eorumq; syrupus, succus berberum, ribium, citri, rubi idæi, granatorum acidorum, &c. & his alii compares; item spiritus mastichis acidus; ex mineralibus verò nitrum, & quælibet ♁ata, hinc ∽ ⊖is, vitrioli, ♃is, &c. & cum his præparatum Elixyr proprietatis, arcanum duplicatum, & similia.

Quoad acida vegetabilium, in horum succis distinguendæ sunt binæ substantiæ:

1. Liquor continens, insigniter acidus.
2. Contentum terreum, insigniter urinosum.

Quæ duo sibi relicta, fermentando tàm potus vinosos, quàm ritè parata succũ nobis suppetunt purè acidum, contra cruditates nidorosas ejusq; symptomata egregium, qui cùm sit adeò acidus & veluti concentratus, ut nequeat contentis corporis nostri sine horũ vel coagulatione, vel acidi volatilis fixatione, assimilari, effectum refrigerantem post se relinquit. Conditiuntur hi succi cum sulphure, ut dicit *HELMONTIUS*; modum tamẽ reticuit. Sincerior fuit in hocce *CNOFFELIUS Tract. eleganti de methodo medendi Febres Epidemicas*, qui eum ita proposuit: *Capiatur lagena seu vas, cui succus infundi debet, & fumo ♃is incensi probè impregnetur, hinc confertim succus acidus infundatur, reliquo aliquo spatio vacuo, agitentur probè, ut se invicem penetrent: hinc vacuum spatium deuno fumo tædæ ♃is accensæ impleatur, & vesica duplicata vel triplicata optimè firmetur; sic post tempus aliquod contentum feculentum observatur, succus purissimus acidus in superficie innatans separandus filtro, & pro asservatione ulteriori ♃is fumo de novo condiendus est, & impregnandus.* Succi hi egregii sunt in dictis ventriculi morbis, & optima constituunt Juleporum ingredientia:

℞. igitur ▽ *simpl.* ℔ß ad ℔ j.
misceatur cum
succ. cerasor. l. *cydonior.* ℥ij. ad iij.
addendo
syrup. flor. papav. errat. parum.
f. Julepus gratissimi saporis.

Conveniunt quoq; acida hæc in genere in morbis dictis, subinde tamen eorum selectus aliquis habendus quoq; est: si enim in cruditate nidorosa, vel cum febre acuta conjuncta, adsit fluor alvi, convenit succus cydoniorum, qui tonum ventriculi & intestinorum egregiè firmat & roborat; ubi autem vis corroborativa intenditur, sumatur succus rubi idæi, qui, nescio quale, aroma spirat, & reverà analepticus est: si malignitatis suspicio adest, succus citri usurpabitur; ubi autem simplex tantummodò operatio requiritur, succi cerasorum nigrorum vel ribium assumantur.

Dictum autem non sine causa, separationem contenti à continente instituendam esse; si enim duo hæc promiscuè ingerantur, ut in succis saccharo conditis, vel oleo communi olivarum, &c. superfusis, & sic asservatis, ea sui fermentatione non leves sæpè turbas circa primas vias excitant; id quod etiam de syrupis paratis ex his succis recentibus cum saccharo intelligendum, quorum dosis major nocentissima subinde est; propter fermentationem & alterationem, quam vel ipsi subeunt, vel propter noxam,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0332-6 DFG

noxam, quam inde corporis contentis affricant; quæ omnia ruptio vasorum inde orta confirmat.

His potentiora sunt acida mineralia, insigniter figentia, & contenta corporis non parum coagulantia. Plura equidem sunt: certus tamen quoque horum selectus est instituendus. Præ cæteris ventriculo gratissimus est ~ ⊖is; unde ubi magis ventriculo succurrere, aut usum diureticum intendere volumus, ⊖is ~ aut simplex, aut concentratus magis, ~ vitrioli Philosophicus aliàs dictus, convenit; si effervescentiam febrilem compescere velimus, ~ vitrioli seligatur; si notabili simul diaphoreseos effectu op° sit, ~ ♀i sumatur, cujus mira vis in auctis diaphoretica, & quoad usum Practicum, nō leviter differt à spiritu vitrioli; quod si æstus intendatur, seu usus figendi acidū volatile oleosum, ~ nitri, & quælibet ☉ata, imprimis nitrum ♁atum, conveniunt. Monendū autem, rarò his ipsis mineralium acidis puris utendum esse, quia nimis sunt graduata seu alterativa; melius igitur est, si dulcificentur, & sic suo modo temperentur per ♈. Nempe universalis est cautela in Praxi, ut temperatis, quantum possibile, utamur, cùm omnia in corpore nostro sint temperata; his enim intemperatè usurpatis mutatio oritur insignis, ut facilè ab uno extremo ad alterum excessus fieri possit: utendum igitur iisdem probè cum aqueo vehiculo dilutis, aut cum spiritu vini dulcificatis, quibus etiam certo modo annumerandum Elixyr proprietatis. Pertinent ad hæc, præter ☉ ♁atum, etiam arcanum duplicatum, egregiè ⊖sum remedium, ex acido vitrioli & alcalisato nitro, quæ invicem coëunt sub ♏atione ~ nitri in ⊖sum tertium, prosapiæ nec expressè vitriolicæ, nec nitrosæ, sed concretum sui generis ⊖sum est, quod in acutis morbis, vel cruditatibus nidorosis corrigendis, hincq; dependentib° symptomatibus mitigandis, est egregium. Observatur aliàs, quod etiam verum est, idem etiam ægros agrypnos ad somnum disponere; suspicio hinc oritur, annon ☉ alcolisatum sub △ tortura egerit in ♃ vitrioli, & ejus aliquantulum sibi associaverit, indeque vis anodyna & sudorifera emanserit? quod pro ulteriori scrutinio relinquendum.

Stomachia hactenus dicta, tàm calida quàm frigida, succis etiam, bilioso & pancreatico, vitiosè constitutis corrigendis inserviunt. Nam ab his succis vitiatis vitiosè separatur à fecibus alvinis chylus, qui ab eorum vitio, imprimis à bile, inquinatus & depravatus, similiter massam sanguineam, & tandem totum corpus, inficiet & inquinabit. Jam verò, dum vitiati hi succi vitiosè concurrunt, ac vitiosas effervescentias, aut inter se mutuò, aut etiam cum chylo, imprimis si hic nimis acidus, nec ritè volatilisatus fuerit, ut in hypochondriacis contingit, inducunt, varia symptomata abdominis, v.g. phlogoses & excandescentiæ, oriuntur, ubi bilis nimis vitiosa & vitiata fuerit; dolores, algores seu frigus in lumbis, lancinationes & rosiones abdominis, dolores prope spinam dorsi, ubi succus pancreaticus aut nimis acidus, aut nimis austerus, aut nimis aquosus, aut alio modo vitiatus fuerit: imò ex vitiosa ista effervescentia orti flatus, rugitus, murmura, ruct°, borborygmos, & similia quamplurima abdominis symptomata inducunt; qualia v.g. in hypochondriacis, item in diarrhæis, &c. sunt obviæ: similiter cachexiæ, icteri cujuscunq; species, si non ex stomacho, quod rariùs fit, utplurimum ex vitiatis his duobus succis, vitiosam cum chylo effervescentiam, & præternaturalem secum separationem constituentibus, radicaliter oriuntur. Dum enim in iracundis, in territis, &c. varia abdominis symptomata, dolores, æstuationes, diarrhææ & similia symptomata contingere solent, oriri hæc ipsa videntur ex vitiosa effervescentia horum duorum succorum, per animi motus, indeque sanguinis vitiata fermentatione, præternaturaliter constitutorum, & vitiosè ex suis ductibus dejectorum.

Ut ergò coërceantur hæc symptomata, & rectificentur vitiosæ hæ effervescentiæ, imprimis attendendum est, quinam horum succorum primariò peccet? Ubi enim vitium est in bile, vel deficiente, ibi propinanda ⊖ia volatilia, v.g. ~ ⊖ ✱ ci. C.C., ⊖ia volatilia, item aromatica, essentia absinthii, centaurii minoris, & similia; ubi verò vitium est in bile nimis acri & ⊖ina, aut nimis oleosa, aut nimis copiosa, tunc conveniunt acida blanda, v.g. spiritus vitrioli, ⊖is, nitri dulces, &c; hi ipsi enim bilem ♈ant aut corrigunt; aut succi vegetabilium, citri, ribium, &c.

Ubi vitium est in succo pancreatico, vel minus sapido, aut non acido, vel debili aut pauco, tunc subtilia acida, ut sp. nitri dulcis, succus cydoniorum & similia conducunt; ubi verò, quod frequentiùs accidit, vitiū est in eodem succo, aut nimis acido, aut nimis copioso, aut nimis austero, tunc conveniunt vel aromatica seu volatilia oleosa, vel conveniunt alcalia & terrea, quæ acidum istud absorbent & ♈ant, v.g. castoreum, galanga, zedoaria, ~ ⊖ ✱ ci, ☌a aromatum destillata, macis, caryophillorum, ♈ & similia: itē salia fixa, centaurii minoris, absinthii, ♀i, ⊖ia volatilia ⊡æ, C.C: it. creta, corallia, lapilli ♋orū, ♁ diaphoreticū, &c.

Verùm cùm sæpius tam complicata symptomatum sit syndrome, & etiam tàm singularia horum succorū vitia & corruptiones, ut vix artificiosâ conjecturâ Medicus cognosci possit, quodnā primarium vitium? ob id talia, quæ in genere hos succos vitiatos, eorūq; vitiosas fermentationes corrigere valent, & quæ universaliter ferè horum vitia corrrigunt, in promptu esse debent, qualia sunt ⊖sa temperata, arcanum duplicatum *Mynsicht*, ~ carminativus; item spiritus anticolic°, seu sp. nitri dulcis cum duplo aut triplo ~ anisi junctus, & in specie opiata: nā hæc ☉piata quascunque vitiosas effervescentias, ac præternaturalem eorum statum, felicitet sistunt & tollunt, imprimis si appropriatis permista fuerint. Imprimis conducunt hîc misturæ ad imitationem *STLVII* conscriptæ, v.g.

℞. ▽ *mentha*
cherefol.
carminat. à ℥j.
cinnam. ʒvj.
✠ *rutac.* l. ✱ ℥j.
lapill. ♋ *ppt.* ℥j.
♁ij *diaphor.* ℈j.
laud. op. gr. iij.
syr. scelotyrb. Fer. ʒvj.
M. D. S.

Mixtur wol umbzurütteln.

Dosis cochlear. aliquot subinde hausta. Vel

℞. ▽ *Endiv.*
mentha
card. bened. à ℥j.
✱ ʒvj.
lapill. ♋ *prep.* ʒß.
♁ij *diaphor.* gr. xv.
~ ☉is *dulc.* ℈j.
syr. cort. aurant. ℥ß. l. ʒvj. M.

Usurpetur cochleatim.

Convenit etiam in talibus casibus mixtura simplex, v.g.

℞. ▽ *mentha*
fumar.
hyssopi à ℥j.
Mixt. simpl. ℥j.
laud. opiat. gr. iij.
syr. scelotyrb. Fer. ℥j.

Misc. pro aliquot dosibus, S.
Mixtur wol umbzurütteln.

Item:

℞. ▽ *menth.*
antiscorb.compos.Dornev. à ℥jß.
℞ *Bezoard.* ℥j.
lapill. ♋ *præp.* ℥ß.
♂ *ij diaphor.* gr. xv.
laud. opiat. gr. jv.
succi cydonior.
syr. acetos. citri à ℥ß. M.

Hæ misturæ conveniunt in dubio statu, quando nescimus, quinam succorum peccet?

APERIENTIA.

Offerunt se jam alterantia, quæ aliàs mesenterio, hepati, lieniq́ue dicata sunt, & imprimis horum visceum obstructiones aperire, & inde natos chronicos morbos curare dicuntur. Latissimus hic campus aperientium, abstergentium, & viscera reserantium remediorum se offert, qui succrevit ex falsa hypothesi, quod morbi chronici, febres intermittentes, hydropes, cachexiæ, icteri, hypochondriaci affectus, scorbutus, &c. oriantur simpliciter ex obstructione mesenterii vasorum, vel si gravius sit malum, ex obstructionibus epatis aut lienis prorsus fiant. Hinc apud multos antiquiores, imò modernos etiam Practicos, magna observantur tentamina; falsum tamen id est, de quibus *in Pathologicis c.2.* ubi de morbis conformationis monui, eos non oriri ab obstructionibus, aut si hæ adsint, subinde eas non esse causam, sed aut productum morbosum superveniens, aut accidens, quod morbum quasi aggravat, occasionem tamen & fomitem morbo non suggerere. Oriuntur enim simpliciter à viscido, glutinoso seu pituitoso ☿o; (vocet quis ut lubet) sic enim vel canales obturans, vel orificiola oblinens & *infarciens*, obstructiones rariores, easq́ue nec adeò frequentes, excitat. Hinc aperientia vulgò dicta simpliciter erunt Attenuantia, Resolventia, & omnia jam suprà enarrata; verbo: remedia illa ratione particularum ⊖inarum operativa, quæ particulis rigidis, penetrantibus, parvorum gladiolorum aut cuneorum instar fodicantibus, & viscida firmiter cohærentia discerpentibus, constant; adeoque interdum obstructionum aperitiva præsentanea sunt. Salia & ⊖ina hæc nunc sunt *macra* seu *acria*, nunc *oleosa* seu plus minus temperata: Illa sunt vel salsa, ut ☿⊕latus, ⊖✳; vel acida, ut ∼⊖is; vel urinosa, ut ⊖ volatile C. C: Temperata, seu plus minus oleosa, sunt omnia aromatica, & quo magis sunt vel macra vel acria (adeoque vulgò dicta calida) eò magis aperitiva, & glutinosi incisiva. Hinc gummata, & piper, sinapi, arum, centaurium minus, nec non purgantia quævis, præsertim acriora, simul sunt attenuantia & aperitiva, de quibus partim *dictum*, partim *infrà pluribus de morbis conformationis* dicetur. Hoc loco quædam adhuc de *gummatibus* dicenda.

Hæc autem sunt vel resinosa, vel mucilaginosa: Illa sunt ferulacea imprimis, ut gummi ammoniacum, galbanum, sagapenum, opopanax; Hæc verò gummi Arabicum, ceraforum, vel quæ ex arboribus nostris destillant. Resinosa imprimis sunt aperitiva, & constant duplici substantiâ; corticali quasi & medullari: Illa est simplex mucilago; hæc resina acris, plus minus amara & penetrativa. Separantur facilè simplici, post solutionem in ▽ communi, mediante blando igne digestione: vid. *ANGELUS SALA in Præparat. Essentiar. vegetabilium.* Gummatum mucilaginosorum substantia est temperata, lenit aspera, temperat acria, & est pro scopo aperitivo & incisivo penitus inefficax; quin eodem modo ac gummi Arabicum pro temperando acido, pro oblinendis faucibus, & promovenda expectoratione, usurpari potest: contrà resinosa acria potenter sunt incisiva, attenuantia, & glutinosi muci dissolutiva; cujus ratione præsertim gummi ammoniacum, galbanum, &c. interno usu in morbis chronicis egregia sunt, pro viscido corrigendo & dissolvendo. Potest hæc gummi ammoniaci & aliorum substantia seorsim haberi & extrahi mediante ▽ ☿i sato, seu Tinctura ☿i acri, pro ℞ insigniter aperitiva: unde quidam *Elixyr cachecticũ* parant ex gummi ammoniaco, aloë, myrrha, croco, colocynthide, &c. quod ritè paratum egregium est in cachexiis. Potest enim gummi ammoniacum simpliciter usurpari in substantia, dissolutum in menstruo aqueo-acidulo cum vino vel aceto. In usum internum vocare soleo potionem, cujus basis est gummi ammoniacum, laxat sic quippe, & viscida in primis viis hærentia educit; sed nauseosi saporis est; scilicet

℞. ▽ *mentha* ℥j.
g. ✳*ci in* ✝ *sol.* ℈j. ad ℥j.
☿*i* ⊕*lat. l.* ⊖✳*ci gr.* viij. ad ℈ß.
scamm. præpar. gr. iij.
Extr. troch alhand. gr. j.
syr. qualemcunque pro lubitu, M.

Mistura est egregia & satis efficax pro viscidis, acidis & glutinosis, præsertim pertinacibus, ex cruditate primarum viarum, inde ortis flatibus incarceratis; sicut pro eodem scopo G. ammoniacum in pectoris affectibus egregium est, ubi opus est eliminare è pulmonibus cruditates viscidas, ac difficultatem respirandi sublevare à ℥ß. ad ℥j; laxat simul, & viscidum sensibiliter evacuat.

Dum autem suprà in Pathologicis l.a. hypothesis illa, quæ ab obstructionibus mesenterii, lienis & epatis, morbos chronicos derivat, à me rejecta, eorumq́; origo ex triplici vitio, digestionis primæ, vitio bilis, & acido viscido, derivata fuerit, horum cura jam brevibus subjungenda. Ratione prioris ad corrigendum acidum, in usu sunt acidum absorbentia, inter quæ eminet Mars, morborum chronicorum potentissimus debellator, malè aperitivus dictus, quia semper operatur absorbendo acidum; post hunc ⊖ina; hinc alia absorbentia, nunc terrea, nunc alcalina, quæ acidum quodvis primarum viarum absorbent. Præter hæc autem semper unà observanda ea veniunt, quæ acidum specifici saporis corrigunt, v.g. dum absinthium, carduus benedictus, centaurium minus, &c. corrigunt acidum tertianæ febris specificum; folia & radix asari, radix gentianæ, cortex Peruvianus, China Chinæ dictus, quartanæ acidum specificum; chelidonium majus, taraxacon, lapides ex cystide fellea vel ventriculis animalium desumpti, in ictero acidum bilis specificum; vel salia volatilia acria in cochlearia, raphano rusticano, nasturtio, &c. specificum acidum scorbuti sapore emendant. Hæc, ultra ista generalia, in specie observanda sunt, non ut aperientia, sed acidi peccantis specifici correctiva. Ratione posterioris, quæ vitia bilis emendant, aperientia, sunt omnia Epatica dicta & amara, plus minus aromatica, amaricantia plus minus acria, ad vitia bilis vim suam extendentia. Ratione tertii, viscidi, omnia gummata, aliàs aperientia seu incidentia dicta, conducunt, de quibus jam jam *suprà dictum.*

Ex his autem pro scopo nostro in Therapeutica generali considerabimus saltem in genere aperientia dicta, acidum primarum viarum absorbentia

(1) Hypo-

(1) Hypochondriaca,
(2) Hepatica,
& tandem
(3) Scorbutica.

HYPOCHONDRIACA.

Hypochondriaca igitur, seu quæ in hypochondriis vasa meseraica reserare, aut tartarum dissolvere dicuntur, sunt ♂, ♄, corallia, tandem ♋rina in forma sicca, & his cognata marina, & alla alcalia, acidorum in genere absorbentia; & præter eorum usum, volatilia, imprimis tartarea, tàm ♀i simplex, quàm compositus clyssiformis, carminativus, sunt egregia.

Mars

Horum antesignanus est, & tàm aperiendo, quàm absorbendo operatur, estque concretum terreum, utut de ♃e acido & Mercurio urinoso primariò participet. Dominatur tamen in eo substantia terrea, quorumcunque acidorum absorptiva, cujus ratione ♂ in suo concreto simpliciter adstringit & stypticus est; per se enim semper adstringit, per accidens autem absorbendo acidum primarum viarum, aperire dicitur. Nempe quando observatur acidum peccans circa primas vias, occasione hujus fibræ membranarum irritatæ stringunt se, indeque ægri, quasi cincta essent hypochondria, sensum talis angustiæ percipiunt; dum acidum hoc absorbet ♂, laxantur fibræ, tonus partium debitus redit, & quasi apertio facta esse videtur ægris: unde cùm plerumque tales ægri sint adstrictioris alvi, usu horum laxantur, & excrementa fluidiora atque facilioris excretionis observantur: item cùm sexus sequior hisce malis affectus sæpius mensium defectum patitur, Mars acidum coagulans absorbens fermentationem debitam restituit sanguini, & sic venæ uteri ac menstrua vasa denuò reserantur & fluunt debito modo, hinc ex phænomenis istis ♂ aperire dicitur. Pro acidi igitur, quod absorbet, varietate, ejusdemque pro partium vel solidarum vel fluidarum contentarum diversitate, varii sunt Martis effectus, ut nunc aperire, nunc obstruere, dicatur: v.g. ℞ vitrioli Martis Zwelfferi in tenerioribus menses reserat; quâ tamen in nimio quoque mensium fluxu feliciter usus fui: in robustioribus item liquor ♀æ Martis ☉aris potenter movet menses; quo tamen etiam itidem usus fui pro iisdem sistendis in aliis subjectis. Nempe prout acidum variat, & massam sanguineam magis minusque affligit, ejusque crasin vitiando, & ad spissitudinem disponendo, vel prout venas uterinas plus minus rodendo afficit, inde diversi effectus supervenire vocantur.

Ex hoc solo puncto, quod ♂ (1) per se adstringat, & (2) acidum primarum viarum, fibras stringens, absorbeat, omne id, quod in morbis chronicis exserit, simpliciter ei adscribendum & à modo absorbendi derivandum venit. Ostendunt hoc acidulæ ex Martialibus paratæ, quæ ratione acidi, reverà nonnihil volatilis spirituosi, incidunt & aperiunt, ratione Martis verò fixioris acidum primarum viarum absorbent & corrigunt.

Quoad Martialium usum, & Præparata ejus pro malis chronicis ritè adhibenda, ad hæc attendendũ:

(1) Ne nimis saturentur ab acidis extra corpus; isto enim fit, ut eadem minus intra corpus absorbere valeant, & hinc inde in ventriculo & intestinis hærendo, instar calcis mortuæ jaceant.

(2) Habeatur ratio texturæ ventriculi in ægro, quæ nunc sensibilior & magis delicata, nunc firmior, robustior, & minus sensibilis est.

In illis ex subtili fibrarum textura minus in substantia, sed potiùs, quantum possibile, in minima sui redacta propinentur; In his verò, ubi fibræ densiores, robustiores aut duriores quasi sunt, etiam in consistentia paulò crassiori propinari possunt. In prioribus enim subtilibus, non rarò à Martialibus vitriolicis durioribus, dolores, tumores ventriculi gravativi, apepsiæ, cardialgiæ, &c. supervenire solent; in posterioribus verò post eorum usum nullum tale est periculum.

Quoad Præparata, pro aperiendi scopo, h.e. absorbendis acidis, si forma liquida (quam semper præfero) placeat, ex pluribus Essentiis, *Tincturis*, *Solutionibus*, &c. sufficiat liquor Martis ☉aris, tanquam ⊕ Martis purius, cum aliquali motu corporis, debita dosi sumendus; aut ℞ seu Essentia Martis, cum succo pomorum Borsdorffianorum præparata, exhalante phlegmate ex parte, ne situm contrahat, aut facilè corrumpi possit; aut in tenerioribus ℞ vitrioli Martis Zwelfferi, cùm magis tartarea, quàm Martialis sit; vel fiat *syrupus Martialis* ♀*isatus:*

℞. *limat.* ♂*is* ℔ j.
♀*i* ℔ iiß ad ℔ iij.

Affundatur ▽ copiosa, coquantur invicem continuò per 12 l. ultra horas, & acquiritur sic solutio nigricans spissa, instar syrupi, pro usu dicta asservanda.

Aut fiat *Tinctura Martis* ♀*isata*, ex vitriolo Martis & cremore tartari, ad modum *LUDOVICI in M. N. C. Ann. 3. Observa. 250. pag. 454. & Pharmac. pag. 528. Vitriolum Martis & cremor* ♀*i* trita affusione ▽*æ simplicis* coquuntur ad mellis consistentiam, quæ si refrigescant, in lapideam quasi consistentiam facilè pulverisabilem abeunt: antequam verò refrigescendo abeant in consistentiam duram, ▽ affundatur, & calore blando eliciatur & solvatur istud concretum in consistentiam Essentiæ Martialis, quam præfert *LUDOVICI* Zwelfferi ℞æ Vitrioli Martis, quæ ℞ Martis tartarea à ʒß. ad ʒj. potest adhiberi in quibusvis morbis chronicis, tartareis remediis opus habentibus.

In solida autem forma pro robustioribus limatura exactè pulverisata, & trita in porphyride irrorata cum oleo destillato appropriato, ne facilè alterari, & ab humiditate ♃is possit tàm citò in rubiginem converti. Aut fiat *sal Martis compositum:*

℞. ♀*æ fol.* ♀*i* p. ij.
⊕*li* ♂*is* p. j.

Probè invicem terantur: sub tritura rubescunt, & simul liquescunt, exsiccentur inde in loco calido, & denuò pulverisentur, habetur ♄ rubicundus egregii usus.

Loco ejus etiam potest recipi ⊖♀ *in* ☿*o resolutum*, vel *acetum destillatum* ⊖♀*i impregnatum* & saturatum, quo *limatura Martis* irrorata, subinde agitetur, donec in pulverem croceum redacta fuerint, & habebitur pro morbis chronicis remedium egregium, quod ipsum *Cnöffelii* est *Pulvis cachecticus*. Ex tempore fit alius ex *vitriolo Martis* probè depurato, blandâ calcinatione ad rubedinem redacto, qui ♄ *aperitivus* & adstrictivus est, pro varietate morborum, in quibus adhibetur.

Sequitur

Saturnus,

aliàs communiter spleni dicatus, quo fundamento verò, hariolari non licet; qui quælibet acida, præsertim fixa, plus minus manifesta, absorbet, iisdem se associat, unde concretum dulce, & quasi urinosum,

nosum, emergit. Vis ergò ejus tota est quorundam acidorum absorptiva, quo ipso præfertur adhuc Marti, cùm Martialia acida tantùm fixa; Saturnina verò acida quælibet etiam subtilissima, sibi affigant. In usu Medico potissimùm est ipsius saccharum seu sal vitriolicum, ex combinatione particularum acidarum ℞ti cum ℍinis enatum, sed hoc, tanquam urinosum concretum subinde nimis figit acida corporis, & sic vel palliatur tantùm morbus, vel in recidivam ejusdem, si non atrociorem degenerat. Tutius & magis efficax est *magisterium*, ex eodem Saturno, in aceto destillato soluto, sed cum spiritu urinoso ♒ato; & *emergit pulvis candidus elegans, & præ aliis remediis* ℍinis in *forma sicca satis conveniens*. In liquida forma paratur ℞ *antiphthisica* ex *saccharo* ℍni & *vitriolo Martis*, quæ ipsa maximam partem ℍina est, dulcis, & nonnihil adstringens, cùm invertatur sapor plus minus austerus, & post ♒ationem in primis viis factam, acidum plus minus corrigat & absorbeat.

Corallia.

vi ♒atoriâ, ut dicunt, vel acidorum absorptivâ. & egregiè inversoriâ constant, Hypochondriacis & similibus, in quibus acida manifestiora peccant, imprimis convenientia. In hoc concreto ad 2. respiciendum est:

(1) ad texturam terream quasi alcalinam, &
(2) ad sociatam seu junctam ℞m rubicundam.

Quoad concretum terreum, hoc ipsum insigniter solet imbibere quælibet acida, plus minus manifesta, & hoc ipso convenit frequenti usu in malo hypochondriaco, febribus intermittentibus, dysenteria, nimio mensium fluxu, gonorrhæa, exæstuationibus corporis, phlogosi, scorbuticis perquam familiaribus, palpitatione cordis, in epilepsia infantum, quæ oritur à retento meconio, aut similibus, ab acido plus minus differenti natis, cujus absorptum remedium corallia existunt.

Quoad substantiam rubicundam tingentem, ei singulares tribuuntur effectus, & celebris est in purificando sanguine. Sanguis in se quidem purissimus est, cui nihil heterogenei potest commisceri, aut si quid vitiosi intertexitur, vel est ab inspiratis vitiosis, ut in contagiis, vel ab assumptis vitiosis, vel etiam in primis viis degenerantibus. Corrigit igitur vitiosa fermenta, sapores & alternationes præternaturales contentorum in primis viis, à quibus sanguinis textura plus minus vitiatur, ejusq; crasis & fermentatio pervertitur: dicunt itè vi diaphoreticâ eundem ventilare, contra hæmorrhoides, morbos malignos, syncopen, &c. mirè convenire, item contra scorbutum & icterum valere.

Quæstio hinc oritur, cujus naturæ sit ℞ coralliorum hæc rubicuda? ordinariè dicunt esse naturæ ☉atis, seu de ☉is ♃e immaturo & embryonato participare. Verùm assertum hoc nec à priori, nec ab experientia aut posteriori confirmari potest: unde arbitror, potiùs esse naturæ Martialis, & suo modo de natura, substantia, & particulis Martialibus ♃eis participare, cùm ipsum concretũ & ℞æ inde paratæ effectus, cum Marte conspirent manifestiùs, quàm præcisè cum sole, & ☉arib. remediis. *Quæ arte ex corallis paranda* veniat *Tinctura*, cùm multi de hac soleant gloriari, dubia quædam proponuntur; ne iisdem tàm facilè decipiamur, quæ hinc inde exstant, Tincturis.

(1) reverà concretum durissimum est, & firmioris texturæ, unde arduum & difficile est separarare substantiam aut particulas tingentes à suo concreto; nam ututsolvatur in particulas minutas, hæc sunt integrales totius, nec pertinent ad essentialem ejus naturam.
(2) Tinctura est paucissima, adeoq; in ℔ j. corallio-rum vix ℞æ ʒß est; unde ℥ coralliorum minus rubet, sed magis ad albedinem inclinat.
(3) Tincturæ, quæ ordinariæ prostant, utplurimum sunt saltem solutiones concreti, nec adeò crassæ, quoniã per menstrua fiunt minus corrosiva, adeoque subtiliores potiùs solutiones, quàm separatæ propriè dictæ sunt ℞æ; ut patet per inductionem plurimorum, quæ hinc inde prostant, processuum.
(4) In ℞ rubedo tingens non tàm est à corallis, quàm ipsis menstruis, quæ attactu coralliorum, & absorptione particularum, talem texturam acquirunt, præsertim si cum aliis menstruis tractentur, ut ita rubescant. Spiritus panis acidus volatilis ex corallis ℞am rubicundissimam extrahit, coralliorum corpore ferè integro manente: sed ℞ hæc est fucus, & ∽ idem facit cum corallis albis, ac tantùm ab oleo ∽ est quod dum sub solutione coralliorum acidum ∽ absorbetur, illi concreto ℞m rubicundam tribuit.
(5) Quoad effectus, (quos dubios esse moneo) qui ℞m sequuntur, an præcisè ab iis corallis, vel annõ ex nova textura, quam cum menstruo solvente faciunt, & novo sic emergente concreto, effectus quidam medicamentosi dicantur, qui non præcisè corallis tribuendi sunt, id quod in solutionibus & compositionibus corporum non rarum est.

Hæ circumstantiæ probè sunt considerandæ, quarum tamen minus genuinarum intuitu non semper usus & effectus ℞tum rejiciendus est, etsi pro Tincturis genuinis & propriè dictis non sint habendæ.

Sequuntur jam

HEPATICA,

Hoc est, hepati imprimis dicata, suntq; quælibet amara, v.g. absinthium, chelidonium minus, centaurium majus & minus, rhabarbarũ verum & suppositiũ monachorum, taraxacum, intybacea quælibet, hieracia quævis, crocus, agrimonia, eupatorium corymbiferum, curcuma, gentiana, & similia: quæ quo acriora & amariora, eò magis dicuntur Epatica calida; suntq, reverà hæc, quæ bilis vitia corrigunt, eamque vel deficientem, vel inertem, acuunt & roborant, vel acriorem & copiosiorem temperant: quo minus amara, sed saporem blandè amaricantem herbaceum quasi repræsentant, Frigida dicuntur.

Quoad priora, calida dicta, & quæ inertem bilem acuere, aut deficientem augere dicuntur, sunt omnia amara insigniora & acriora, in specie absinthium, chelidonium minus, centaurium majus, rhabarbarum, crocus, curcuma & gentiana. Operentur hæc immediatè in sanguinem, mediatè in bilem; forsan agunt simul suo modo in substantiam seu texturam epatis, cùm ea sit glandulosa, & dicta amara aliqualem vim adstringendi obtinere soleant, si sub sanguinis circulo ad hepar delata, in specie glandulas ejus laxiores plus minus firmare, & tonum earundem roborare valent. Immediatè agunt in sanguinem, particulis suis resinosis oleosis amaricantibus texturam ita immutando, ut concretum hujus magis dissolvatur, & oleosæ particulæ subacidæ intendantur & exaltentur; quo facto, ex materiæ necessitate & copiosior & acrior in epate bilis secernitur. Imprimis hoc notum de rhabarbaro, quod Animam Hepatis dicunt, & bilis non tàm evacuationem, quàm in specie alterationem efficit: sic *Absinthium* nobile est Epaticum, quod penetranti suâ amaritie, in concreto resinoso oleoso fundata, egregiè cõfert in omnib' malis, quæ aliàs epati attribuunt, propriè verò ex vitio primarum viarum, in quibus bilis aut inertior aut parcior, malum fovere solet. Præter vim, quod acidum viscidum primarum viarum & symptomata hinc nata corri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0336-9 DFG

corrigit, etiam nobile tertianarum & quotidianarum est Febrifugum, in quibus vel solum sufficit, quatenus resinâ suâ amara fermentum sanguinis alterat, particulas ejus oleosas auget, & bilem inde natam insigniter acuit; unde præter intermittentes febres, præsertim his diuturnioribus, aut post eas malè curatas, colicæ supervenienti subinde succurrit: hinc imprimis cachexiis quibusvis, tàm simpliciter ita dictæ καθ' ἐξοχὴν, quàm ictericæ, item hydropi, tàm anasarcæ, quam asciti universali convenit, & conducit adeò, ut prostent observationes asciticorum, qui solo absinthii usu diuturniori restituti sunt: hystericis it. passionibus, præsertim quando à dulcibus paroxysmus commotus est, egregiè subvenire solet. Unde tàm ejus succus, quàm essentia cum spiritu vini simplici aut ☿isato extracta, in morbis chronicis, obstructionibus hepatis, ubi nempe bilis vitium subest, egregiè confert.

Altera classis eorum, quæ bilem copiosiorem alterant & mitigant, in qua præter ea, quæ blandè stimulando orificium ductus communis, in intestinis acriorem bilem per secretionẽ urgent, & sic nimiam ejus copiam educunt, imprimis ea deprehenduntur, quæ vi ejus acrimoniam alterandi sunt prædita, præsertim dulcia, subacida, ut passulæ, granata dulcia, aurantia dulcia, &c. propriè autem dicta dulcia, ut mel & saccharum, turbant & exaggerant potiùs: quo etiam pertinent tamarindi in hoc puncto egregii, omnia item amara dicta mitiora, & quæ saporem simul herbaceũ habent, totus intybiorum exercit', ut cichorium, endivia, artemisia, scorzonera, taraxacum, omnia hieracia, omnes sonchorũ species, succo lacteo flavescente impregnatæ, aliàs dicta Epatica frigida καθ' ἐξοχὴν. Pertinent huc fumaria & carduus benedictus, quibus accensenda bellis minor, agrimonia & scolopendriũ. In simplicibus his omnibus vis medicamentosa residet in amaritie & ⊖enitroso essentiali, quo succus eorum turget, dum ex iisdem nitrum perfectum parari potest arte. Porrò huc pertinent serum lactis, acidum denique quælibet naturæ & texturæ nitrosæ. Omnia hæc aut bilem copiosiorem minuunt, proventum ej' nonnihil imminuendo, aut acrimoniam ejus temperando & mitigando, in debitam crasin reducunt. Faciunt hoc operando immediatè in massam sanguineam, quam temperant, ejus acidum volatile & acrius oleosum mitigant & moderantur, unde bilis generanda mitior evadit: nempe sub sanguinis circulo particulæ medicamentorum ad bilem delatæ eam temperant & mitigant; dulcia subacida acrimoniam volatilem oleosam, occultè acidam, infringunt. & ita volatiliorem ac magis ⊖sam reddunt; quæ nitrosæ sunt texturæ, cùm ex copioso alcali fixo temperatoque acido constent, hôc ipso junctã acrimoniam bilis oleosam amaricantem temperant & mitigunt; quod faciunt in specie ☉, figendo acrimoniam, serum lactis alcali suo temperato oleoso bilem temperatiorem reddit. Instar omnium sit *cichorium*, quod commendatur vulgò, daß es die hitzige Leber kühle; potiùs in malis, ex bile volatiliore & acriore genitis, conferre dicitur. Hoc, veluti rex intybaceorum, succo lacteo amaricante, impregnatum, in suo concreto constat ⊖e essentiali mediæ naturæ, quod nec volatile nec fixum, utut utrumq; ex eo parari queat, ex quo ritè tractato emergit ☉ perfectum: propter ⊖ hoc nitrosum temperatum oleositatem bilis minuit, acidum ejus volatile acrius infringit, & ita in debitam texturam redigit, præsertim vi & sapore ⊖ino etiam diureticum existit, & massæ sanguineæ per vias ☿rias depurationem promovet, vias primas blandè abstergit, & alvi segnitiem in quibusdam moderatur.

Sequuntur jam

SPLENETICA;

Sed quoniam quoad lienem omnis & Theoria & Praxis est simpliciter dubia, ac quoad usum, effectus & nocumenta ejus, ne tantillum quidem adhuc determinari queat, hinc ab aliis potiùs informari ipse, quàm alios docere gestio. Interim 1. in primis sunt mala, quæ lieni, utut insonti, vulgò tribuuntur, quartana nempe & scorbutus. Quoad illam, certum est, quod plures dentur quartanarii, in quibus ne tantillum affecti splenis est vestigium; dantur tamen, in quibus lien satis compatitur ex pathematis nervorum, ad lienem derivatorum per consensum, quod rarum est. Et si quartanarii sunt splenitici simul, fit hoc, vel quod quartanæ confirmatæ, continuatæ & diuturnæ, lienis affectus tandem superveniant; sicut aliàs eidem glandularum mesenterii scirrhi, tumores, &c. supervenire sæpiùs solent. Par ratio scorbuti, prout scorbuti tàm hîc, quàm in Belgio (ubi malum hoc epidemium est) in quibus ne vestigium quidem affecti splenis, nec in vivis, nec in mortuis, per anatomen eorum observatur: supervenit quidem interdum scirrhus, non tantùm lienis, sed etiam hepatis, ut hîc lien nihil singulare in hocce habeat; hinc apud Practicos ordinariò, quæ lieni obsunt, & hepati nocere dicuntur, & quæ epati dicata, etiam lieni convenire, adeoq; non tam lienem quàm epar aperire dicitur, quod etiam de aliis valet. In specie scorbutus malè lieni attribuitur: interim quoniam ejus remedia appropriata sunt polychresta, & in nostro climate tantùm non omnibus morbis chronicis applicabilia, de his pauca monebo.

Plura sunt pathemata & remedia propter symptomatum varietatem, quæ oriuntur partim ex eo, prout diversa est ægrorum idiosyncrasia, partim prout hanc vel istam partem solidam magis affecerit sapor scorbuticus, ita, ut prout variant symptomata, etiam selectus exinde certus remediorum instituendus est. In specie autem

ANTISCORBUTICA,

quæ acrimoniam notabilem acrem volatilem obtinent, sunt totum genus Thlaspiorum, quod in se complectitur cochleariam, & omnes nasturtiorum species, sinapi, erucam, & istis subordinata intybacea. Præterea piperitis, trifolium fibrinum, arum, sedum vermiculare, flammula Jovis, perficaria acris, &c. omnia sunt antiscorbuticæ naturæ κατ' ἐξοχὴν. Vis eorum in specie consistit in sapore illo acri volatili, fortiter linguam pungente & penetrante: dubium tamen est, an sola hæc substantia volatilis acris scorbuto medeatur? & annon concretum ipsum unà conferat? v.g. in cochlearia parum est de ⊖e hoc volatili; quod si verò recipiatur succus ejus expressus, & evaporatione blandâ inspissetur, remanet crassamentum insigniter amaricans, quod ⊖e essentiali largiter impregnatum est: hoc arbitror non minus egregium esse, quàm ipsum acre volatile, eidem anteà sociatum, & arte separatum, sub ~ ejus nomine.

Quæritur igitur, cujus naturæ sit acre horum antiscorbuticorum? nondum enim decisum est, an ad urinosa pertineat? Videtur tamen esse urinosæ naturæ, etsi non solitariè, cùm cohæreat acido suo volatili compari. Ratio est

1. quod, v.g. in nasturtio & cochlearia contusis, & sepositis ad aliqualem putredinem, si tantillum incalescant, sponte suâ sub prima putredinis inchoatione mox odor specificus pereat, & penetrans urinosus evadat.

2. quod

2. Quod succus sinapi cum calce viva mistus, addito ♈ vel non, spiritum insigniter penetrantem suggerat, saporis specifici: Encheirisis eadem est, quæ ∼ ⊖ ✱ ci, & hic ∼ sinapi reverà specificus & singularis est.

Hæc ⊖ia volatilia, dum sunt nativa, simul delicata sunt, & non confundenda cum salibus volatilibus artificialibus, quæ per putrefactionem ex iisdem resolutis fiunt, ubi amplius, v. g. ex cochlearia, nulla vis specifica supereſt, sed eadem cum aliis. Delicata textura hujus ⊖is volatilis patet ex eo, quod in quibusdam simpliciter sit in superficie, & facilè transpiret, in quibusdam verò non: v.g. in piperitide adeò superficiale hoc ⊖ volatile est, ut simpliciter destillatione ▽acerrima prodeat, quæ vesicas etiam excitare valet in lingua, sapore & odore ipsius piperitidis; adeò tamen delicata, ut solutionem ♄i, quæ ▽ communi turbida aliàs redditur, & ex parte ⊽atur, ne alteret quidem, adeoque tàm subtile, ut nullam activitatem & alterationem in hocce exserat. Magis autem hæret hoc sal volatile in concreto, v.g. in cochlearia, ut facili modo inverti & figi queat; destillata autem suggerit ▽m, aliqualem odorem parum saporis, habentem; & quod remanet, etiam suam acrimoniam perdidit; nempe ut inversæ particulæ sapidæ nullibi emineant. Egregia sunt hæc amara antiscorbutica, in viscido incidendo & attenuando, in acido fixo corrigendo, & suo modo volatilisando conducunt, acuunt bilem, & in specie specificum saporem scorbuticum optimè corrigunt & temperant. Cœterùm, propter acrimoniam istam volatilem, & quod bilem acriorem suâ acrimoniâ reddere valeat, cautus sit eorum usus, nec promiscuè in quibusvis sujectis usurpentur: Nempe, qui sunt vel dicuntur biliosi, in iisdem observandum, quod acria hæc non ritè temperata, mala sæpè symptomata infereant & augeant; hinc phlogoses, exæstuationes, cephalalgias, omniaque interdum exasperent: Hisce igitur non nisi temperata propinari debent. Temperantur autem sero lactis, vel acidis vegetabilium temperatis, in specie acetosa & acetosella; quibus alia sociata volatilia, commodè posteà etiam subjectis biliosis propinari possunt. In iis igitur, in quibus minor est acrimonia bilis, adeoq; hæc inertior, vulgò dictis phlegmaticæ vel melancholicæ constitutionis acria hæc in forma cruda, vel in infuso cum vino, vel in succum redacta, vel spiritus eorum, adhiberi possunt.

Quoad Præparata, dubia eorum redditur fermentatio, cùm sint admodum fermentescibilia, quod præsupponit præsentiam ⊖is volatilis acidi, fermentationem promoventis. Verùm utrumque potest concedi, etsi non parum de ⊖e volatili exhaleſ; tamen etiam non parum de ⊖e essentiali volatilisatur, & sic jactura prioris hujus copiâ refarcitur. Interim tamen observandum, quod planta recens succulenta minus fermentationi conveniat; quando verò post flores seminificare incipit, commodè eadem fermentari deinde potest. Optimum est, ut in talibus, in quibus est ⊖ volatile superficiale, ut primò per fermentationem ∼ eliciatur, hic plantæ recenti affundatur, & cohobando particulis volatilibus sociatis essentificetur, ∼ ita essentificatus succo plantæ inspissato affundatur, ut de ⊖e essentiali imbibat, & sic, quantum possibile, integra concreti crasis antiscorbutica concentrata habeatur.

De *NEPHRITICIS* dicendi occasio erit, ubi de Diureticis agetur. Quoad alterantia autem

PECTORALIA

Hæc commodè ad triplicem classem possunt revocari; *Incrassantium* nempe, *Attenuantium* & *Conservantium*, (defectu melioris termini ea vocare ita liceat.) Notum autem ex Physiologicis, quod structura pulmonum sit instar spongiæ, corpus ubique cavernosum, pro recipiendo & emittendo ≏e, unde nihil heterogenei in istis cellulis debet retineri; sed si quid vitiosi adfuerit, evacuandum erit peros, sub nomine Expectorationis. Omne autem expectorandum debet habere consistentiam mediam interspissius & tenuius: Nam quod fluidius, id cedit ≏is impetui, & nequit elidi; quod spissius, resistit ≏i, & firmiùs adhæret bronchiis, ut nullo modo impetu ≏is elidi queant. Hæc consistentia si nimis tenuis sit, Incrassantia; si nimis tenax, Attenuantia requirit.

Quod incrassandum, semper est lympha, in cavitatem bronchiorum, & hinc in pulmones, instillans, sive id occasione externa fiat, sive proprio pulmonum vitio. Sic ex inclementia ≏is accidit molestia sensibilis, quam insequitur excretio seu evacuatio lymphæ ex tunica interna glandulosa asperæ arteriæ, quæ pro eluendo quasi irritante objecto successivè aquosarum particularum exhalatione, & glutinosarum inspissatione, in mucum viscidum abit. Quod si igitur in scorbuticis & phthisicis talis lympha acrior evacuatur, erodit ea, excoriat & exulcerat, quamdiu est acrior & tenacior, unde partis proprium nutrimentum se sociat, & lympham inspissando, tamdiu non evacuatur hæc; quo diutiùs autem retinetur, eò magis in consistentiam crassiorem redigitur, & graviter pulmones afficit.

Remedia igitur

INCRASSANTIA,

quoad operandi modum erunt:

(1) vel talia, quæ irritationem undecunque factam sistunt, qua cessante cessat lymphæ fluxus & effusio per glandulas, partim sub ratione gelatinæ, partim sub admistione nutrimenti, excreta: sic e.g. cessante oculorum frictione, cessat irritatio & fluxus lachrymarum;

Vel

(2) talia, quæ substantiâ suâ temperatâ causam & occasionem irritantem acrem corrigunt, & acrimoniam ejus quasi obtundunt;

Vel

(3) ea, quæ lympham ipsam contentam & excretam mediâ suâ texturâ ex mucilaginosa substantia inviscant, & in debitam consistentiam spissiorem redigunt.

Quoad *differentiam primam*, talia sunt omnia *Papaveracea*, & omnia *Narcotica*, sensum irritationis, & hujus occasione motum contenti sistentia & cohibentia. Inter hæc, præter opium ut par, eminet syrupus diacodicon Montani, seu syrupus de siliquis, antiquum quidem, sed optimum remedium, ex capitibus papaveris factum; cujus usus continuatus rarò nos fallit, vel solus, vel additis variis, pro circumstantiarum ratione: cùm, præter vim papaveraceam, simul dulcem siliquarum ceratearum succum contineat.

Quoad *secundam*, pertinent hûc omnia ista, quæ suprà ⊖ium acre corrigere & temperare dicta fuerunt; qualia sunt dulcia, ut passulæ, liquiritia, & hujus radicis decoctione & inspissatione paratum rob, seu succus inspissatus, Lacritzen-Safft; item siliqua cera-

ceracea, Johannes Brod / jujubæ, caricæ pingues, saccharum, &c. in specie violæ, rapæ, lac, fæniculi semen, & radix; item semen anisi, radix Ireos Florentinæ, benzoë, ♎, & antihecticum Poterii; quæ successivè fluidam lympham temperant, & ad consistentiam debitam redigunt. Imprimis extollenda

Siliqua ceracea;

dulcedo enim passularum non omnibus convenit, cùm aliqualem acetositatem in recessu habeant: glycyrrhizæ dulcedo multis nauseosa est, præsertim ejus Rob seu succus: saccharum nimiam contentorum visciditatem infert, imò ventriculum gravat, ut taceam ejus præparationem cum calce viva & lixiviis alcalinis. Ex siliquis elicitur succus, qui cum aqua simplici, decoctione & inspissatione, in consistentiam syrupi, & ulteriori, in Rob redigitur; loco quorumcunque Loh & ecclegmatum similium esse potest: suavissimum est, nec ventriculo aut ulli membro hostile, & excoriatis partibus conveniens, lymphæ acrimoniam mitigat.

Post siliquas eminent

Violæ,

quarum singularis in succo polychresto est temperatura; cui proximè accedunt flores tunicæ, hinc borraginis & buglossæ. In violis est singularis vis incrassans, & lymphæ acre ⊖sum corrigens ac mitigans; nec opus est, ut eæ semper copioso condiantur saccharo, quia pauco addito præparatio jam erit sufficiens.

Rapæ,

commune plebejorum evperiston, sed sanè egregium, sive recentes fuerint, sive exsiccatæ post phlegmatis evaporationem; habent succum decoctione eliciendum, temperatum, qui insigniter temperat quodvis acre ⊖sum, pectus & vias ⊡rias infestans: Coquantur recenter in ▽ simplici: primum decoctum abjiciatur; iterum coquantur novâ ▽, & expressione nunc simplici, nunc cum pauco saccharo addito, in usum vocentur.

Lac

cujuscunque generis præsertim ⊖si temperativum est, & cujusvis fluidi tenuioris incrassativum; idque omni suâ substantiâ præstat: est enim concretum dulce ⊖sum, quod tamen propter pinguedinem copiosam non adeò percipitur. Constat substantiâ butyrosâ, caseosâ & serosâ: Butyrosa pinguedine saturata copioso ⊖e volatili urinoso oleoso constat; hinc emergit textura, mitigans quodvis acre, & sui miscelâ consistentiam fluidiorem in paulò spissiorem redigens; idq; propter ⊖ volatile urinosum pingue, unde & egregiè nutrit corpus nostrum. In substantia serosa dominatur ⊖sum nitrosum, seu ferè volatile nitrosum; unde non modò sponte suâ acorem contrahit, sed & propter copiam ⊖is volatilis urinosi, cum acido nitroso juncto, vim absterſivam, laxativam, diureticam, externo & interno usu refrigeratoriam, propter ⊖sedinem nitrosam obtinet, propter quam consistentiam, quod constat ⊖e volatili urinoso concentrato, cum acido nitroso scorbuticis egregiè confert, pro acrimonia ejus temperanda. Salsedo hæc potest juxta *BARTHOLETTI* encheirisin demonstrari, ubi post seri abstractionem & exhalationem concretum ⊖is dulce relinquitur: vid. *Tractatus ejus de Dyspnœa.* Caseosa ejus substantia constat ⊖e volatili urinoso, cum interpositis particulis terreis, & aliquali partium oleosarum pinguedine oblinitis. Patet hoc, quod turgeat ⊖e volatili urinoso, quia caseus inflammationem podagricorum, ex acido volatili ortam, temperando istud sistens, egregium horum solamen est: deinde à posteriori etiam ex caseoso putrescente, imò & recenti, modò ⊖ fixum alcali, seu calx viva, addatur, ⊖ volatile copiosum & urinosum cum spiritu tali colligi potest; inde est alimentum quoq; summè nutritivum, modò stomachum non offendat, qui illud ritè subigere, & in chylum debitum convertere queat.

Quoad *Incrassantium differentiam tertiam*, omnes plantæ emollientes dictæ, adeoq; totum genus Malvaceum, omnes althææ, alceæ, &c. quæ omnia, cùm constent tàm succo quàm decocto mucilaginoso, tam in concreto, quàm in semine, ad incrassandum multum valent. Pertinent huc quoque *Tragacantha*, Acacia Ægyptiaca, *Gummi Arabicum*, quod, quando ratum est, substituitur gummi cerasaceum, prunaceum; item gummata mucilaginosa in ▽ soluta; item quælibet semina oleosa temperata, frigida dicta, nec non amygdalæ dulces, pineæ & pistaceæ; non secus ac semen lini & fœnugræci, propter copiosam gelatinosam & mucilaginosam substantiâ, huc spectant. Referendæ etiam huc sunt pinguedines animalium, imprimis humana temperatior, hinc canina acrior, &, ut dicunt, calidior, respectu scilicet nostri. Deniq; *sperma ceti* singulare quid præstat in incrassando; ex pisce cetaceo sui generis colligitur, ex hujus capite elicitur, & per lixivium quoddam depuratur; mirè temperat acre quodvis pulmones infestans, & hinc natam dyspnœam egregiè solvit, & libertatem respirandi restituit, & singulare est in lympha pectoris, ab acri vitiata.

Hactenus dicta, & ex iis composita applicari possunt ad *curationem Tussis siccæ* seu *catarrhalis*, quam curant & præservant optimè opiata, quæ vespertino tempore assumpta, mirè talem Tussim sedant; unde & Veteres Philoniis contra talem Tussim, item syrupis diacodicon, usi fuerunt: nobis verò opiata imprimis sunt in usu, eaque permissa imprimis talibus, quæ acrimoniam lymphæ temperare, corrigere, & mitigare possunt, qualia sunt lac, glycyrrhiza, jujubæ, passulæ & similia. Verùm cùm adjunctus imprimis soleat esse Catarrhus, & Febris catarrhalis ab eadem lymphæ acrimonia oriunda, ad hunc simul respiciendum est; unde conveniunt in tali Tussi tales pulveres:

℞. *sperm. ceti* gr. xxjv.
succin. præp. ℈j.
laud. opiat. gr. iij.
M. f. Pulvis.
div. in 2. partes æquales,

quarum una accipiatur horâ 5. pomeridianâ, altera horâ 10. vespertinâ;

Vel

℞. *sperm. ceti* ℈ij.
flor. benz. ℈j.
⊖*is vol. succini* ʒß.
laud. opiat. gr. jv. M.
div. in partes 3. æquales

Dosis una horâ 4. vel 5. pomeridianâ.

Pilulæ de Styrace Sylvii itidem mirè conveniunt ad compescendam hanc Tussim, quarum compositio est sequens:

℞. *styrac. calam.*
thuris,
mastich.
myrrhæ,
laud. opiat. à ʒß.
Croci Or. ℈j.
succi liquirit. ʒß.
M. f. i. a. *Pilulæ instar cicerum;*

quarum una aut duæ dentur vespertino tempore, aut sub ingressum lecti.

Præter hæc, Decocta lympham temperantia ex

passulis, glycyrrhiza, jujubis, radice helenii & similibus, non negligenda erunt.

Quoad

ATTENUANTIA *seu* EXPECTORANTIA,

talia sunt, quæ vim habent incidendi viscidum, & blandâ aliquâ simul acrimoniâ bronchia, aut ipsum pulmonum parenchima stimulant. Ratione causæ prioris expectorandum gelatinosum restitans cum aëre sursum pellunt; ratione posterioris tussim provocant, & impetuosam ejaculationem causantur; quæ cùm fiat motu convulsivo, viscida contenta & eliciunt & ejiciunt; suntque omnia illa, quæ suprà Incidentia seu Aperientia dicta propriè appellavi. In specie

Helenium,

ejusque radix, consideranda est; ex hoc enim pulverisato, & cum melle subacto, fit Electuarium crebriori usu in glutinositatibus viscidis pulmonum expectorandis perquam proficuum. Item

Hyssopus

acrimoniâ suâ aromaticâ in muco tam ventriculi, quàm pulmonum incidendo, egregius est, sive sub syrupi, sive sub decocti forma. Notandum, ubi expectoratione opus, in syrupis mel potiùs accipiatur loco sacchari; mel enim egregium per se est expectorans.

Huc spectat quoque *Nicotiana* & *Erysimum*, quod erucæ species, & simili ⊖e volatili, ac sinapi & eruca, pollet, præsertim, posteaquam syrupus de Erysimo Lobelii in muco viscido, canales branchiorum oblinente, in tussi expertus fuit: item *Marrubium* in tussi senum, excollectis in pulmonibus visciditatibus, tam vitio sanguinis, quàm ventriculi, in pulmones evacuatis, hæmatosi & chylosi deficiente, ejusque decoctum cum pauco melle, convenit. His accedit *Scylla*, de qua posteà; item

Gummi Ammoniacum,

tàm in forma propria, quàmRæ seu Essentiæ, in specie autem cum eo paratus ∽ Asthmaticus pro scopo expectorationis; imprimis in forma *Potiuncula*, ad mentem *BRUNNERI*:

℞. ▽ *hyssopi* ℥iv.
vin. Rhen. ℥ij.
g. ✱*ci* ʒj. l. ʒjß.

M. *pro duabus dosibus*, aut, ubi necessitas urget, *pro una*.

Est Potio amara quidem, sed quæ multum valet in viscido incidendo.

Spiritus Asthmaticus paratur:

℞. *Crystall.* ⊕ p.iij.
g. ✱*ci* p.ij.
♎*is* p.j.

Invicem trita, mista & destillata per retortam, suggerunt spiritum acido-volatilem, qui à *gutt. xx. ad xxx.* propinatus, in muco viscido incidendo egregiè confert, imprimis si misceatur cum ▽ *Asthmatica Rudolphi*, vel cum *Elixyr Proprietatis*, &c. cùm & ipse ∽ ⊕ solus, si ritè paratus, sit incisivum, & penetrantissimum in Asthmate pulmonali & stomachali.

De *Aro suprà* jam dictum. *Scordium*, præsertim quando labes est in pulmonibus; & denique *Mel*, insignia planè sunt pro Expectorationibus.

Hæc sunt propriè dicta Expectorantia: Impropriè talia sunt, quæ dulcedine suâ fauces lubricant, earum asperitates tanquam axungia obliniunt, commovendo pectus muci faciliorem per pharyngem motum promovent, utut ne tantillum quidem de his remediis in laryngem transeat. In specie ex his consideranda est

Nicotiana,

simplex nobile, sed simul pestilens venenum; estq; reverà hyoscyami species, unde & à quibusdam Hyoscyamus Peruvianus dicitur. Vis ejus in recessu medicamentosa extracta consistit in textura ⊖is volatilis acris, & tantùm non caustici cum oleo seu sulphure planè venenoso sui generis, quæ juncta & connexa perquàm acre concretum constituunt. Ratione ⊖is volatilis vim habet singularem incidendi, attenuandi, expectorandi vomitum & secessum movendi, cùm sit unum ex vehementissimis Purgantibus; ratione posterioris vim stupefactivam, & tantùm non dementativam obtinet: ratione utriusque pernitiosissimum venenum existit. Recens, phlegmate temperato diluta planta usu externo est vulnerarium singulare, sive folia integra, sive contusa imponantur, vim consolidativam egregiam obtinent, ulceribus quibusvis, & manantibus, modò non nimis malignis: folia item nicotianæ leviter contusa imposita multùm præstant in cruribus œdematosis & pustulosis; confert etiam usus ejus incidendi & expectorandi visciditates, & in abscessibus post pleuritidem relictis; item in liberandis Empyematicis speciatim laudatur, tàm à *MAGNENO Tract. de Nicotiana*, quàm ab *EPIPHANIO FERDINANDO Histor. Med.* 45. qui mediante Decocto foliorum ex nicotiana recenti Empyematicos desperatos se curasse affirmat; opera saltem detur, ut in remediis internis decoctio, & aliquot dierum digestio, ritè instituatur: quibus observatis vis cathartica invertitur, & mitior evadit, ut tutiùs usurpari queat:

℞. *fol. Tabaci* l. *Nicot.* ℥j.

Bulliant in ▽ *comm.* ℔ ij. ad medietatem; sic multum sub fumi specie de particulis acrioribus avolat: adde in fine

fol. malvæ
branca urs.
violar. à M.i.

Misc. cum *sapa* s. *musto inspissato*, & ita aliquoties in die calidè usurpetur.

Loco hujus Decocti fieri potest Essentia; sed prius cum alcali nitri vel tartari corrigantur & terantur, pòst cum spiritus vini digestione folia extrahantur, quæ inter Expectorantia & Incidentia non est postrema; aliàs sine correctione, aut non ritè parata, fortissimum est vomitorium. Unde in usu est syrupus de nicotiana, oxymel de Peto Qvercetani, in Asthmaticis humorosis expectorandis: alia hujus remedia videbitis in *MAGNENO*. Notum est, quod *oleum* ejus *destillatum* sit pernitiosissimum venenum. *LEMURE in sua Chymia* refert, hoc ♁ destillatum, factâ incisione cutis in coxa aut crure canis, instillatum canem cum impetu, utut aliàs sit robustissimum animal, suprà & infrà purgasse; guttulas item ejus aliquot canis linguæ instillatas furiosum eum reddidisse: filum sericum per ♁ traductum, & cum acicula per gallinam traductum, interfecisse eam Florentiæ.

Quoad

CONSERVANTIA,

quæ læsionem & noxam, bronchiis & pulmonibus inductam, ejusque excoriationem & exulcerationem plus minus perfectam, corrigunt & restituunt, ferè post tusses, asthmata, pleuritides, &c. ubi metuitur, ne erosio gravior superveniat, hæc usurpantur: Pertinent huc in genere omnia vulneraria.

In

In specie autem, quæ conveniunt, sunt:

Tussilago

sanè egregia, ubi post diuturnas tusses læsio & excoriatio pulmonum metuitur; in ulceribus aliàs mammarum commune muliercularum pauperum remedium est, sed evporiston.

Hinc

Pulmonaria,

quæ est symphyti species, & minus symphytum dicenda, cujus vis in substantia parum mucilaginosa consistit, & læsiones hinc ab acri factas restituit.

Scabiosa

item, propter usum suum Apostem-Kraut dicta, apostematibus pectoris, in genere exulcerationibus & suppurationibus viscerum internorum, quantum possibile, mederi solet; succus ejus, & inde paratus syrupus, in usu sunt.

Hisce non cedit

Veronica,

vulnerarium pectoris egregium: Item *Herba Costæ*, Costen-Kraut / hieracii species, ad excoriationes & exulcerationes pectoris, in familiari est usu.

Omnibus hisce præferenda est

Hedera terrestris,

reverà egregiè vulneraria, crescit in locis umbrosis: *LINDANUS super Hartmannum* non satis depræedicare novit contra hæmoptysin, sive ex casu ab alto, sive ab excoriatione pulmonum fuerit; item in purificandis Empyematicis, & consolidandis pleuriticorum empyematibus. Ipse observavi in iis, qui occasione causarum externarum, v. g. inspirato Gas ▽, seu ex metu scorburi, ad pulmonum læsionem sunt proni, quod Decoctum ejus cum herba cheresolii in ▽æ & cerevisiæ ana diutiùs continuatum, fuerit proficuum.

Addi his debet

Terebinthina,

Balsamum nostras septentrionale, pectori amicum & gratum, suâ substantiâ samptum, cum vitello ovi dissolutum, vel oleum ejus, quod tamen in pectoris affectibus ferè actius est; nunc *Balsamum △is terebinthinatum*, vel potiùs anisatum. Præparetur igitur hoc modo: Fundatur △ cum sale ♁, elicitur Balsamum cum oleis destillatis, quod ita paratum meritò laudatur à *SYLVIO in Praxi*, in affectibus pectoris & læsione viscerum internorum.

Hæc jam dicta etiam applicanda veniunt Asthmati & Tussi humidæ, affectibusque [illegible]riis, ex simili malo natis; & sic ad nephritica quoq; pertinent, de quibus suo loco. Jam verò paucis adhuc Asthmatis & Tussis cura pertractanda.

Quod attinet *Asthmatis humidi* curam, paroxysmo urgente, & quo æger à suffocationis periculo liberetur, 2. præprimis attendenda erunt: scilicet ut impedimenta respirationis removeantur, & organorum respirationi dicatorum motus inordinati quamprimùm compescantur. Unde asthma pulmonale & stomachale curantur per talia, quæ materiam viscidam incidunt ac resolvunt, eamque evacuant; ac denique quæ stomachum & pulmones roboranta, asthmatisque iteratum proventum impediunt.

Purgantia sint mitissima in paroxysmo, quia materiam exagitant; sicut etiam vehementiora extra paroxysmum suspecta reddit *SCHULZIUS Consil.* 92. Alvus etiam clystere subducatur. Præter Purgantia per inferiora optima sunt vomitoria, quæ ingruentem Asthmatis paroxysmum, ac imminentem interdum suffocationem, mirè sedant; cautè tamen iis erit utendũ in hæstericæ passioni obnoxiis: aliàs in Asthmate, tam humido, quàm convulsivo, prosunt: vid. *PLATERUS Praxeos Tomo* 1. *pag.* 388. *SENNERTUS Praxeos l.* 2. *P.* 3. *cap.* 2. *Quæst.* 3. *RIVERIUS l.* 3. *cap.* 1. *PETRÆUS Nosolog. l.* 1. *dissertat.* 18. *HORSTIUS l.* 3. *observat.* 3. *& C. Problem. Decur.* 4. *Quæst.* 5. *POTERIUS Centur.* 2. *Curat.* 16. *&* 46. *Centur.* 3. *Curat.* 22. *HOEFERUS Herc. Med. Tom.* 1. *pag.* 103. *HARTMANNUS Praxeos pag.* 133. *& RULANDUS Curat. Empiric. pag.* 103. 109. 110. &c. Vomitoria sunt partim ♃alia, partim quæ ex nicotiana parantur: nam hæc materiam viscidam ex stomacho & ex pulmonibus evacuant.

His tamen vel præmittenda vel adjungenda ea, quæ viscidiatates istas attenuare & resolvere valent, qualia primaria sunt ea, quæ ex gummi Ammoniaco præparantur; item syrupus nicotianæ & similia: sic ad Asthma experta est suprà laudata *Potio Brunneri*. Pertinet huc *Decoctum* expertum *ad Orthopnœiam Joëlis:*

℞. *zedoar.* ℥ß.
g. ✱*ci* ℥j.
flor. ♃*is* ℥jß.
croci ℈j.

Contusa coqu. in *Hydromel.* ℔j ad medias. Sumatur sæpe cochl. j. nam & radix Zedoariæ sola mirè levat Dyspnœiam comesta.

Pertinet huc ~ Asthmaticus suprà laudatus. Tandem succus raphani recens cum saccharo expressus est egregius; item *sperma ceti* propter vim resolvendi cum *aqua cinnamomi* ad ℥ij. *oxymel. squillit.* ℥j. propinatum, egregiè conducit, imprimis in Asthmate senum. Denique Aselli seu Millepedes specificè conducunt, imprimis vino infusi, in quem usum mirè commendantur. Sin flatulentiæ stomachi malum exasperent, quod fit in hysteticis & hypochondriacis, ~ carminativus est egregius.

Tussi ab *aere* nimis *frigido* inspirato, aut ♎e fumoso aut simili, medetur optimè Decoctum radicis helenii cum passulis in vino Hispanico, &c.

Tussim ex *stomacho* optimè curat vomitus: loco hujus propinandæ sunt pilulæ ex extracto agarici, cum scammonio præparato stimulatæ. His subjungenda sunt, quæ incidendo, attenuando & resolvendo materiam viscidam colliquant, & liquefactam excretioni aptam reddunt. In tali casu præter ea, quæ jam de asthmate dicta sunt, imprimis conducit hæc *Potio experta:*

℞. ▽ *hyssopi,*
tussilag. à ℥ij.
asthmat. ~ *nos.* ℥ß.
oxym. squillit. ℥j.
syr. nicot.
de hyssopo à ℥jß.
~ ♁*is dulc.* q. s. pro grato sapore,
D. S.
etweichender Tranck alle halbe Stunden anderthalb Löffel voll.

Vel

℞. ▽ *mentha,*
hyss.
cinnam. à ℥j.
Asthmat. ℥vj.
g. ✱*ci in* ✠ *sol.* ℥ij.
oxym. squillit. ℥j.
~ ♁*is dulc.* q. s. pro grato sapore,
D. S. *ut suprà.*

Vel

℞. *Elix. propriet.* ℥ß.
~ *asthmat.* ℥ij. M.

De *Cordialibus* agemus, ubi de iis, quæ ∽ deficientes per corroborationem restituunt, *inferiùs*.

Pergo ad

NERVINA,

Quæ cerebro cum deductis nervis, hincq; dispersis fibris, & deductis membranis, emendando causam quàm productum morbosum conducunt. De hisce autem partibus verissimum est in genere axioma illud Practicum; quod frigus externum, & acidum externum, sit nervis inimicissimum: addatur & Humidum nimium. Nam ex his tribus, tanquam primis fontibus, effectus & affectus præternaturalis partium nervosarum positivi derivandi veniunt, quô ipsô morbi privativi excluduntur, qui ex spirituum animalium vitio, eorumq; vel defectu, vel irradiatione negata, per conformationis vitium peculiare oriuntur. A frigido partes nervosæ, per se frigidæ dictæ, chylosæ, nec nutrimento sanguineo irroratæ, & sanguine minus fervido nutritæ, magis refrigerantur, verè frigidæ ac sensui ac motui minus aptæ fiunt. Ab acido manifesto seu sensibili, tàm fixo, quàm volatili in Podagricis, in partibus nerveis dolores, item spasmi oriuntur, pro fomitis ratione, nunc per essentiam contracturæ, nunc per consensum, aut fixi aut vagi, partium tam internarum, quàm externarum circa succulentas partes excitantur; non secus ac ab eodem acido partium dictarum corrugationes, contracturæ, & nutrimenti proprii chylosi coagulationes, & in tophos mutationes oriuntur. Ab Humido oritur atonia partium, qua laxæ eædem & nimis flaccidæ fiunt, unde sensus & motus imminuitur, & ad motum, tam passivum sub sensatione, quàm activum sub partium locali motu, ineptæ evadunt; quin & ex hoc nimio humido ferè luxationes spontaneæ subinde oriri solent.

Quoad remedia ratione *frigiditatis hostilis*, conveniunt omnia calida dicta, tàm interno quàm externo usu, in specie aromata & aromatica, plus minus acria, ⊖e volatili oleoso impregnata, in specie externè ℞a destillata, ut lavendulæ, spicæ, &c.; hinc in læsionibus partium à frigore correptis, sive pernionibus, optimum est ℞ pini destillatum, aut loco hujus terebinthinæ ℞, maturè illitum, tàm præservativè quàm curativè. Loco item hujus

℞. *resin. abiet.* q. s.

Inducatur calidè vesicæ, & applicetur loco refrigerato; tenaciter adhæret, & aliàs quotannis redeuntem noxam removet.

Quæ acidum, nervis inimicum, corrigunt & alterant, faciunt id vel proximè, vel immediatè & quasi directè, aut mediatè & indirectè seu remotè. Prius præstant ⊖ia volatilia urinosa, nunc macra, nunc (& ferè tutiùs) temperata oleosa: Posterius autem tàm fixa absorbentia, quàm anodyna, irritationis motum & sensum sistentia. Inter priora, ⊖ia volatilia macra & quælibet oleosa, eminent aromata & aromatica, acidum istud, nervis inimicum, temperantia & corrigentia; in specie spica, lavendula, majorana, salvia, rosmarinus, serpillum, stæchas Arabica, marum, præsertim verum, origanum & similia, specialiùs conducunt, horumque tàm ∽ inflammabiles, quàm imprimis Essentiæ, Extracta, ac ℞a destillata, tàm interno quàm externo usu. His addendum castoreum, & quælibet ejus Præparata, tàm internè quàm externè; item ∽ urinosi vel salia volatilia quævis, imprimis oleosa, v.g. ∽ ⊖is ammoniaci, cum calce viva, addito ♈ paratus, pro usu externo in delendo acido, nervis inimico, & hinc natis symptomatibus, excellens.

Succinum

Dein, ejusque ℞ destillatum ac ⊖ volatile, sunt singulariter nervis dicata. Sal volatile, tàm communi modo per se, quàm per retortam tubulatam cum nitro paratum, peculiare partibus nervinis, ab acido affectis, solamen adfert. Dubii equidem sunt succini natales; probabiliter tamen ad classem vegetabilium referuntur, & quidem ex arboribus resiniferis derivatur: nam ⊖ volatile, quale in regno minerali nullum, in vegetabili autem copiosiùs luxuriat, natales ejusdem confirmare videtur. Quoniam verò oleum & ⊖ volatile ejus quibusdam nauseosum est, egregiè hinc confert liquor C.C. succinatus ritè paratus, adultis pariter ac infantibus interno & externo usu partium nervosarum egregium solamen est.

Vix cedunt his

Lumbrici terrestres,

eorum ∽ ex iis præsertim aliqualiter putrefactis, de quo infrà, ubi de Diureticis.

Juxta hos, sunt

Formicæ majores,

quæ in affectibus nervinis, & inde natis morbis, singulare quid obtinent. Concretum hæc animalia sunt inter reliqua omnia sine pari; seligendæ sunt, quæ acidum spirant, & in resiniferarum arborum sylvis luxuriant. Hæ vel per se, vel spiritu vini destillatæ, dant spiritum acidum potentem, qui ♂ corrodit, & ♄ dissolvit. Eædem blandâ ▽æ affussione ad putredinem dispositæ omne acidum amittunt, & econtrà ∽ ac ⊖ volatile urinosum copiosum & egregium suggerunt: Uterque ∽ egregius est externo & interno usu in affectibus nervinis. Spiritus urinosi efficacia egregia est in sistendis doloribus artuum lancinantibus, præsertim scorbuticis, item tremoribus, & similibus. Operandi ratio constat per se; de spiritu verò acido dubium est, an ex acido ortis affectibus succurrat externè? Negari enim nequit, hunc spiritum internè, sive solitariè, sive sub nomine ▽æ magnanimitatis, cum spiritu vini aromatico sociatum, singulare esse confortativum totius facultatis animalis. Ille, contra sterilitatem utriusq; sexus, inter remedia alia non ultimum est; sicut etiam externè in sexu sequiori pro emendanda sterilitate meritò laudantur à *Conrado KUNRAD in Medulla destillatoria*. Sed quoad operandi modum ∽ aut cum ♈, aut cum ▽ articulari temperati, arbitror, quod conveniat præsertim penetrando, attenuando, & in morbis partium nervosarum imprimis resolvendo, sicque tonum pristinum partibus restituendo; quatenus penetrantiâ suâ volatili quosvis meatus insigniter reserat, acidum viscidum, nervis infensum, incidit, dissolvit, mobile facit, ita ut non corrigendo, sed dissolvendo & removendo fomitem, saltem conferre videatur. Hinc in affectibus paralyticis, tàm veris quàm nothis seu Paresi, Balnea sicca ex formicis parata, & Fotus siccus, cujus suffitus corpus ægrum tantùm ferit, est egregius. Præstant hoc formicæ tàm penetrando, & quævis corporis contenta dissolvendo, & per sudorem largissimè evacuando; unde simili ratione arbitror, quod quælibet harum remedia acida, externè in partibus nervosis penetrando, pororum infarctum aperiendo, & fomitem acidi peccantis dissolvendo & removendo, operentur; quæ, qua data porta, vel per sudorem, vel diapnoën, erumpunt.

His similiter addenda sunt gummata quædam, idque imprimis pro usu externo, ut ✱cum, Galbanum, Tacamahaca, & Balsamus Peruvianus.

Galbanum,

simplex egregium est in quibusvis morbis partium, tam

tam internarum, quàm externarum, convulsivis. Quoad externum usum, notum est, ejus emplastrum in colicis doloribus convulsivis, & ad hos pertinentibus passionibus hystericis, item dolores diuturnos, tàm Venereos quàm non, discutit, dissolvendo viscidum acidum, eorum fomitem: unde natus usus *Galbaneti Paracelsi*, ex *Galbano* cum *terebinthina* destillati *olei* penetrantis, quod in pari usu à Paracelso, ex plurimis aliis, meritò laudatur. Habet resinam acerrimam, penetrantem & acriorem, quàm gummi ammoniacum, usu ferè externo tantùm, interno quidem etiam, sed parum adhibetur.

Tacamahaca

est concretum resinosum, nobile anodynum, temperans & leniens quodvis acre, acrimoniâ sibi connatâ dissolvens & attenuans viscidum hinc inde congestum; uti etiam in ventriculi affectibus, ex irritatione nervorum natis, item doloribus partium musculosarum, qui vulgò catarrhis tribuuntur, optima est sub emplastri forma, vel *sola*, vel cum *gummi caranna*; malaxetur cum *Balsamo Peruviano*, sine additione, ut communiter fit, terebinthinæ (fit enim hujus additione adeò tenax, ut non sine epidermidis læsione removeri queat) linteo inducitur, & parti apponitur. Itaque

℞. *Tacamahac. pulver.* p. iij.
blando ♁e liquefactæ, addatur
Bals. Peruv. p. j.

aliquantisper blando ♁e agitata in Emplastrum spissioris consistentiæ coëunt, quod ubique locorum potest applicari.

Balsamus Peruvianus,

nempe ipse solus, in se habet acrimoniam volatilem penetrantem, qua temperat acida, præsertim fixa, præsertim in subjecto plus minus viscido. Præter vim ejus anodynam, quoque nervorum spasmos lenire solet; hinc etiam vulnerarium externo & interno usu insigne existit, ut quælibet vulnera recentia solo eo curari possint. In usu interno contra exulcerationes renum & pulmonum, si cum vitello ovi dissolvatur, propinatur; in specie pro usu nervino contra contusiones, puncturas, aliasque læsiones partium nervosarum, & inde natis doloribus, ut & partium musculosarum, qui derivantur à defluxionibus seu catarrhis frigidis, etiam in ipso dolore ischiadico; litus factus ex Balsamo, in usu optimus esse, & à *TIMÆO* ceu expertus commendari solet. Nempe

℞. *Bals. Peruv.* ℥j.
dissolvatur per agitationem in mortario c. f. q. *vitelli ovi*: confundatur solutio cum
∽ *bacc. junip.* ℥iij.

f. Litus mollis, contra dolores partium nervosarum, in specie articulorum, & in affectibus contumacibus quibuscunque, d. f.

eusserlicher Glieder-Balsam.

Quoad illa, quæ indirectè & mediatè acidum nervorum corrigunt, sunt ea vel absorbentia, vel anodyna. Inter absorbentia sunt *unicornu verum*, cranium humanum, spinæ mustelæ piscis, cornu & ungula alcis, & similia epileptica; quæ omnia conspirant in eo, quod acidum nervorum absorbent. Instar omnium sit unicornu verum, vel cornu alcis: quibus addatur rhinocerotis, & auris ceti seu lapis manati simplex modernis non leviter jactatum, quod an unicornu marino præferendum? adhuc in medio velut suspensum relinquo: His accensenpi *visci*, tàm quercinus, quàm tiliaceus, & imprimis corylinus, in affectibus convulsivis, præsertim per consensum abdominis natis, potentes. Operantur, simpliciter figendo, & plus minus saturando acidum, istas turbas excitans. Quæ vi anodynâ, utut modò palliativè conferant, nervos solantur, sunt *opium*, & opiata quælibet; in specie ♄ antimonii, & alia fixa metallica aut mineralia ♁ea, partim, quæ naturæ alcalinæ sunt, absorbentia, partim temperantia, partim anodyna: nam reverà in antimonio, vel ejus ♁e paulò fixiori (de ♁e ex vitro, quod rara avis est, parato, res altioris est indaginis) vis singularis anodyna, reverà somnifera, delitescit. Mulieri his diebus triplicatâ quartanâ correptæ propinavi ♁ antimonii fixius, paroxysmi inde evanuerunt, & ipsa totos ☌ & noctes dormire cepit, ut certi hinc simus, *sulphur antimonii vi anodynâ somniferâ pollere*: sed cura hæc palliativa experimentandi gratiâ tantùm instituta erat. Hujus autem sulphuris defectu sufficiat ♄ antimonii, decompositum artificiale & texturæ singularis, dum ☿ ratione acidi in ♁e firmissimè est junctus: ex his duobus emergit sic concretum, quod in suo recessu videatur esse urinoso-oleosum, ut habeat vim singularem corrigendi acidum, nervis inimicum, præsertim in morbis malignis: præterea quoque anodynam vim obtinent, unde pathemata nervina omittere penitus, vel remittere videantur; hinc in quibusvis ab acri præsertim acido specifici saporis, occasionaliter excitatis malis, polychrestum remedium est, modò ritè paratum sit.

Quoad *Humidum nimium*, atoniam nervorum inferens, ejus ratione huc pertinent aromata omnia, & aromatica simplicia, tàm in genere, quàm in specie allegata, usu externo & interno. Interno usu eo ipso, quo acrimoniâ suâ plus minus oleosâ, & hinc simul intensiori facto calore corporis, solent esse colliquantia & diaphoretica, humidum præsertim nutritivum vocantur siccare; ita externè humidum quodvis penetrare, dissolvere, absorbere, & in partibus solidis occasionaliter calorem excitare, ejusque dispersione nunc per se sensilem transsudationem, nunc insensilem evaporationem, promovere solent. Pertinent huc quilibet ∽ acriores pro frictionibus, ℞a destillata acriora, præsertim lavendulæ, hinc (quod præcellit omnibus) Philosophorum, saponis Veneti, terebinthinæ, juniperi, ℞ item terræ modernis usitatum, quod in restauranda atonia excellit.

Hactenus dictis remediis curantur omnes affectus spasmodici & paralytici, similesque atoniæ partium; quas inter referuntur *Deglutitio læsa*, *Asthma convulsivum*, *Tussis convulsiva*, *Singultus*, *Dolores partium externarum*, podagrici & alii arthritici: de quibus pauca adhuc dicam.

Deglutitio interdum impeditur propter paralysin gulæ, in quo casu conveniunt ea gargarismata, item ii Linctus, qui in loquela amissa conveniunt: v.g. decoctum salviæ, erucæ, &c. in ore detentum; decoctum erucæ & sinapi, pulegii, nasturtii, &c. item nux moschata deglutita; item spiritus vini, cui infusi flores lavendulæ cum aliquot granis castorei; item aqua apoplectica, epileptica, &c. in ore detenta, spiritus theriacalis, cerasorum nigrorum; item succus salviæ mistus cum sinapi; item mistus cum nuce moschata & castoreo, & instar linctus deglutitus; terebinthina potabilis reddita cum aqua primulæ veris, successivè deglutita valde convenit; item ℞ anisi, salviæ, &c. guttatim ad fauces demissa, egregiè conducunt. *PLATERUS* habet observationem deglutitionis impeditæ cum loquela

amissa ex vitio nervorum paralytico, curatam per decoctum salviæ in vino, gargarisando & continendo in ore ▽m vitæ infusionis thymi. *CORNARIUS* habet observationem impeditæ deglutitionis ex nimia exsiccatione gulæ, curatæ per gargarismum ex ▽ tepida, cum pauco aceto mixta. Externè conveniunt ♁ lumbricorum terrestrium, ♁ costinum, anisi, succini, &c. deglutitioni læsæ ex contractura gulæ spasmodica medentur acidum absorbentia, v.g. corallia, creta, C.C. ustum, lapilli cancrorum, ♁ diaphoreticum, nux moschata, &c.

Ad *Asthma convulsivum* conducunt imprimis salia volatilia, v.g. ex succino, cornu cervi, cranio humano, & similia: nonnunquam, licèt cautè, vomitoria præscribuntur, præsertim in hystericis. Purgantibus nullus conceditur locus, quia fibras ad convulsiones magis irritant.

Tussis convulsiva curatur ut aliæ convulsiones epilepticæ, & imprimis, præmissis universalibus, per volatilia & succinata, quæ inter liquor cornu cervi succinatus est egregius.

Singultui medentur opiata, semen anisi, & hujus ♁, castoreum, theriacalia & similia: Quin etiam, ubi singultus contumacior perdurat in corpore robusto, ut quando ad aliquot septimanas, interdum menses, persistit, provocatus vomitus eundem tollere solet.

Ad *dolores chronicos*, item artheticos, ac similes alios, præter tacamahacam & Balsamum Peruvianum, egregiè conducit ∽ ⊡æ cum spiritu vini mistus, calidè applicatus, & benè fricando membrum. Conducit etiam in tali casu sapo Venetus in ▽ vitæ seu spiritu vini dissolutus, cum pauca camphora, & ita calidè applicatus.

In *dolore à casu*, indeque orta contusione, emplastrum de meliloto, malaxatum cum Balsamo Peruviano, impositum est egregium.

Ad *dolorem bracchii ex scarificatione* in scapula, convenit sequens:

℞. ♁ *lumbric. terrestr.* ℥ß.
pingu. taxi
vulpin. à ℥ij.
M. pro inunctione partis scarificatæ.

Bracchium verò cum ▽ hirundinum cum castoreo benè illinatur & foveatur.

In *doloribus catarrhalibus*, item *arthriticis* & similibus, conducunt ∽ formicarum, mistus cum spiritu lumbricorum terrestrium.

In *doloribus partium* quibuscunque, imprimis *capitis, à lue Venerea* excitatis, valde efficax est Emplastrum de ranis Vigonis cum Mercurio.

Portò gravida *dolore crurum* quasi convulsivo agitata, sequenti remedio fuit restituta:

℞. ▽ *hirund. c. cast.* ℥j.
theriac.
cephal.
∽ *lil. convall.* à ℥ij. M.
calidè inuncta fuerunt.

Simile exemplum habet *HORSTIUS* dolotis pedum periodici acerbissimi & diuturni, in quo externè insigniter profuit ▽ hysterica camphorata, cum spiritu liliorum convallium, & cerasorum nigrorum mista, externè usurpata. Aliàs ▽ articularis ad extra, mista cum spiritu lumbricorum terrestrium in talibus doloribus insigniter confert externè. In *doloribus crurum inveteratis* thermæ, aut lapides thermarum in ▽ cocti, instar balneorum usurpati, insigniter conducunt: aut possunt fieri thermæ artificiales ex decocto ♆æ cum sulphure, ad imitationem *ZWELFFERI in sua Mantissa spagyr. pag.* 401.

Subinde certi partium oriuntur *dolores catarrhis* vulgò *adscripti*, iique ex acore vitioso, aut propter lympham acidam collectam, aut propter aliam causam coacervato, oriuntur. Curantur hi optimè per sudorifera, imprimis per ⊖ia volatilia, vel ∽ ⊖ino-volatiles, opiatis mista, qualia sunt: spir. salis ammoniaci, ∽ cornu cervi, cranii humani, & similia; Hi enim spiritus urinosi acidum vitiosum absorbent & ≈ant; opiata verò acorem temperant, & simul dolorem leniunt.

Podagrici & *Arthritici*, præmissâ Purgatione blandâ, imprimis cum hermodactylis, aut etiam præmisso vomitu, curantur per similia ⊖ia volatilia blanda proliciendo sudorem; item spiritus ♏i volatilis præ cæteris hic convenit. Præter hæc fixa, acidum absorbentia, ut ossa microcosmi præparata, ♁ diaphoreticum, ♁ antimonii, Bezoardicum ☉are, &c. optimè conducunt, imprimis si ⊖ volatile C.C., aut viperarum, aut sanguinis humani, addantur. Et quidem, cùm subindè apud nos radix podagræ sit à scorbuto, his commodè ∽ lumbricorum terrestrium per fermentationem paratus, item essentia contra arthritidem vagam, item ∽ cochleariæ, &c. istis diaphoreticis adduntur: quin & opiata ad relevandum ægrum subinde usurpanda veniunt.

Externè, si cum dolore arthritico tumor sanguineus, calor, & quasi inflammatio circa articulos adsit, optimè convenit ▽ spermatis ranarum legitimè destillata, cum aliquot granis camphoræ permista & imposita: sin verò citra intensum ardorem & calorem dolor affligat, optimè conducit ∽ vini crocatus, camphoratus, item spiritus ⊖ ✱ci cum spiritu vini mistus, item sapo Venetus si dissolvatur in spiritu vini aut in spiritu lumbricorum terrestrium, ita cum penna illinatur partibus dolentibus: Hæc enim & similia acidum Podagricum dolorosum potenter extinguunt. Hinc etiam convenit Balsamus Podagricus Rhamelii, qui est hic:

℞. *sapon. Ven.* ℥ij.
Camph. ℥ij. ad ℥ß.
▽ q. s.

solvantur, & ad tempus digerantur, & separatis fecibus reliqua ad usum serventur, ac cum linteis parti dolenti applicentur.

Spiritus ⊡æ cum spiritu vini mistus, egregiè conducit applicatus; item saccharum ♄i cum spiritu vini camphorato arthritidem cum inflammatione incipiente junctam tollit. NB optimum ad quamcunque arthritidem est die Gerberlohe/ die schon gebraucht worden: superfundatur ⊡ pueri, coquatur, & vapor ex decocto exhalans excipiatur partibus dolentibus; forsan lotio cum ipso decocto non esset incongrua. Si post paroxysmum podagricum Tumor adest, hic optimè discutitur vapore de eruca, absinthio & artemisia, in ▽ & vino coctis, & pedibus calidè suffumigatis.

Ad præservandam Podagram optimè conducit vomitus, singulis mensibus semel institutus: Vitentur omnia acida; & per volatilia; item absorbentibus paroxysmus imminens avertatur.

Hactenus autem dicta Nervina manu tandem nos ducunt ad Alterantia

UTERINA,

sive externa, sive interna; cum uterus etiam maximâ sui parte corpus membranosum tale sit, inde quæli-

quælibet modò dicta commodè etiam eidem applicari possunt; quatenus vel internè assumptæ particulæ horum medicamentosæ, unà cum sanguinis circulo ad uterum delatæ, ejus causas morbosas corrigunt; vel quatenus alterando sanguinem mediante hujus alteratione successivè etiam ipsum uterum plus minus afficiunt. In specie imprimis mensium & lochiorum excretio, hinc concipiendi promptitudo, aut conceptum retinendi aptitudo, & pariendi conatus denique, sui considerationem merentur; adeoque ea, quæ mensium & lochiorum fluxum, vel conceptionem, partusque facilitatem promovere videntur, Uterinorum nomine veniunt. Operationes autem hæ omnes, cùm sint simpliciter opera naturæ, à Medicis à priori inimitabilia, superest saltem impedimenta removere, quæ motum hunc ejus hoc in puncto retardant. Sed nihil observatur magis inimicum, quàm præternaturale acidum; unde non saltem abortus, occasione irritationis in partibus nerveis factæ, sed & ipsum alimentum chylosum fœtus subinde alteratur, ut ipsi infantes ad epilepsiam hinc à primo statim ortu proni videantur; unde matres, quæ frequenter acidis utuntur, aut vinum largiter bibunt, rarò infantes pariunt, quæ non epilepsiæ obnoxii fiat. Hinc etiam redundante non tantùm acido, sed in specie in cruditate acida in primis viis, (quæ sæpè causa est, quod remoretur mensium fluxus; sicut omnia ea, quæ acidum augent sub animi pathematis seu alimentis) fluxum mensium remorari solent. Siquidem ex cruditate acida, ratione acidi præternaturalis, turgescentia sanguinis menstrua seu sub menstruatione obveniens, impeditur, & ratione fomitis viscosi ita immutatur textura sanguinis, ut tardiùs per vasa capillaria circulari, eaque per anastomosin aperire queat. Ut taceam, ipsum viscidum in genere sub forma mucoris oblinire orificia hiantia, quibus obstructis, & difficulter reserabilibus fit, ut coacta natura interdum per alia loca excretionem moliatur.

Uterina igitur sunt, ut patet, omnia stomachica calida dicta, imò etiam nervina suo modo Uterina dici possunt, & in specie proficua reperiuntur aromatica paulò acriora, & simul uterum sensibiliter ferè afficientia; ut Ros marinus, & Sabina.

Rosmarinus,

concretum mulieribus conveniens, laudatur à *PANAROLLO in Observat.* in fluxu albo, h. e. gonorrhæa mulierum, vel quæ occasione uteri humidi & frigidi dispositæ sunt ad sterilitatem, planè appropriatum est.

Sabina,

quantum valeat, res in vulgus nota est in utero stimulando, ipsisque adeò mensibus & abortu provocando. ℞ ejus destillatum penetrantissimum est & singulare, unde ℞ Sabinæ crocatum Mynsichthi potentissimum est ex Emmenagogis.

Addenda his

Aristolochia rotunda,

aromaticum simplex; sed rarò est in usu: hinc in officinis ferè radix cava seu fumaria bulbosa substituitur, longè tamen vi volatili aromaticâ inferior.

Hinc conveniunt *Pulegium*, *Angelica*, & in specie

Crocus,

pulmonibus & utero in his malis peculiariter conveniens. Crocus unum reverà est ex primariis, menses, lochia, & fœtum pellentibus. Confirmat id *Observatio RIVERII in Institutionibus*, ubi mulier ex abusu croci in lethalem hæmorrhagiam uteri incidit.

His jungenda

Myrrha,

uteri malis & vitiis dicata, hinc menses pellens, & uterum irritando partum provocans.

Item

Bryonia,

quæ præter vim laxativam generalem uteri etiam malis dicata, uti

Borrax

corrigens acidum fixum utero infestum, & potenter menses provocans.

Denique

Oleum destillatum & *sal volatile succini*,

quod unum ex primariis est Uterinis, cujus ⊖ volatile, tanquam certissimum experimentum, olim celebri cuidam Medico in usu fuit contra partum difficilem.

Hæc sunt, quæ directè utero succurrunt. Indirectè faciunt id Martialia, acidum primarum viarum absorbentia, viscidum incidentia; item Purgantia acriora, quatenus in genere genus nervosum fortiùs vellicare solent.

Hæcque de Alterantibus.

MEMBRUM II.

DE

EVACUANTIBUS IN GENERE.

Dictum suprà, vitia humorum in quali, seu cacochymiam sic dictam, partim corrigi per alterantia, quæ crasin texturæ vitiatam restituunt, & in naturalem temperiem redigunt; partim evacuari ea, quæ simpliciter corrigi nequeunt.

Quod ergò attinet *Evacuantia* in cacochymia, sunt nil aliud, quàm excretiones fermentorum, humorum, succorum vitiosorum & excrementitiorum (vocet quis ut lubet) aut rerum præternaturalium in sanguine & reliquis corporis partibus reperibilium, & inalterabilium, adeoque œconomiæ animali vel in quanto vel in quali inimicorum non assimilabilium & unibilium, & fiunt per varia convenientia loca & cribra; omnia tamen ad imitationem naturæ, quæ, quod ei hostile aut superfluum, quâ datâ portâ, evacuat, & quidé imprimis per alvum excrementa digestionis primæ seu chymoseos, per vesicam excrementa digestionis secundæ seu hæmatoseos; per habitum corporis per perspirationem seu sudorem, vel sensibiliter vel insensibiliter partes effœtas massæ sanguineæ ac recrementa, sub nutritione partium solidarum privatâ enata.

His viis etiam alia contenta, etsi non vitiosa, præternaturaliter tamen abundantia, solent evacuari; v. g. per alvum bilis copiosior; per ⊡m serum copiosius; per habitum corporis copiosior lympha aut ejus vitia, quanquàm per accidens tantùm hæc abundantia simul eliminentur.

Vitiosum istud in nobis inalterabile, & quod, tanquam excrementum, proscribendum à natura, generatur tàm in statu naturali, quàm præternaturali; vel ex necessitate materiæ, v. g. excrementa alvi (cùm enim sint in assumptis alimentis partes nobis assimilabiles, & partibus nostris associabiles, sunt etiam

etiam inimicæ, & non unibiles; unde ubi posteriores hæ in excrementa abeunt, foras erunt proscribendæ); vel ex necessitate efficientis, quando fermenta naturaliter vel præternaturaliter adsunt, à quibus materia, in se nobis unibilis, in excrementum degenerat: sic in scabie nutrimentum partis intercutaneæ laudabile alteratur in acido-⊖sum nidorosum & ichorosum excrementitium: idem in vulneribus & ulceribus mutatur in pus & saniem. Excrementa ex necessitate materiæ locum saltem habent in statu naturali; ex necessitate verò efficientis simpliciter in statu præternaturali observantur. Hujusmodi recrementa, utut interdum mole minima, activâ tamen qualitate, non quantitate, æstimanda sunt, quæ ipsa evacuantur duplici modo.

Ratione Efficientis *Evacuatio* omnis est vel *naturalis* seu *spontanea*, vel *medica* seu *artificialis*, quæ suo modo est quasi coacta: Illa quæ spontaneo œconomiæ naturalis motu contingit, hanc Medicus, stimulando naturam, per instrumenta pharmaceutica provocat. *Spontanea* hæc est *triplex*; vel simpliciter naturalis, vel secundùm quid, aliàs Critica dicta, vel omninò est præternaturalis, quæ fit à natura vi morbi aut causæ morbificæ irritata, aliàs symptomatica dicta. Simpliciter talis est, quæ ordine naturæ in nobis observatur, ut alvi dejectio & ⊡æ excretio: secundum quid talis, seu Critica, fit à natura, quando post morbos, aut in declinatione eorum, primariò in acutis, & secundariò per analogiam in chronicis, cocta & subacta materia excernitur uno impetu per ordinem causarum internarum, ad notabile levamen ægri; vel solitariè, ubi recrementa rejiciuntur, vel non solitariè, ut per hæmorrhagias variorum locorum: Præternaturalis verò & symptomatica fit à natura, vi morbi aut causæ morbificæ coacta, & ferè cum detrimento ægri; v. g. vomitus ex crapula est Evacuatio simpliciter naturalis; diarrhæa superveniens pleuritidi septima die, & eam solvens (judicans) est critica; quod si in principio febrium, aut variolis suppurantibus, superveniat eadem, hæc est evacuatio simpliciter symptomatica & ferè lethalis, ut & sudor colliquativus in febrium initio; vel laborat virgo febre petechiali (qui casus nuper à me observatus fuit) periculosè, cum superveniente mensium fluxu copiosiore, utut ante 14. ♂ debitâ periodo hunc passa fuerit, qui symptomaticus est, crebrò ægris funestus & periculosus. *Nullæ ex his sub Praxi periculosiores sunt, quàm diarrhæa symptomatica*; siquidem præsupponunt non solùm insignem materiæ occasionalis acrimoniam, sed in specie perturbatum naturæ regimen, intempestivè excludendo, quod nondum temperatum seu alteratum est; sive enim excretiones hujusmodi symptomaticas ex humorum, præsertim sanguinis, effervescentia & orgasmo fermentativo; sive sine hoc ex irritatione partium sensibilium, & hinc provocato motu locali præternaturali, contentorum, derivetur excretio; sive ex utroque, sanè principale peccans materiale erit acrimonia nimia, quæ vel benigna vel graduata & maligna: Unde in Praxi, præsertim in morbis acutis, multum facessit negotii. Nempe Excretionum hujusmodi symptomaticarum duo primarii erunt scopi:

1. Temperare acre acidum morbosum specificè peccans.
2. Lenire sensum irritationis, & inde oriundam ex partis organicæ motu contentorum per partem solidam excretionem.

Illud præstant speciatim Figentia aut Absorbentia; Hoc verò faciunt Opiata, & plus minus Anodyna. Evacuatio autem artificialis est ista, quam provocat Medicus, de qua nos etiam hîc imprimis sumus solliciti. Hæ ferè sibi subordinantur, ut semper præcedat naturalis seu spontanea, quam imitetur Medicus: v. g. in pleuritidis principio, dum omnia sunt cruda, superveniens diarrhæa est symptomatica; quod si septimâ die prægressis signis, tàm pepticis, quàm criticis, superveniat hæmorrhagia narium, morbum judicans, est Evacuatio critica; quod si ægro jam convalescente primas vias impuriores Medicus remedio catarctico purget, est Evacuatio artificialis; Aut laborat quidam variolis, in principio morbi est gravis hæmorrhagia narium, quæ est symptomatica; in statu autem morbi, à die quarto ad septimum sub ebullitionis tempore, supervenit excretio intercutanea, unde pustulæ, pruritus & ulcera, quæ Evacuatio spontanea est: post variolas autem hinc, necesse est, ut semel aut aliquoties evacuetur alvus; quæ ipsa Evacuatio est artificialis, & post illas præcedentes imitatur Medicus naturam, ad reliquias hinc inde hærentes eliminandas & extirpandas.

Utraque hæc Evacuatio seu Purgatio, præsertim artificialis, ratione loci & materiæ evacuandæ, est vel Universalis vel Particularis: Illa est, quæ promiscuè ex variis locis ac partibus, aliàs à natura per motus suos criticos demonstratis, indiscriminatim evacuat, ut ejusdem usus & effectus in totam massam sanguineam, adeoque quoq; in universum corpus redundet; Particularis est, quæ excreta ex quadam parte solida, aut ejus cavitate evacuat, ita ut ejus usus non nisi in eam ipsam partem, aut proximè in vicinas, redundet. Universalis est quintuplex: per superiora in vomitu; per inferiora seu intestina in secessibus; per vias ⊡rias in diuresi; per poros intercutaneos in sudore; vel per salivales denique glandulas in Ptyalismo seu Salivatione: Particularis verò nunc per os in apophlegmatismis; nunc per nares in Errhinis & Sternutatoriis; nunc per aures; nunc ex pectore sub expectoratione muci; nunc ex utero; nunc ex intestinis per Clysmata aliasque injectiones; nunc ex aliis promiscuè expurgans noxium.

MEMBRUM III.

DE EVACUANTIBUS IN SPECIE.

Hinc

ARTICULUS I.

De

VOMITORIIS.

QUæ per superiora evacuant, ordinariò Vomitoria vocantur. Purgationem talem, seu humorum variorum, præsertim ex Medici intentione cacochymicorum, adeoque excrementitiorum, tam per superiora, quàm per inferiora, Evacuationem quod attinet, ejus doctorem ipsam habemus naturam, quæ non rarò in statu morboso aut critico motu stimulata, nunc per vomitum, nunc per secessum, morbum judicat, non absque felici eventu: vid. *SCHENCKIUS in observat. l. 2. pag.* 244. & *PANAROLLUS Pentec. 1. observat. 36.* aut in statu sano non criticè spontaneas tamen & salutares subinde in sanis instituit Evacuationes: vid. *SCHENCKIUS l. a. l. 3. pag.* 428. v. g. secundùm anni mutationes verno aut autumnali præsertim tempore, item secundùm victus mutationes,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0346-5 DFG

tiones, dum v.g. vel ex copiosorum vel minus convenientium alimentorum ingestione ventriculum gravatum exonerat, & à sarcina ista molesta liberat, aut in peregrinantibus salutares frequentes instituit diarrhæas multorum morborum præcautrices: Vomitum principio morborum acutorum, & in ingruentibus intermittentium febrium paroxysmis, utiliter natura ipsa ciet, & per periodicos, aut sanguinis aut humorum excrementitiorum variorum Vomitus, Splenetici aliique Valetudinarii sæpè insigne levamen percipiunt. Conf. *SCHENCKIUS l. a. l. 3. pag. 328, 330. item BARTHOLINUS Centur. 3. Histor. 36. Rhodium Centur. 2. Observat. 62, 64. sequ. PANAROLLUS Pentec. 1. Observat. 22.*

Quidni ergo imitetur naturæ motum Medicus, & Vomitum instituat, ubi necessarius & utilis videtur? *Modus, quo fit Vomitus*, notus est, & præsuppono, eum esse nil aliud, quàm spasmum seu motum convulsivum stomachi, oriundum ex læsione seu irritatione pylori, tanquam in stomacho Rectoris, factâ à medicamento assumpto. Quando enim irritatur vel molestatur stomachus, primò pylorus, qui rectè ab *HELMONTIO* vocatur Rector, se contrahit, quia maximè fibrosus est; unde si convellitur, mox systole seu contractio totius ventriculi ab orificio inferiori ad superius sequitur, ac tandem totius œsophagi materiam sursum effundentis; id quod imprimis docuit avtopsia *OLAI RUDBECCII Observat.* 20. in cane vivo dissecto, in *Messe Aurea HEMSTERHUSII p.* 232. Vid. etiam *WILLISIUS in Pharmac. Ration. P.* 1. *ubi de Vomitu p.* 31. & *WEPFERUS de Cicuta Aquat. pag* 250. & 251. ubi similis motus per anatomen fuit observatus.

Est enim *Vomitus spasmus* seu *motus convulsivus totius ventriculi* cum juncto ipsi œsophago; cujus spasmi causa primaria effectiva est impetus spirituum animalium influentium: hinc est, quod interdum ex sola imaginatione superveniat Vomitus, quod ipsum non, nisi in certa spirituum animalium quoad motum modificatione consistere potest.

Causa efficiens instrumentalis sunt fibræ, tàm circulares quàm rectæ, tunicarum ventriculi, tàm musculosæ seu fibrosæ quàm internæ nerveæ: à fibris enim rectis quoad longitudinem; à circularibus quoad latitudinem & profunditatem, adeoque secundum omnes dimensiones arctatur & corrugatur ventriculus; & ita necessariò quævis contenta forti conatu exprimuntur. *Remota* seu *Occasionalis* Causa est omne id, quod irritare, hoc est, sensibili molestiâ afficere potest internam tunicam ventriculi.

Principium motus hujus convulsivi est plerumque à pyloro, qui Janitoris fungitur munere, cùm præsit & Retentioni & dimissioni atque transmissioni contentorum ad ventriculum: interim tamen & in duodeno principium motus hujus convulsivi observatum fuit; sicut & ipsum quandoque ventriculi medium: vid. *WEPFERUS dicto loco.* A pyloro tamen utplurimum principium est conatus vomitorii; & hinc pylorus imprimis instructus est circulo nerveo, qui nihil aliud est, quàm fibrarum nervearum circularium conglomeratarum congeries; unde etiam suo motu contractivo alias ventriculi partes longè superat. Scilicet duplex est orificium ventriculi, superius & inferius: à superioris contractura oritur nausea, unde in nausea difficulter deglutimus & non sine difficultate, orificio superiori arctius se contrahente, transmittimus Assumpta; ab inferioris verò contractura oritur motus vomitorius, cùm strictura superioris orificii strictura inferioris prævaleat, & motu peristaltico inverso sursum per superius orificium contenta ejaculari pollet; inde vomitus sæpe fiunt laborioii, es stehet und drücket / und will doch nicht fort / sondern macht grosse Hertzens-Angst. Scilicèt quando fibris prope pylorum peristalticè, sed inversè, motis orificium superius se nimis fortiter stringit, ita ut non nisi fortissima pylori & ventriculi strictura tandem superari, & per hoc superiora versus omnia contenta per pressionis modum foras rejici queant.

Ex his jam dictis vel spontè patet, quomodo Vomitoria propriè sic dicta, mole etiam minima, operentur? simpliciter scilicet irritando; quod nempe habeant particulas adeò rigidas & acutas, quæ vehementer fodicare & pungere valeant ventriculi tunicam interiorem, ex quibus puncturis, præsertim propè pylorum, motus convulsivus, & ita vomitus supervenit.

Clarum hoc est, quando Vomitoria quælibet, etsi tantillum eorum circa fauces hæreat, ac post assumptionem restitet, sensilem molestiam & irritationem inferunt, quam phlogosis seu rubor faucium cum dolore insequitur: v.g. grana ij ℞ij vitæ, remedii ♃alis, violentum concitant vomitum; & ipse in me observavi sensum molestissimum in faucibus sub hujus usurpatione, similem vellicationi, quæ est à gustato ingratiori remedio Vitriolico. Par ratio est Asari; si enim pulveris hujus parum in pharynge aut isthmo faucium hæreat, molestia seu vellicatio, sui tamen generis quasi à pipere assumpto, percipitur. Talis itaque si in ventriculo quoque facta sit, à spiculis rigidior particularum remedii comitem vomitum post se ducere solet.

Alia impropriè dicta Vomitoria sunt, quæ vel mole, vel fluctuatione, vel simili modo, molestant ventriculum, eumque ad vomitum provocant: sic e. g. provocat vomitum ▽ probè ⊖ita copiosior ingurgitata, copiâ ▽æ fluctuantis, & ⊖is superflui molestantis & irritantis seu stimulantis stomachum: par ratio est jusculorum nimis pinguium, aut ▽æ cum oleo calido permistæ, vel cerevisiæ calidæ cum butyro largiùs impregnatæ, dum vomitum producunt. Nempe pinguia, quatenus partim inimica ventriculo, dum difficulter digeruntur, partim quatenus ▽ copiosâ diluuntur, & ita fluctuatione suâ ventriculo plus minus molesta sunt, vomitum concitant. Par ratio est, quando digito immisso faucibus, membranâ gulæ intimâ irritatâ, & per consensum contracturâ concinnatâ, Vomitus provocatur.

Huic Vomitus motui, tanquam primario, alii adhuc 2 *motus constrictivi* in vehementiori conatu junguntur per consensum: *Primus* nempe motus *duodeni intestini*, quod totum, & interdum ulteriùs usque ad jejuni principium unà convellitur & irritatur. Continuum enim hoc est principio jejuni & pyloro, unde ex fortiori hujus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0347-1 DFG

convulsione, simul etiam duodenum se contrahit: sub hac duodeni vellicatione & convulsione concitantur & vellicantur simul ductus, pancreaticus & choledochus, qui plus minus concussi & motu tremulo affecti, atque ita quasi contracti, sic copiosiùs solito effundunt suos contentos succos, tàm bilem quàm lympham pancreaticam: ut post vomitum unum atque alterum, dum denuò se laxat pylorus, superiora versus in stomachum, ob contracturam duodeni & jejuni tunc adhuc perdurantem, regurgitant, & ita quoque per repetitos vomitus subinde unà ejici solent. Hinc fit, ut signum ritè purgati per vomitum ventriculi judicentur, quando biliosa genuina in fine & flavescentia ejiciuntur; hinc etiam est, quod sæpe varia, flava & viridia, amara, acida & variegata, per repetitum vomitum ejiciantur, quæ rarò, aut saltem non omnia, in ventriculo præextiterunt.

Observetur ergò distinctio recrementorum. Flava, quæ post aliquot vomitus, eaque pauca & amarissima, solent ejici, sunt ex folliculo felleo, & tunc signum est, quod omne sit evacuatum & eradicatum malum; ab intestini enim duodeni, in quo ductus cholodochus inseritur, validiori constricturâ bilis sursum in ventriculum regurgitat, & ita talis humor per vomitum repetitis vicibus rejicitur, vel gustatur tantum: Quæ autem in principio statim vomitus rejiciuntur flava subdulcia, eò tantùm ex stomacho veniunt, & sunt recrementa chyli corrupti, quod vitium frequenter oritur post nimium potum, si simul edimus.

Cum hoc convulsivo stomachi motu motus *secundus*, qui unà observatur, est motus *thoracis* exspirationis convulsivus, qui in omni, & præsertim in laboriosiori vomitu, observatur: Nempe nemo inspirando, sed semper exspirando, vomere potest. Jam verò fortiter simul thoracem, ejusque præsertim costas, constringi & convelli, ex sensu notum est; cùm præsertim sub & post vomitum de dolore intercostalium locorum ægri conqueri soleant. Contrahuntur quoque faciliter, & valdoperè convelluntur diaphragma & musculi thoracis exspirationi inservientes, ut & musculi abdominis quivis sub isto contractu vomitus exspiratorio fortiter contrahuntur, sicut per avtopsiam anatomicam patet, quod diaphragma crebriùs succuti, & validiore sui succussione ventriculum simul commovere ad vomitum soleat; hinc præsertim circa costas inferiores, ubi faciliùs fibræ contrahuntur, dolor percipitur. Quoad musculos abdominis, de his etiam testatur sensus, & quilibet vomituriens percipit, validè contrahi hoc musculos. Cum hoc simultaneo thoracis motu convulsivo simul cum impetu ≏ ex pulmonum fistulis eliditur, ratione cujus pulmonum & thoracis cavitatibus vehementer angustatis, in vomitu unà non rarò cum impetu expellitur, quicquid in ipso thorace & pulmonibus est, aut phlegmata viscida, v.g. in asthmate humoroso ex bronchiis pulmonum; aut materia copiosa purulenta, pulmones aggravans, ut in phthisi nondum adeò desperata fieri solet; & unâ vice per vomitum in tali phthisico plus vidi rejectum, quàm aliàs aliquot ♂ tussiendo exscreasset. Ratio autem, quod simul contrahatur diaphragma atque thorax, & per consequens reliqui musculi thoracis, est ex consensu cum stomacho, nato ex nervo paris ad stomachum, & præsertim orificium ejus superius duos insigniores ramos distribuentis, & cum intercostali nervo motui thoracis inserviente, hinc inde variis plexibus mutuò conspirantibus, atque sic plurimum conferunt ad thoracis constrictionem; unde fortiùs irritati omnes conjunctas suas partes vehementiùs movent. Accedit & contactus diaphragmatis & stomachi mutuus circa superius orificium, ratione cujus ex consensu cum ventriculo affecto aut singultus pertinaces, aut tusses siccæ, aut asthmata, non sunt rara; unde & vomitus in affectibus pectoris est optimus, & valdè proficuus. Hæc de modo.

Quod attinet Vomitus *usum* medicinalem, contra obtrectatores horum ipsa natura loquitur, quando interdum spontanei oriuntur vomitus, periodicæ diarrhææ verno tempore, vel post victum alteratum factâ prius excandescentiâ, ubi summo cum naturæ conamine hoc, vel in itineribus: quæ diarrhæa spontanea non fit à natura irritata, sed ejus provido consilio. Ergò Medico arte licet imitari ejus conatus: adeoque reverà *polychrestus vomitus erit usus*, utpote cujus ope sæpiùs contenta cum impetu & valido conatu ex ventriculo evelluntur, quæ aliàs à communibus Purgantibus aut non, aut saltem difficulter, aut parcè ejicerentur. Nempe rarò contenta in ventriculo à purgantibus eliciuntur & evacuantur, cùm hunc minus irritare, sed ferè solùm contenta intestinorum eliminare soleant.

Cùm autem viscida & vitiosa contenta ventriculi aut vicinarum partium primariò intestini duodeni, suo modo hepatis, aut vasorum felleorum & pancreatis, item vitiosa, indeque cæterorum, remotiorum licet, partium ejici debeant, quæ aliàs difficulter ejiciuntur, Vomitus in his omnibus optimus est;

qui

(1) hæc ipsa cum conatu rejicit,
& hinc

(2) præter contenta ventriculi & primarum viarum, etiam contenta pectoris in specie, & quæ in fistulis pulmonum pertinaciùs hærent, elidi per vomitum, ac simul per consensum ac motum thoracis constrictorium ejici observantur.

Patet *ex his facilè & spontè, quæ vis, & quantus sit usus Vomitoriorum?* Nempe cùm tantùm non omnium, aut plurium saltem morborum radix hæreat in ventriculo & primis viis, etiam iis præsertim vomitus *succurret*, radicem eradicando, & quantum possibile evellendo, aut saltem fomitem morbosum aut multiplicationem causæ morbificæ maturè subtrahendo, & ita incrementum morborum in tempore præcavendo; unde etiam longè à primis viis dissitis morbis sæpiùs prodesse, in Praxi quotidiè observatur. Hinc sequitur, usum vel simpliciter, vel ex evacuatione violenta primarum viarum, vel secundò ex insigni pectoris, abdominis & viscerum contentorum, imò tantùm non totius generis nervosi succussione & concussione ex vomitu derivari posse; hinc radix curandarum febrium intermittentium contumacium consistit in vomitu, præsertim quartanæ; & dubito, an quartana etiam

fine

ſine vomitu curari tutò queat, adeò ut & repetitus in hac Vomitus proficuus ſit? Purgantia enim propriè ſic dicta in ea ſunt ſimpliciter nociva magis, niſi in ipſo paroxyſmo dentur; cùm econtrà in & poſt paroxyſmum Vomitoria, vel ante inſequentem maximè conferant: adeoque rectè *FREITAGIUS* radicis quartanæ curationem in repetito ſæpiùs vomitu conſiſtere ait, quicquid etiam contradicat *WILLISIUS* ac *KERGERUS*, non ſecus ac in morbis acutis & febribus continuis, tàm benignis, quàm malignis, in quarum principio Vomitoria ſemper habent locum. In benignis res per ſe nota eſt; in malignis petechialibus, verbi gratiâ, in principio, præmiſſo ſtatim Vomitorio, hoc commodi habent ægri, ut toto morbi curſu ſint quieti, ſive etiam moriantur, ſive reconvaleſcant; nec adeò jectabundi & inquieti, quàm ſi Vomitus omiſſus fuerit, quemadmodum id ſtudiosè aliquoties obſervavi. Unde etiam, ſi interdum morbi maligni ab inſpirato per halitum contagio oriuntur, in iis, dum contagium præter maſſam ſanguineam ſemper primò afficiat orificium ſtomachi ſuperius, in quo primos inſultus ſentiunt ægri, admodum proficua ſunt Vomitoria, & omnia ſymptomata præcavent, maturè ſi propinata fuerint. Hinc etiam, quando tempore epidemico peſtilentiali conqueruntur de nauſea ſine cauſa, ſuſpicioſi ſint de contagio, & mox ſumant vomitorium, obſervatum enim eſt, quod ægris, antequam bubones & carbunculi eruperint, in principio ſtatim optimè profuerit Vomitus. In ſpecie in omnibus morbis chronicis cardo curandi ferè conſiſtit in vomitu, omnique cachexia, tàm marium, quàm fœminarum, in quibus curationis principium ſit Vomitorium, quod & interdum in progreſſu repeti poteſt; item in hypochondriaco malo Vomitoria ſunt optima, unde etiam ad præſervationem Vomitus omni menſtruo aut bimeſtri ſpatio, ſive per medicamenta, ſive per inebriationem provocatus ſalutaris eſt: videatur *LANGIUS in Epiſtol. l.* 1. *Epiſt.* 30. præſertim in junioribus, & qui vitam agunt ſedentariam, item pro radice evellenda in ſcorbuto vomitus ſemper eſt neceſſarius: in cachexia icterica, tàm flava quàm nigra (utpote quæ accidentaliter tantùm differunt) ſine vomitu rarò curare ægros, aut diuturnior eorum curatio ſine hoc erit: item in affectibus, qui hypochondriaca pathemata inſequuntur, cum aut ſine lienis vitio, aliisque his cognatis chronicis affectibus, ex acido vitioſo primarum viarum natis, e. g. proſtrato appetitu, Melancholicis & Maniacis, quorum auxilium ſemper vomitus, etiam repetitus, requiritur: ſæpe Maniacos & furibundos cicurare, aut tantillum pacatos reddere, ſine vomitu impoſſibile eſt; hocque non niſi gravioribus & fortioribus Vomitoriis, per helleborum album præſertim, mites & hinc perquam tractabiles fiunt; unde & quævis alia, imprimis anodyna, poſt Vomitum poſtmodum operantur optimè, quæ aliàs ſine hoc eſſent nocentiſſima: in ſingultu contumaciori, ubi cauſa irritans incuneata pertinaciùs eſt impacta rugis & ſuccis ventriculi, ac imprimis orificio ſuperiori, vomitus utramque facit paginam; item in angoſtiis & anxietatibus præcordiorum ex orificio ſtomachi: ad præcavendos nephritidis aut podagræ paroxyſmos, quorum ſpicula cuduntur in ſtomacho, vomitus eſt ſaluberrimus, ut quotannis bis inſtituto vomitu, præprimis verno auautumnali tempore propinatis Vomitoriis paroxyſmos podagricos & alios rariores aut mitiores vel planè remittentes reddiderint; non ſecus ac calculi generationes ſic præcaveri ſolent. Sanè omnes Practici laudant maturè inſtitutos vomitus ad præcavendam aut mitigandam podagram, & in ipſo etiam paroxyſmo ſuadent; quod tamen cum cautela recipiendum, cùm non ſemper tutò fieri poſſe videatur: affectus pectoris, tuſſim diuturnam, imprimis quæ eſt ex conſenſu ventriculi, vix ſine vomitu curabimus: par ratio eſt in aſthmate humoroſo, tàm in quàm extra paroxyſmum, quatenus contenta in bronchiorum fiſtulis ita diſpoſita jam ſunt, ut commodè evacuari queant, nec adeò viſcida ampliùs ſint; hinc per vomitum multa cum ſenſili levamine ægri evacuantur: item in phthiſi, ubi pulmo exulceratus, quando adſunt copioſa purulenta, ſed tali ſimul, in qua nulla adhuc obſervata fuit hæmoptyſis (aliàs enim periculum eſt, ne iterum ſuperveniat) pro liberando ægro à ſarcina copioſioris puris, pulmones infarcientis, vomitus interdum provocatus multum prodeſt: in pleuritide item ſuppurata, empyemate & hydrope pectoris vomitus pro expurgando purè eſt ſingularis uſus, teſte *BARTHOLETO de Reſpiratione*; ne diuturniori morâ majorem noxam pulmonibus inferat: nam plus puris in Empyematicis ſæpè cum impetu per vomitum excernitur, quàm ſputo aut tuſſi per 8 ♂, modò homo non ſit phthiſicus; non ſecus ac in affectibus capitis per conſenſum, ut vertigine, quæ oritur ex ſtomacho & primis viis, optimè prodeſt fortior Vomitus; & ipſa natura hunc in caducis præſertim ſæpiùs ſponte provocat. Par ratio eſt in apoplectico paroxyſmo, quando vulgò Clyſteres acres in principio, cum ægrotorum tamen periculo, adhibent, nihil iis operantibus. Fiat potiùs initium à vomitu forti, doſi interdum repetitâ aut duplicatâ; ſic maturiùs longè ad ſe redeunt ægri, & longè facilius, ſi curabilis adhuc eſt apoplexia, quàm clyſmate & aliis. Cura fiat per Vomitorium, ſemper mox propinandum; etiam cum ſpirituoſis miſtum infundendum eſt, niſi aliud quid urgens obſtet, & fortior ſit morbus. Eadem eſt ratio in epilepſia, præſertim in infantibus, habituali, dum per aliquot horas, in diuturniori præſertim paroxyſmo, inſtar mortuorum jacent, antequam ad ſe redeant ægri; hinc Vomitoria, etiam repetitâ doſi, infundantur, donec operentur; quanquàm rarò per ſuperiora hoc fiat, frequentiùs & ſæpiùs per inferiora, omni motu naturali perverſo, hinc tandem ad ſe redeunt, & evigilant quaſi patientes miſeri. Cephalalgiæ per conſenſum ſtomachi vomitu curantur: quod etiam in philtris valet, quando ſuſpicio eſt exhibiti philtri, ſive veri, ſive imaginarii, vix venenoſum hoc ſine vomitu poterit removeri: ad affectus itidem narcoticos pro excitandis ægris Vomitoria maturè propinata ſunt optima: item ad Gas ſylveſtre & venenoſum, exhalans ex carbonibus, cellis vinariis, aut cereviſiariis ſub fermentationis motu, pro ægris inde apparentes ita mortuis reſuſcitandis, aut noxa ulteriori præcavendis, maturè in fortiori doſi propinantur Vomitoria; hinc mox ad ſe redibunt. Hicque uſus eſt ratione Evacuationis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0349-5 DFG

Ratione concussionis & vellicationis abdominis in secundina retenta, fœtu mortuo, partu difficili, & aliis similibus affectibus, ubi omnia aliàs ritè se habent, & tamen nequit excludi fœtus, ultimum auxilium est vomitus, mediante cujus fortiori & concitatiori impetu foràs una eliditur: vid. *BILLICHIUS in Observat. & Paradox. Chymicis, l. 2. cap. 14. pag. 161.* cui propter hanc causam ♀ vitæ adeò probatus est. Facit huc Observatio *POTERII*, quod in muliere, vesicæ calculo laborante, propinavit vomitorium, sub cujus violenta operatione calculus simul cum auxilio ægræ excussus fuerit: de apoplexia superiùs dictum, nempe ratione totius systematis nervosi vomitum in ea conferre: *conf. MOEBIUS in Institut. pag. 445. item in Dissertat. eleganti de Natura & Usu Vomitoriorum*, item in *HOFFMANNI Methodo Medendi l. 1. cap. 9. pag. 120. & ANGELUS SALA de Ternar. Emeticorum*, ubi simul docetur legitimus Vomitoria adhibendi modus ac regimen, cum quo confer. *GRULINGIUS in Florileg. P. 4. c. 19. & præsertim MYNSYCHTHIUS in Armament. Chymico pag. 15.*

Quod attinet regimen ac methodum administrandi ac instituendi Vomitoria, observanda sunt Indicantia, Coindicantia, & Contraindicantia. Indicant Vomitum imprimis causæ materialis naturaliter aliàs evacuandæ situs seu locus, conditio & motus. Situs seu locus, an sit circa ventriculum, intestinum jejunum, pectus, &c. verbo: loca talia, ex quibus Vomitus beneficio expelli queat: Conditio est, an sit mobilis, ita ut possit commodè per superiora evacuari: Quoad motum, an contentum evacuandum ita sit conditionatum, ut è suo loco moveri, & sic cum levamine ægri evacuari possit.

Cognoscuntur hæc à supervenientibus symptomatibus; e.g. qui crebriùs nauseant, habent stomachi dolorem & cardialgiam, qui leviter aliàs vomunt, qui patiuntur murmura, agitationes, fluxiones, & dolores circa epigastrii regionem primam &c. In his, cæteris paribus, innuitur motus & turgescentia materiæ morbosæ circa stomachi regionem, vergentis sursum ad vomitum, qui hôc ipso imperatur.

Coindicantia, seu quæ confirmant istam Coindicationem, sunt ætas ægri: sic infantes facilè vomunt, & minori labore, quàm adulti, ita ut, aliis Indicatis respondentibus, iis etiam in cunis tutò Vomitoria possimus propinare, quia plerumque eorum vitia à stomacho dependent: sic etiam ætas juvenilis magis adhuc, minus verò senilis ac decrepita, Vomitum concedit, in quibus etiam tardiùs & difficiliùs, si ex urgente necessitate propinentur, operantur. Facit huc etiam multum constitutio corporis: nam de hoc *HIPPOCRATIS Section. 4. Aphorism. 6.* dicit; *quod qui ad vomendum sunt faciles, per superiora sint purgandi*; & *Aphorism. 4. qui habent collum non angustum non crassum, nec nimis curtum sed aliquomodo procerum & longum, pectus amplum & sine noxa, & sunt graciliori habitu, facilè vomunt*; item tempus anni; verno enim & æstivo tempore deprehenduntur succi corporis turgescibiles, & facilè evacuabiles, secus reliquis temporibus; hinc æstate superiores ventres, hyeme verò inferiores purgandi. Dein ventriculi status plus minus robustus; Quo magis enim robustus hic, eò faciliùs & tutiùs, (modò orificium non sit nimis rigidum) vomunt; quo debilior & imbecillior, aut si atoniâ simul laborent fibræ ejus, eò minus provocandus est vomitus. Facit etiam huc aliquid consuetudo: Quo magis enim Vomitui ventriculus adsuetus, eò tutiùs & faciliùs fibræ motui ventriculi peristaltico inverso obsecundant, & hinc vomunt. Denique Vires: Quæ, quo magis robustæ, eò magis permittunt, & quo magis infirmatæ seu debiles, eò plus minus vel planè non Vomitum concedunt.

Contra Indicantia, seu quæ Vomitum prohibent, sunt

(1) Constitutio corporis, tàm in inepta conformatione, quàm nimia crassitie: v.g. si collum sit breve, crassum & angustum, qui pectore sunt angustiore & obeso, aut malè conformato; item qui crassiores, obesiores, aut corpulentiores sunt, in iis difficilior est vomitus, vel saltem periculum subest (præsertim in iis, qui malè conformatum habent pectus, aut spinam dorsi) ne ruptum vasorum pulmonalium aut intercostalium sub graviori eo conatu contingat.

(2) Procidentia quædam in partibus abdominis, ut in herniis quibusvis, tàm scrotalibus quàm umbilicalibus (quamvis aliàs hæ etiam differant) & mulieribus pro lapsu sinus pudoris, & procidentia ani & uteri laborantibus; unde abstineant à vomitu, ne dicta eorum mala exasperentur, cùm constet, etiam à violentiori vomitu interdum hernias posse induci: vid. *MYNSYCHTHIUS loco allegato, ubi de Tartaro Emetico.*

(3) Imprægnatio: Gravidis & Prægnantibus, propter metum abortus & abdominis angustiam, mediis gestationis mensibus minimè convenit. Objiciat quis, quod gravidæ primô & mediò gestationis temporibus spontè frequenter vomant, unde benè pariunt? Resp. duo cùm faciunt idem, non est idem. Positô hôc, tamen non facilè Vomitum in iis, præprimis mediis & ultimis mensibus, excitemus.

(4) Omnes capitis affectus per essentiam: Unde in epilepsia, vertigine, cephalalgia, &c. contumacioribus, temperatè instituatur Vomitus, cùm semper sanguinis circulatio ad vasa superiora observetur sub vomitu impediri, unde vasa circa frontem & collum tumere videntur.

(5) Oculorum affectus: Unde, qui oculorum doloribus sunt obnoxii, & præsertim inflammationibus laborant, caveant à vomitoriis; mirè enim oculi vomitu aut læduntur, aut in iis magis exasperatur ophthalmia.

(6) Hæmoptysis: Hinc qui cruenta sputa ejiciunt, abstineant ab iisdem Vomitoriis, cùm malum aut exasperetur, aut paroxysmus provocetur, sive ex ruptura, sive ex erosione vasorum, sit malum.

(7) Idiosyncrasia.

(8) Affectus abdominis convulsivi habituales, i.e. Hypochondriaci aut Hystericæ, item Iliaci aut Colici in Colica habituali convulsiva, non humorosa, difficulter Vomitu tentantur: sæpè enim provocari malum, & revocari solet à Vomitorio paroxysmus, aut ileos excitatur.

(9) Tumores inveterati abdominis, mesenterii, glandularum ejus, scirrhi epatis aut lienis, contraindicant vomitum, cùm nullum levamen inde sit sperandum; sed harum partium ferè inflammationem, & alia mala, excitare soleant.

Deni-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0350-6 DFG

Denique

(10) Mensium defectus diuturnior ex uteri vitio Vomitoria arcet & vetat; cùm periculum subsit, ne tali in statu per motum hunc violentum, aut menstruatio superflua, seu nimius eorum fluxus, aut vomitus planè cruentus, concitetur, ac gravius malum insequatur.

Evenire interdum solet, ut ex propinato Vomitorio non sequatur Vomitus, idque cum supervenientibus ferè distinctis phœnomenis, cujus effectus potissimus quadruplex causa esse solet: Fit nempe

(1) ob mucum seu pituitam viscidiorem ac tenaciorem, incrustantem undique parietes ventriculi: Unde cùm propter crustam mucosam non æquè penetrare queant spicula remediorum vomitoriorum, fit ut ea, etiam in dupla dosi, nihil aut parum operentur; In specie licet observare in iis, qui in lue Venerea Mercurialibus tractantur; dum enim non supervenit aut ritè succedit salivatio, copiosissimus in ventriculo subsistit mucus, unde cardialgia seu ventriculi anxietas, cephalalgia, dyspnœia, &c. oriuntur: hîc autem succurrendum per Vomitum, quæ remedia tamen reverà duplâ etiam dosi parum aut nihil operasse observavi.

(2) Ob acidum, nunc naturale nunc præternaturale, intensiùs figens & corrigens texturam particularum Vomitorii. Videmus hoc in Melancholia hypochondriaca, ubi nihil operantur hæc remedia, nisi in dupla vel tripla propinata dosi: Ab acido enim eorum fixiori ita enervantur, ut ex inversa eorum textura nullus sequatur effectus.

(3) Ob robur ventriculi firmius, præsertim orificii superioris seu sinistri: Utut enim tales miserè angantur à vomitu, propter orificii tamen hujus fortem nimis contracturam, & denegatam aperturam, planè nihil aut parum evacuatur, sed omnia deorsum potiùs promoventur.

(4) Ob sensus ventriculi deficientiam, in quibus nec stimulus medicamenti sentitur, nec defectu sensationis spasmus excitatur, v. g. in senibus à lethali morbo correptis; verbo: in quibus vis animalis languet, & ad sui extinctionem properat, vomitus non succedit, quod ordinariò est lethale, ceu aliquoties observavi; innuit enim quasi inchoantem vitium in ventriculo extinctionem, & stomachum utplurimum relaxatum, quod pessimum signum est.

Si ergò instituendus est Vomitus medicamentis, observetur *regimen justum* sub remedii operatione, ut

(α) facilitetur Vomitus,

(β) ut nimius maturè aufferatur.

Concedatur itaque remedio sua operatio, & quamdiu sponte vomant ægri, nihil ulteriùs tentetur.

Facilitatur Vomitus in specie manuum applicatione ad hypochondria; ubi verò difficiliùs fit vomitio propter vehiculi humidi defectum, convenit in hoc casu, ut promoveatur per potum calidum aquosum, ▽m ⊖sam calidam, vel butyro largiter mistam, cerevisiam calidam butyraceam, aut aliud jusculum pingue bene ⊖itum, laxum reddens orificium, sic promovetur largior vomendi conatus, qui aliquoties jam sponte frustrà fuit peractus: sicut etiam intrusio pollicis aut pennæ oleo intinctæ in pharyngem, eam irritat, Vomitum multùm facilitat, & subsistentem promovet. Quod *si* verò fiat, ut multus ac *superfluus fiat vomitus*, & nimia hyperemesis superveniat, ibi consultissimum est, ut mox haustus vini generosi calidi propinetur; sic omnis vomitus statim sistitur, & in præcordiis cruciatus facilè evanescunt, licèt à fortioribus antimonialibus stomachus irritatus fuisset, & licèt vice primâ rejiciatur, reiteratus tamen post vomitum aliqualem cum buccella panis emesin egregiè sistit; optimè quoque sisti dicitur pulvere pumicis in vino propinati: vid. *CARDILUCIUS Commentar. in Praxin Hartmanni p.* 10. item opiata obstupefacientia Aromaticis sociata, hinc essentia opii cum aqua cinnamomi aut spiritu theriacali, vel sola Theriaca in quocunque vehiculo, v.g. vino assumpta, mox vomitum cohibere solet, aut etiam eadem Theriaca cum spiritu vini crocato ventriculo calidè applicata.

Remedia autem Vomitoria in omnibus tribus naturæ regnis habemus, pauca tamen, eaque usitatione & meliora seligamus: inusitata enim & obsoleta jam sunt illa & ▽ & ♁, quod tonum ventriculi laxent ac debilitent. De cætero vid. *ANGELUS SALA & PETRUS CASTELLUS de Vomitoriis: Aqua Conradi & Plateri emetica* non amplius in usu sunt. Pauperrimum in hoc est regnum animale, & nihil exhibet, præter

Rasuram Unguium humanorum,

vi tamen & operandi modo occulto: miscentur cum vino, & fit potens satis remedium, suprà & infrà purgans: sic

℞. *rasur. ungu. hum.* ℥j.
Infund. in
Vini Rhenani ℔ j.

digeratur: rasura ferè tota in mucilaginem dissolvitur: filtraturæ add.

V ℥j. M.

& de vino hoc emetico ℥ij. ad ℥ß. propinata fortiter Vomitum provocat. Fuit hoc remedium Castrense extemporaneum Celeberrimi in Polonia Medici *CNOEFFELII*, dum in castris ibi versaretur. Plura videbitis *in BECKERI Medico Microcosm pag.* 14.

In Vegetabili Regno prostant Gratiolæ, Gummi Guttæ, Helleborus albus, Nicotiana, Radix Asari, &c. de quibus, eorumque præparatione, videb. *in citatis* Autoribus, & præterea in *WALÆI Methodo Medendi pag.* 59. Inter hæc 2. imprimis excellunt Asarum & Helleborus albus.

Asari Radix

exactè trita seu minutissimè pulverisata à ℥ß ad ℥j propinata in haustu seu vehiculo vini calido, Vomitorium est optimum, imprimis febrium chronicarum, in quibus præstantius observatur ♃alibus, ac speciatim in quartana: nempe præter acrimoniam, quæ provocat vomitum, simul habet fortem odorem & penetrantem saporem aromaticum, in quo residet vis specialis corrigendi fermentum febrile, ejusque fomitem viscosum dissolvendi, in febribus chronicis, præsertim in quartana, obvium; unde rectè à Strobelbergero Tract. de Remed. Febrium intermittentium, radix asari duabus vel tribus horis, & vicibus repetitis ante paroxysmum à ℥ß ad ℥j usurpanda commendatur: exactè

tamen sit pulverisata; ita enim ferè & alvum & sudorem cum urina simul movet; crassior enim citò nimis rejicitur, & propterea vim alterativam minus exserere potest. In forma liquida remedia plus minus graduata suggerit: mitissimum est, si

℞. *fol. asari rec.* no. viij ad x.

Probè abluta, minutim concisa, infundantur in

▽ *card. bened.* ℥iij. jv. & v.

stent in loco tepido, & digerantur per noctem: Capiatur Colatura, & add.

oxym. simpl. ℥ß ad ℥j.

& propinetur; blandum & mite est Vomitorium.

Fortius fit, si

℞. *folia asari* no. jv.
terantur cum
oxym. simpl. ℥ß ad ℥j.

ut successivè in consistentiam liquidam abeant: diluantur c. s. q. ▽ *cujusdam appropriata.*

Fortissimum est, si

℞. *succ. ex fol asari recent. trit.*
express. ℥iij.
oxym simpl. ℥ß ad ℥j.

diluantur cum ▽ *quadam appropriata.*

Propinatum hoc cum impetu vim vomitoriam exserit.

Et hæc Asarina usitatiora sunt. Coagulum seu Extractum cum spiritu vini, de quo Hartmannus in Praxi Chymiatrica, etiam quibusdam locis usuale est. Dosis ℈ß l. ℈j. Decoctum asari cum aqua bene ebullitum vi omni vomitoriâ caret, & ritè administratum, blandum diureticum & potens diaphoreticum in morbis chronicis, præsertim ex vitiis primarum viarum ortis, existit.

Succedit

Helleborus albus,

adeò generosus, ut ☿alia etiam superet, unde rarior etiam ejus est usus, & non, nisi ubi ☿alia non sufficiunt, in subsidium vocandus speciatim in Maniacis & Furiosis est specificum purgans, & propter vim alterativam cum Vomitorio conjunctam, generosum simul eorum alterans. Veteres, tempore imprimis *HIPPOCRATIS*, Helleborismo crebriùs usi sunt (unde natum proverbium: Ellebori indiget; seu caput elleboro dignum); in nostro tamen climate cautiùs usurpandus, quia violentum remedium est. Jubebam aliquando mulieri cuidam, materialistæ uxori, facere nodulum ex speciebus in officina sua obviis; quibus etiam ex aliis Helleborum nigrum immiscere jusseram; famulus verò ejusdem, loco hujus recepit album, me & herâ insciâ: mulier infundebat in vinum, bibebat, & corripiebatur vomitu adeò vehementi, ut etiam cruentus secutus fuerit: subolfeci statim dolum, unde interrogato famulo etiam certus factus, utpote dicente: der weise wäre besser; sed hera demum ejus noxam experta est.

Præparatio verò *Hellebori* hæc est:

℞. *rad. elleb. albi* ℥ß. ad ℥j.

Decoqu. in s. q. *Vini* ad mollitiem: Decoctionis hujus primæ vinum abjicitur, quia nimis venenosum, dennò radix infunditur in vinum calidum novum, digeratur per noctem in loco tepido sine ebullitione; Colaturæ sine expressione detur ℥j. quæ abundè sufficit: vel si in operando fortiùs desideretur, recipiatur Colatura tantundem expressa.

Cum hoc remedio, repetitis vicibus, mirè cicurantur & mites reddentur Maniaci: vid. *Colleg. Practicum l. 2. cap. de Mania.*

Essentia hellebori albi, cum Expectorantibus mista, promovet expectorationem, Heurnio attestante: vid. *FREITAGIUS de Helleboro.* In usu etiam est oxymel helleboratum Quercetani. Dosis cochl. j.

Juxta hæc est

Sambucus,

etiam plebejorum commune remedium. Recipiunt *julos ejus recentes*, faciunt cum *aceto* & *oleo* ✠arium, cujus cochlearia aliquot assumpta, fortiter superiùs & inferiùs purgant.

Tutiùs sumitur ☌ *expressum ex arillis baccarum sambuci*, item *ebuli*, quod efficax satis est aliquot guttularum dosi, aut ad summum ℥ß dosi propinatum; vel etiam arilli horum conquassati saltem à ℥ß ad ℥ij in vino infusi; Vinum impregnatum filtretur & edulcoretur.

Spectat huc etiam

Cortex Juglandis,

mirè à *JOELE* in venenis commendatus, cum vino infusus: item

Gummi de Peru,

ad gr. viij: si verò præparatum est cum spiritu vitrioli, non amplius est emeticum.

Huc etiam pertinet

Conserva Gratiola

ad ℥iij vel ℥ß.

Agmen claudit

Nicotiana,

modò fumus ejus cum saliva simul deglutiatur; mirè enim vexat hicce aliàs inscios: qui fumus instar Clysmatis Anglis usitati intestinis immittitur, cujus instrumentum describit *BARTHOLINUS Centur. 6. Histor. Anatom.* & *SIMON PAULI Quadripart. Botan. Class. 3. pag. 462. & 463.* Egregium est remedium in doloribus colicis, mitigans simul & evacuans per alvum. Aliquando experimentandi gratiâ Studioso cuidam in clysmate simul præscripsi Tabacum, & incoquere jussi, vixque injecto hoc, utut saltem ℥ij incoctæ fuerint, gravissima inducta sunt symptomata, æger pallescere, angi circa præcordia, contremiscere, sudore frigido corripi, &c. videbatur; quæ tamen omnia post haustum calidi vini generosi evanuerunt. Si igitur Vomitorium ex ea postuletur:

℞. *fol. nicot. Virgin. incis.* ℥j.

Infundantur c. ▽ vel etiam cum *vino*: Hujus Colaturæ ℥ß ad ℥j efficax & robustum satis Vomitorium est. Infundi unà potest *Cinnamomum* & *santalum rubrum.*

Loco hujus Infusi:

℞. *Extracti ejus* gr. ß ad gr. j. seu instar pisi majoris.

Vis Vegetabilium horum emetica consistit materialiter in substantia resinosa seu resina eorum, unde vis hæc emetica per ▽, tanquam menstruum homogeneum, est extrahibilis; formaliter in hujus resinæ acrimonia juncta acerrima, fortissimè penetrante membranas ventriculi, & efficacissimè interiorem ejus nerveam membranam pungente & radicante, à cujus irritationibus necessariò spasmus, & hinc vomitus, provocatur. Acrimoniæ hujus specialis ratio, seu qualis particularum harum figuratio sit? adhuc latet, & à priori adhuc inexplicabilis est.

Opti-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0352-8 DFG

Optima, potentissima & tutissima Vomitoria subministrat regnum minerale ex Antimonio, quod nobilissimum, & hactenus imprimis usitatum est, ut Vitriolo & Mercurio optimè pro hoc scopo carere queamus. Nam Vegetabilia subinde excruciant ægros; Mercurialia & ♁acea stomacho membranoso maximè sunt hostilia, ejusque robur summè prosternunt; adeoque pauca ☿alia ritè usurpata sunt instar omnium. Ex innumerabili ergò caterva præparationum Antimonii paucas & selectiores proponam, tàm in forma liquida, quàm sicca. In forma liquida occurrunt Vina seu Infusa Vomitoria, Syrupi Vomitorii, & Sapæ emeticæ seu vomitoriæ.

Vinum Emeticum,

usitatissimè fit ex vitro Antimonii pulverisato vel non pulverisato, à granis vij ad ℈j, cum vino Rhenano; cujus loco etiam sumi potest crocus metallorum per simplicem detonationem & calcinationem, cum ana nitri factus; quia vinum Rhenanum est acidulum, & optimè imprægnatur ☿alibus particulis, sive multum sive parum de Antimonio infundatur, nihil refert, modò determinetur vini hauriendi, non contenti quantitas; prout *KERKRINGIUS in Commentar. ad Basil. Valent. Currum Triumphal.* notat. Hæc Infusa ☿alia per chartam bibulam probè filtrata blanda & tuta sunt, & sufficienter provocabunt Vomitus. Notetur, ut probè filtrentur, ne quid de substantia ☿ali assumatur, quia aliàs hypercatharsis & choleræ periculum excitatur: nam licèt insensile sit, quod vinum abradit ex antimonio, nihilominus est aliquid materiale; unde, quantum possibile, subtilioribus tantùm transeuntibus, particulæ crassiores filtro sunt coërcendæ, ne ab iis hyperemesis eveniat. Hinc etiam vina acidula, Rhenanum, Franconiense, Misnense, &c. tantùm conveniunt, cùm acidum sit, quod rodit superficiem ☿alium horum; Vinum enim Malvaticum, & alia dulcia, parum aut nihil capiunt exinde, & utplurimum per inferiora purgare solent. Alii ex vitro Antimonii parant *parva pocula*, quibus determinatam quantitatem vini per noctem in loco tepido infundunt: hoc altero mane filtratum propinant ægro, & optimum est Vomitorium. Optimum quoque Vomitorium pro delicatulis est *Syrupus* & *Sapa Vomitoria Sylvii*, parata ex *Infusione vitri antimonii pulverisati* ℥ß ad ℥j in *succi* cujusdam *vegetabilis aciduli*, v.g. *musti recentis*, l. *succi pomorum*, *rubi idæi*, *cydonior.* &c. ℔j ad ℔jß in loco tepido; hinc aliquot dierum digestione, diligenti agitatione & filtratione inspissatur vel ad consistentiam mellis, cujus dosis ℈ß, gr. xv, &c. vel syrupi, cujus dosis ʒß ad ʒj, l. Rob, cujus dosis gr. ij. l. iij. pro inspissationis ratione. *Syrupum Emeticum* optimè parare docet *LUDOVICI in sua Pharmac. pag.* 212, cujus modus est certus, alii incerti semper. Præparatio hæc est:

℞. *Croci metallor. ritè par.* ʒj.

Infundatur in ✠ *vini* (non destillati; hoc enim vim ejus figendo infringit & castrat) ℥iiiß ad ℥jv: stent in loco tepido in digestione per aliquot ☌☍ crebrius agitando, filtrentur, & filtraturæ addatur

sacchari dimidium, l. potiùs ana,

(in loco enim calido facilè dissolvitur) & in consistentia hac aut sufficienti servetur pro usu sine ulteriori ebullitione aut evaporatione; quo plus enim phlegmatis exhalat, eò incertior determinari potest ejus dosis.

Hæc pauca sufficiant ex Liquidis.

Quoad ea, quæ in forma sicca adhibentur, quæritur: Annon

Antimonium crudum

sine igne & ☉ium alteratione per se sit Vomitorium? & negatur; si verò super porphyritide exactissimè cum stimulo ☉ino in pollinem redactum, emeticum omninò est. Relatum mihi fuit, quendam Medicum recepisse ☿*ij crudi* & ♃*i* ana part. æqual., quæ 2. super porphyritidem blandè humectando & exactè terendo in subtilissimum pulverem redegerit, sub nomine *Pulveris Catholici*, qui sub granis aliquot egregiè purgasset suprà & infrà: Sed non tutum est hoc Emeticum. Præ aliis eminet Crocus Metallorum, ☿ vitæ & ♀ emeticus *Mynsichthii*.

Crocus Metallorum,

non est parandus viâ communi cum nitro, sed fiat simpliciter per calcinationem & fusionem cum alcalisato fixo, sive hoc fiat in via sicca, sive humida. In sicca

℞. *Alcalisati cujusvis* (non præcisè ☉ absinthii, uti vult Mynsychthius, sed potius ♀, aut etiam ex ana ♃*i* & ♀*i invicem fixatorum*) hujus & ☿*ij crudi* ana, fundantur in crucibulo: ubi probè fusa & in fluxus steterint, effundantur, & solvantur in ▽: solutione factâ & agitatione blandâ decantetur liquor & filtretur, Crocus intensè flavescens, vel, si ritè paretur, rubescens, sæpiùs edulcorandus, relinquatur.

Dosis gr. v. vj. vij. ad viij, cum ana Crem. ♀i in vehiculo calido propinandus, blandè nec laboriosè operatur, vomitus egregiè movens.

In via humida

℞. *Lixiv. fortiss. alcalisati cujusdam*, qu. s. eique infundatur

☿*ij crudi probè pulveris.* ana, respectu ☉is alcalisati.

Ebulliant invicem, successivè, quantum de ▽ exhalat, calidam addendo per horas 3. l. 4, refrigescant probè, agitentur omnia, & liquor spissamento saltem supernatans blandè decantetur & filtretur, sic crocus seu sulphur antimonii manet in filtro, probè edulcorandus, & eodem modo usurpandus.

Juxta hunc est

Tartarus Emeticus,

qui fit vel ex his *Crocis*, vel *Mercurio Vitæ*, in via tam sicca quàm humida. Si in via sicca,

℞. respectu *Croci hujus*, *Cremor.* ♀*i* ana, ʒplum l. ʒplum.

quæ diutiùs & exactiùs trita usurpentur.

Sin in humida,

℞. *Decoct. fervens*, in quo ♀ dissolutus:

Infundatur *Crocus Metallorum*; ebulliant aliquandiu, filtrentur hinc fervidè, & crystalli, qui concrescunt, sumantur.

Dosis est à gr. ij l. iij ad gr. jv, rarissimè v.

Melior est, qui beneficio ebullitionis quàm ope trituræ fit; solvuntur enim & miscentur exactiùs. - - - - - - -

- Præscribitur cum tantillo sacchari, ut sine nausea assumatur: si volumus, ut purget suprà & infrà, addatur scammonium sulphuratum.

Sequi-

Sequitur nunc

Mercurius Vitæ,

remedium, si ritè paratum sit, non inelegans.

℞. *Butyr. ☿ij probè rectif. duab. l. tribus vicibus*, & hinc c. ⊡ *calida humana* ⊽otur in ☿ium vitæ (qui est genuina *rosa mineralis Angeli Salæ*) edulcoretur probè, & asservetur pro usu.

Dosis gr. ij. iij vel jv. sine insigni operatur violentia. Mitior hic est eo, quàm qui fit simplici ⊽atione cum aqua communi; generosior, quàm qui fit cum oleo ♃i, per deliquium: hoc enim figit, & propter acidas particulas, Regulo antimonii pertinaciùs adhærescentes, in ⊽atione se sociat cum sale ♃i, & ita fit concretum ⊖sum tertium, quod raro per vomitus, sæpiùs per inferiora tantùm purgat.

Dubium est, in quonam consistat virtus emetica antimonii? Notum enim est, in eo esse binas substantias seu partes, concretum ejus componentes:

1. Sulphur ejus externum, minerali simile; &
2. Nucleum seu Regulum Antimonii propriè dictum, qui constat etiam ♃e suo interno paulò fixiori, pauco, sed sufficienti, ita ut coagulet substantiam ☿ij copiosam, de natura ♄i.

Dubitatur inde, in quonam harum substantiarum vis vomitoria consistat materialiter? nemo dubitat, formaliter operandi vim in acrimonia ⊖ina quasi plus minus consistere, quod sapor ☿ij vitæ docet. Quoad subjectum seu materiale, quæritur, an in substantia ♃ea vel regulina hoc consistat? Resp. In nullo horum separatim, sed in utroque conjunctim; emergit enim ex arcta conjunctione ♃is externi cum regulo tale concretum, quod ita contextum texturâ suâ speciali est, ut vim irritantem acrem possideat, quam sequitur vomitus: sic tamen, ut magis in regulo, quàm in ♃e externo, vis illa residear. Probatur id

(1.) ex cinnabari antimonii, quæ ritè parata nihil participat de regulo antimonii, sed purum ♃ est, quod coagulat ☿ium in cinnabarin; unde vi laxativâ penitus spoliata est; Econtrà

(2.) Mercurius Vitæ purè regulinus est, seu regulus in spiritu ⊖is concentrato solutus, utut aliquantulum de ♃e participet; potens tamen est Emeticum.

(3.) Vitrum antimonii spoliatum est per calcinationem maximam partem ♃e externo, & ferè simpliciter constat ex regulo cum sulphure interno; potissimum tamen est Emeticum. Hinc

(4.) Acida ⊚ata figendo invertunt texturam ☿alem, ut inversâ vi emeticâ fiant diaphoretica: Jam verò nitrata non agunt in ♃, sed simpliciter in regulum ejus, quem rodunt, alterant, & hujus medio ♃ plus minus simul invertunt.

Quod Crocos allegatos attinet, qui per ⊖ia alcalisata parantur, sicut ii non sunt purè ♃ei, sed de regulo participant; ita fusi in ☿ crudum redeunt, ex quo texturam sanè combinatam, hincque vim emeticam, habent.

Vitriolacea sunt pessima, & ne grano quidem eorum utendum suaserim ulli: Omnium horum mitissimum est

Sal Vitrioli emeticum,

post ∽ & olei destillationem ex *capite mortuo* elixiviatum, quod, utut à *SALA in Ternar. Vomitor. Manna Vomitoria* vocetur, & adeò decantetur ab ipso, ut longè præferat aliis; tamen ab eo abstinendum est potiùs. Nam profectò ⊕lacea malignitas nocentissima est ventriculo, non solùm quoque tamdiu, quamdiu Vomitus durat, sed etiam post aliquot ♂, imò septimanas, nauseam post se relinquit. Vitriolum Martis insons est; vis enim vomitoria à Venere oritur, inimicâ ventriculo; unde ⊖ Vitrioli Veneris nauseosissimum, in rugis & poris ventriculi dissolutum, profundè penetrans, diu sui vestigium relinquit, & ita stomachi tonum insigniter labefactat. Dosis ejus aliàs est ℈j ad ʒß l. ℈ij.

Quoad

Mercurialia,

v.g. Arcanum Corallinum *Crollii*, Mercurium Corallatum *Hartmanni*, aut etiam Turbith minerale; hæc ipsa, si per acidi additionem Vitriolicam naturam acquisiverint, sive per se ☿ij ♃ extraversum fuerit, sanè inimica, non saltem laboriosa, sed etiam ventriculi tunicæ nerveæ perquam infensa sunt, & pernitiosissima post se relinquunt symptomata; unde & meritò hisce carere possumus, cùm loco horum ex ☿alibus tutiora longè & sufficientissima prostent. Pertinet huc ⊙ vitæ *Kegleri*, quod videbitis in *SENNERTI Institutionibus*.

Formulæ Vomitoriorum nonnullæ sint hæ, & quidem in forma pulveris:

℞. *pulv. rad. asari* ʒj.
D. S.
Brech-Pulver auff einmahl.

℞. ♃i *emet. Mynſ.* gr. ij. iij. ad jv.
vel *Ludovici* gr. v. ad vj.
sacch. albiss. q. pl.
M. f. pulv. ſ. ut suprà.

Si velimus ut purget suprà & infrà:

℞. ♃i *emet. Mynſ.* gr. ij.
scamm. ♃*at.* gr. iij.
M. f. pulvis.

& satis purgabit.

In forma Bolorum autem:

℞. *Conſ. menthæ* ʒj.
☿ij *vitæ ritè par.* gr. ij.
ſyr. de Canell. q. ſ.
M. f. Bolus, S.
Brech-Lattwerge auff einmahl.

Item tali modo:

℞. *Piror. Moſcatell. cond.* n. ij.
evacuentur, & unicuique indatur
☿ij *vitæ* gr. j.
D. S.
Brech-Birnen auff einmahl.
Vel

℞. *Ceraſ. nigr. condit.* no. jv.
eximantur nuclei, & indantur
♃i *emet. Mynſ.* gr. iij. jv. ad v.
D. S.
Brech-Kirschen auff einmahl.

Optimè verò dantur Vomitoria in forma liquida, in specie sub forma Infusi:

℞. *Croci metall. l. ſimpl. l. abſinthiac. Mynſ.* aut *vitri* ☿ij aut ☿ij *vitæ*, gr. jv. v. ad vj.

Infund.

Infund. in ſ. q. *Vini Rhenani* : ſtent in loco tepido per ♃, manè probè filtretur per chartam. detur pro doſi ℥ß, ʒj ad ℥iß; ſi robuſtiores ſint, ℥ij ad ſummum, S.

Brech-Wein auff einmahl.

Vel

℞. *ſyrup. ſ. oxyſacch. emet. Lud.* aut *Ang. Salæ* ℥ß ad ʒvj.

D. S.

Brechſafft auff einmahl.

Vel

℞. ▽ *mentha* ℥j.
ſyr. emet. Lud. l. Ang. Salæ ℥ß ad ʒvj.
▽ *cinnam.* ʒij.

M. D. S.

Brech-Tränckelein auff einmahl.

Ubi materia viſcida & tenax in ſtomacho hæret, tunc commodè propinetur tale Vomitorium reſolvens ſimul:

℞. ▽ *hyſſopi* ℥ij.
cinnam. ʒij.
✝ *ſquillit.* ℥ß.
~ *g* ✱ *ei c.* ⊖ ℥ß ad ʒj.
ſyr. emet. ℥ß ad ʒvj.

M. D. S.

Brech-Tränckelein auff einmahl.

ARTICULUS II.
DE
CATHARCTICIS, *ſeu* PURGANTIBUS *propriè dictis* PER ALVUM.

POſt Emeſin ſequitur Catharſis, h.e. Purgatio, & medicamenta purgantia per inferiora, alvum ſeu ſeceſſum. Dum enim ex medicamento aſſumpto per alvum ſequitur excrementitiorum humorum excretio, in ſpecie dicitur *Purgatio*, ſive humores iſti contineantur in certis locis & vaſis, ſive ſint extra vaſa; v.g. ▽æ hydropicorum, aut ſanguis in partibus internis extravaſatus & congrumatus, &c. Inſinuatur aliàs per eam non aliud, quàm Evacuatio Cacochymiæ, ſeu ſuccorum qualitate peccantium. Primus Autor modi hujus Evacuationum eſt ipſa natura, quæ non ratò ſponte, ſub mutationibus vel diætæ, vel tempeſtatum anni, vel climatis & ⚟is in peregrinationibus, Diarrhæas ſpontaneas, easque ſalutares, excitat; non ſecus ac eadem ſubinde graviſſimos morbos per motus criticos tales auſpicatiſſimo ſucceſſu ſolvit. Utilitas ejus in legitimo & dogmatico uſu per ſe clara eſt, utut illegitimo & empirico abuſu non levia etiam inducat damna. Legitimam ergò adminiſtrandi rationem addiſcere poteſtis in *SENNERTI Inſtitut. l. 5. P. 2. Sect. 1. cap. 5. uſque ad 12. in M. M. HOFFMANNI l. 1. cap. 7. pag. 41. ſeqq. uti & in WALÆO p. 32. & ſequ.*

Purgatio autem omnis eſt duplex, vel Eradicativa aut propriè ſic dicta, vel ſaltem Laxatio alvi, Veteribus Lenitio dicta, unde Medicamenta lenientia orta, quæ repetito uſu per ἐπίκρασιν evacuare dicuntur; & ſunt, quando ſaltem primæ viæ blandè evacuantur & mundificantur, ſive id fiat vel ſimpliciter abſtergendo, vel ſimul inteſtina leniter irritando. Abſtergentia, & parietes inteſtinorum quaſi detergentia, ſunt v.g. tartarea, ⊕ata, & hinc parata evporiſta varia, cremor ♀i, ♀ ⊕latus, ⊖ eſſentiale ♀i, arcanum duplicatum ſeu nitrum ⊕latum, item ⊖✱, quæ omnia incidendo, attenuando, & blandè abſtergendo primas vias, laxare ſolent, ſtimulis Purgantium ſociata. Quod ſi ergò ſimul aliqualis ſtimulus requiratur, recipiatur Purgantis, e.g. jalappæ, doſeos 4ta pars, gr. jv. l. v, & ſocietur cum quodam illorum Lenientium: nempe recip. ſcammon. præp. c. ▽, abjectâ pice, gr. ij l. iij, ſocietur dictorum cuidam; & blandè abſtergit primas vias, alvumque laxabit; vel recipiatur mite Infuſum ſennatum, quod reſpectu ſennæ in parva, reſpectu autem vehiculi in largiori doſi, propinari poteſt. Huc etiam pertinent pilulæ Glaſſianæ uſuales, quæ ſingulis ſeptimanis veſpertino tempore in morbis chronicis vulgò aſſumi ſolent: ſic hodie Galli & Itali utuntur Bolo ex Caſſia vel manna, & illius quidem ʒjß ad ʒij, und iſt ein ziemlicher Biſſen einzuſchlucken; quod tamen minus apud noſtrates conſuetum eſt, ob diſpoſitionem, tàm in viris quàm fœminis, ad hypochondriacum malum communem; caſſia enim his tormina concitat, & affectus ⊡rios, nunc dyſuriam, nunc ſtranguriam, infert: Manna autem infantibus quidem cum pulte propinari poteſt: minus tamen convenit in adultis propter dulcorem ſuum fermentativum, præſertim mulieribus, in quibus tormina colica & paroxyſmos hyſtericos provocat. Et hæc Laxativa ſunt optima, quibus plus omninò tribuendum eſt, quàm propriè dictis Purgantibus: ſæpiùs autem adhibitis tantùm iis præſtari poteſt, quantum validiſſimis iſtis Purgantibus unâ vice; illa enim blandè, hæc cum univerſali corporis turbatione operantur.

Eradicativa, vel propriè dicta *Purgatio* eſt, quæ vel ſubitò & unâ vice confertim, vel ſucceſſivè ſeu repetitis vicibus, & per epicraſin mediantibus nodulis, quæ Purgatio omnium optima eſt, inſtituitur, & copioſè per alvum evacuant. Utraque reſpicit non ſolùm contenta primarum viarum excernenda, ſed ulteriùs quoque pergit, & nunc ex maſſa ſanguinea, nunc ex partibus ſolidis, eorumque cavitatibus, noxium copioſè evacuat: v.g. copioſè evacuant contentas ▽s ex ipſo abdominis cavo; ſcammonium ex maſſa ſanguinea copioſa liquamina evacuare facit. Hoſtile autem hoc ſeu inimicum & noxium eſt, quicquid cum contentis in maſſa ſanguinea homogeneis perfectè haud commiſcibile exiſtit, nec unibile eſt in texturam homogeneam, talem ſcilicet, qualem requirit ejusdem craſis ſeminalis. Hoc omne igitur proſcribendum eſt ex maſſa ſanguinea; & reliquis contentis ſolidis hoſtile eſt iſtud, quod iisdem perfectè aſſimilari nequit: unde propter defectum debitæ aſſimilationis moleſtum ipſis & perpetuum irritans exiſtit, quare neceſſe eſt, ut id maturè evacuetur. Ejuſmodi autem Purgantia propriè dicta iis tantùm, qui robore viſcerum adhuc plus minus pollent, propinanda veniunt, aliàs anima ſimul expurgatur.

Interim in maſſa ſanguinea diſtinguendus & probè obſervandus eſt *ſtatus cruditatis & coctionis*, de quibus infrà; qui ad quamvis evacuationem univerſalem contentorum in maſſa ſanguinea applicandus eſt, ita ut non ad purgationem ſolùm, ſed etiam ad diaphoreſin, diureſin, &c. pro legitima horum remediorum adminiſtratione reſpectus ſit habendus. Sequitur igitur Purgatio in ſpecie ſic dicta, ubi ante omnia præmonendum, plauſibile vulgò & ſpecioſum eſſe Purgantium nomen, cujus origo tam ex inſcitia, & vana ſimul plebis perſuaſione nata fuit: In genuino nempe ſenſu idem valet Purgatio ac Eva-

cuatio noxii & excrementitii, relicto utili & nutritio; & sicut scopis ædes purgantur, ita purgantibus corporis contenta mundificari deberent.

Sed *optandum esset, darentur vera* talia *Purgantia*, hoc est, quæ ex nominis ratione sordes saltem excrementitias, aut heterogenea quæcunque præternaturalia, ex corpore & massa sanguinea eliminarent, citra utilium nutritivorumque succorum corruptionem simultaneam & depravationem. Verùm, si rem ritè consideremus, illa, quæ vulgò Purgantium nomine veniunt, non sunt talia, sed sub speciosо & blandiente hoc nomine potiùs virulentiam nocivam, plus minus validam, gerunt absconditam, quo sub prætextu morbum haud raro tantùm ea palliant, non verò curant.

Dicendum igitur est, omne Purgans in & cum effectu, quemcunque etiam præstet, simul virulentiæ suæ nocivæ ratione, multum nocere. Hoc probatur proinde, quod Purgantia non saltem inutile, sed promiscuè utile atque noxium eliminent; quia Purgantia eadem sanos æquè ac ægros utplurimum æqualiter vexant, ut rectè urget *HELMONTIUS Passiva Humorist. deceptione.* Ponamus sanum & ægrum, propinemus iis in legitima dosi Purgans, eadem excreta ex utroque videbimus sæpè in eadem quantitate: vid. *CNOEFFELIUS de M. M. Febres Epidemicas*; idque eò magis, quo intensior fuerit dosis: Unde hæc in homine sano, quem præsupponimus, & quidem repetitis vicibus, eundem semper sortitur effectum. Quare, cùm uterque æqualiter purgetur, fucus subest, quod non saltem nocivum, sed & utile aggrediantur Purgantia.

Objiciat quis, quod in quibusdam plus, in aliis minus vel planè nihil, operentur Purgantia; unde Purgantia recrementa præternaturalia evacuare, concludendum sit! Resp. (1) Causa hujus rei non est remedium, nec præcisè major vel minor copia evacuata, sed causa in stomacho est. Cujus enim stomachus robore digestivo pollet, nec facilè, nec etiam à generosis Purgantibus purgatur; quia Purgans in hujus stomacho plus corrigitur & cicuratur, in altero minus: qui contrà stomachus minus alterare Purgans valet, hunc copiosè & satis abundanter evacuat. Verùm hoc est in iis (quod quotidiè in illis experimur) in quibus acidum naturale vel præternaturale abundat, v. g. in Hypochondriacis & Melancholicis, in quibus, sicut Vomitoria in dupla vel tripla dosi propinare necesse habemus, ita & Purgantia generosissima nihil vel parum saltem operantur, utut scateant excrementis, quatenus ab acido ventriculi robustiore virulentia eorum plus minus nociva cicuratur, enervatur & corrigitur. (2) in sanissimis, si fortius propinetur Purgans, tantam sordium, stercorum fœtidissimorum formâ, copiam sæpè ad 20, 30, 34, 40, imò 70 & plures sedes evacuant, quas impossibile esset citra præsens periculum vitæ aut sanitatis in corpore sano subsistere. Nonne suspicio hìc est, quod de novo generentur excrementa ex utilioribus succis? Materialiter quidem adest copia, non verò formaliter in corpore præsentia fuerunt. Unde & (3) ægri, *qui ex legitima Purgatione deberent* secundùm *HIPPOCRATEM in aphor. 25. Section. 1. levari, insigniter sæpiùs debilitantur & laduntur*; unde &, teste experientia, & *HELMONTIO Tractatu Scabies & Ulcera Scholarum, item cap. 5. de Febribus*, quo *copiosiora Purgantia assumuntur, eò magis debilius fit corpus, quia interdum evacuatio ista adeò est nociva, ut qui anteà est sanus, alacer, integris viribus, levis in saltu & cursu, &c. post Purgationem redactus erit ad maciem, vigor & floridus corporis habitus perit, trement genua, genæ collapsæ, vox rauca, &c. erunt*; persistentibus (4) nihilominus morbis sub antiqua contumacia, licèt Purgantia frequenter continuata seu repetita fuerint. Si enim saltem recrementa morbosa eliminarentur, cessaret utique morbus: Jam verò notum est, quod etiam post reiteratas Purgationes quartana & febres quæcunque pertinaces persistant, & notabiliter exasperentur: scabies item (quæ levi ♀ij odoratu pellitur) per Purgantia non curatur: Arthritis & Scorbutus pertinacissimè ingravescunt sub Purgantium usu. Nempe quicquid præstant, operantur saltem, dum productum morbosum evacuant, radicem verò morbosam non attingunt, nec fermentorum vitia corrigunt; sicut phthisicorum exulceratus pulmo non curatur per Expectorantia, sed per ea tantùm pus in iis hærens excernitur. Itaque non sola noxia aut morbus ipse per purgantia, sed productum saltem morbosum evacuatur; dum econtrà (5) varia & tetra inferunt symptomata, nauseam, horrorem, tormina abdominis spasmodica, subinde in manifestas convulsiones terminantia; ac (6) debilitas virium, lipothymiæ, syncope, singultus, & febres supervenientes, non obscurè malignitatis & virulentiæ, corpori nostro nocivæ, ea arguunt, quæ non saltem noxium, sed & utile simul, aggrediantur & evacuent, quod etiam Medici ingenui omnes fatentur, quando dicunt; Omnia Purgantia esse maligna, putrefactiva, &c. unde corrigere & eorum ferociam cicurare satagunt Practici. Testatur id horror, quem ventriculus ex solo odore purgantis sæpiùs capit: Memini pharmacopæum hìc ad Insigne Salomonis, virgini cuidam species diaturbith cum rhabarbaro, larvatas unà cum pulvere cinnamomi, pro purgante exhibuisse; purgabatur quidem ea, sed plus 50 vicibus, adeò ut hinc excoriationem podicis & hypercatharsin pateretur; & quia purgans remedium pulvere cinnamomi larvatum erat, ventriculus adeò nauseabundè ejus odorem imposterum horrebat, ut ultra biennium cinnamomum non potuerit assumere, vel odorem ejus perferre. (7) Docet id etiam tetra & pernitiosa hypercatharsis, nunc cruenta, nunc non cruenta, superveniens eorum præsertim fortiori usui; Cruentæ enim dysenteriæ quædam species conciliari non posset, si purgantia utile tantùm evacuent: Aliud autem sanguis floridus excretus, tormina crudelia, virium defectus, extremorum frigus, cordis palpitatio, &c. testantur. Hinc (8) ab omnibus Practicis tàm studiosè inculcatur, ut purgantia non, nisi additis correctivis, propinentur. Dicunt enim: Purgantia faciunt tormina, flatus excitant, nauseam movent, &c. igitur corrigenda ea per aromatica, cinnamomum, maces, semina quatuor carminativa, &c. sed fucus latitat; nec enim qualitas illa nociva his ipsis corrigitur. Nam qualis hæc est correctio? similis ac si quis vestimenta macularet, ut ea mundificet, vel quatenus quis gladium Balsamo Peruviano vellet illinire, ut minus vulneraret & sauciaret.

Quare, ut verum fatear, ingens fucus & impostura sub specie purgantium nomine latet, quoniam sanè quælibet Purgantia promiscuâ suâ virulentiâ & putrefactivâ colliquatione indiscriminatim tàm nocivos quàm utiles, adeoq; tàm alimentitios, quàm excrementitios corporis nostri succos seu humores in sanis resolvunt, colliquant & eva-

evacuant, & quas non inveniunt sordes, eas corrumpendo corporis contenta efficiunt, & maximam partem factas eliminant, nisi eorum virulentiam robustior paulò stomachus, ratione succi acidi fermentativi, plus minus corrigat.

Verum quidem est, si adsunt recrementa in primis viis, quod hæc ad sui excretionem stimulent; verum etiam est, quod si massa sanguinea cacochymica sit & heterogenea, quæ promiscuè simul in sanguinem & chylum nutritivum operentur, sordes itidem fabricent, ægrum vexent, & vires simul labefactent, simili scilicet ratione atque ♀ vivus: vel externè cum unguento inunctus, vel quocunque modo larvatus, internè usu continuato assumptus contenta corporis in liquamen serosum colliquat; qui sæpiùs etiam salivatione evacuat, tàm in sanissimis quàm ægris, sive scabiosis, sive lue Venereâ infectis, & sic promiscuè tàm recrementa, quàm in specie quoque resolvendo nutrimentum corporis chylosum seu spermaticum, & colliquefaciendo, hoc ipsum cum reliquis humoribus in formam muci salivalis (cum quo tamen & sordes quæcunq; , v.g. in scabie, in specie contagio Venereo alteratæ, unà evacuantur) copiosissimi transmutat & evacuat, atque itidem, quas non invenit sordes, fabricat.

Par ratio Purgantium est, quæ in ægrorum & sanorum contenta simili ratione operantur, & in sordes transmutãt stercoreas, quicquid ipsis obtigerit, adeò ut recrementa, quæ per Purgantia eliminantur, non fuerint ita formaliter in corpore, sed quod per alterationem colliquefactivam contenta corporis naturalia corrupta fuerint, & per talem formam rejiciantur; unde, quantum juvant noxium eliminando, tantum etiam nocent utile corrumpendo.

Hinc, quantum possibile, in Praxi à vehementioribus Purgantibus, aut repetito eorum usu abstineamus, aliàs plus semper nocemus, quàm prosumus, & plus de viribus defraudamur, quàm noxium eliminando eas fulcimus.

Dum ergò ita indiscriminatim agunt & operantur Purgantia, certè ratione ⊖is volatilis acris fermentando, etiam ipsi massæ sanguineæ non leve incommodum inferent, bilem corrumpunt, (præsertim quando non abundat) & præternaturaliter detrahunt, ventriculum notabiliter lædunt, & demum intestina vitiosissimè irritant per ea scilicet, quæ sunt vehementiora & fortiora, v.g. colocynthis, turpethum, scammoniũ, jalappa, euphorbium, gummi de Peru, esula, elaterium, helleborus albus, &c. Unde vehementes Purgationes tàm gravia etiã nocumenta insequi solent: helleborũ insequi convulsiones, jam olim notavit *HIPPOCRATES in aphor. l. 4 aphor. 16. l. 5. aphor. 1. & 4, l. 7. aphor. 25.* sic jalappam hypercatharsin ferè lethalem, teste *BARTHOL. Centur. 5. Histor. 69.* excitasse, uti & scammoniatum Pharmacum, Autore *HELMONTIO de Febribus cap. 5. § 13:* alia periculosas accendunt febres, Autore *GABELCHOVERO Cent. 6. Curat. 26. & 27:* vi purgantis vehementioris gangrænam, in corpore cacochymico introductam, observavit *HORSTIUS l. 9. Observat. 26.* cachexiam, anasarcam, hydropem leucophlegmaticum & asciten à malè applicatis validis & crebrioribus catharcticis illatos, refert *POTERIUS Centur. 2. Observat. 29.* Ergò cautiùs acrioribus, & præsertim graduatis seu drasticis utamur Purgantibus, quoniã semper tantum nocent, quantum prosunt, & sub specioso nomine hoc virulentiam malignam reconditã habent Purgantia, quæ, *HIPPOCRATE* teste, semper de viribus & substantia vitali corporis nostri deprædantur, dum bonos pariter ac malos corporis succos, seu sanguinem ipsum ac ejus chylosam partẽ unà cum rorida & alimentitia substantia solidarum partium fermentant, colliquefaciunt, resolvunt, & resoluta putrefaciunt, unde tàm horridi in excretis fœtores, execrabiles colores ac proprietates aliæ, à malignitate medicamenti ipsis per fermentativam & colliquefactivam corruptionem impressæ; hinc ab aliis inter venena, ab aliis medio inter venena & remedia loco, à *SCHNEIDERO* inter mitiora venena referuntur. A deoq; à quamplurimis *rectè* virulenta, *maligna* & nociva *statuuntur omnia propriè sic dicta Purgantia*, aloë forsan solâ cum rhabarbaro exceptâ, quæ sunt mitiora, in specie aloë, quæ citra colliquationem & malignitatem quandam operantur; reliqua verò corrumpunt excrementitios pariter ac vitales succos, eosq; putrefactos excerni faciunt: *conf. HELMONTIUS Tract. Potestas Medicaminum.* item *Scabies & Ulcera Scholarum*, item *de Febribus*, ubi de Purgantibus: His adjungatur *CNOEFFELIUS Tract. Methodus Medendi Febres Epidem. p. 66.* Quia autem Purgantibus carere non possumus, cautissimè propinentur, eaq; non, nisi summâ urgente necessitate, succinctâ dosi, & probè correcta. Non numeretur multitudo sedium, sed qualitas & euphoria ægri potiùs consideretur, ita ut si ter, quater vel quinquies vel sexies excrementa rejiciantur cum euphoria ægri, abundè sufficiant; quod superest, nocet. Nolite gloriari, quando per decades excretiones numerantur; misera est hæc plebeculæ rudis persuasio bonæ (scilicet) purgationis: quo plus enim evacuatur, eò nocentius est medicamentum purgans.

Porrò consideremus Purgantium vim seu efficaciam, secundùm quam operationem suam exserunt. Patebit hoc clariùs, si modum, quo operari solent medicamenta purgantia, præmittam: res est non parum intricata, idq; ex eo, quod varia ratione externè pariter & internè applicata licèt, semper tamen virulentiam suam afferant. Notum enim est

(1) Quosdam sola imaginatione, ac visa saltem Purgatione, nauseam concipere, hincq; fortiter satis purgari: vid. *HEINRICUS ab HEER in Observat. oppido raris* de hera & ancilla.

(2) Alios ex solo Purgantium suscepto odore tantùm sufficienter laxari, qualia exempla habet *SCHENCKIUS l. 3. Obs. p. 401, PANAROLLUS Pentec. 4. Obs. 28, SALMUTH Cent. 3. Obs. 14 & SCHNEIDERUS de Osse Cribrif. p. 219.*

(3) Purgantia externè applicata non rarò operantur; v.g. pilulis compressis salivâ subactis v.g. umbilico & ventriculi regioni applicatis Abbatissa quædam sufficienter purgata fuit: vid. *SCHENCKIUS l. 3. Observ. de Excrem. p. 401;* item pulsibus manuum & plantis pedum applicatæ pilulæ similiter purgant: vid *HOEFERUS in Hercule Medico p. 201.* Quidam ideò habent unguenta opomphalia, quæ umbilico imponuntur, ut purgent per alvum: vid. *WALÆUS M. M. p. 107.* Quidam Purgans tantùm aliquod manu retinendo, donec incalescat, & ∽ de se fundere possit, hoc præstare dicunt.

(4) Purgantia venis immediatè infusa violentiùs operantur, quàm

(5) per os assumpta.

Quod clarum est in canibus, quos ex venis infusa essentia jalappæ à ʒj ad ʒij largiùs & fortiùs, quàm per os assumpta, purgavit, prout testantur *scriptores de Chirurg. Infusor.* experimentis tàm in Anglia quàm Dantisci factis, utut canes aliàs non facilè purgentur: id quod confirmat simul, ab eorum fermento digestivo fortiter digeri remedia purgantia, & enervari.

(6) sive per os consueto modo assumantur, sive etiã

per alvum injiciantur, non tamen desinunt virulentiam suam (licèt integra per alvum denuò excernantur) exerere, &, diutiùs imprimis retenta, crebriores movere secessus: Vir hujus loci est ex ordine Senatorio, qui beneficio Clysteris ex decocto sibi familiari aliàs, quod senna ingreditur, decies & vicies purgari solet.

(7) Non semper per alvum, sed etiam interdum per alia loca, assumpta Purgantia operantur: ut nihil jam dicam de Purgatione artificiali magnetica, qua sine ulla applicatione medicamenti, tàm interni, quàm externi, Purgatio instituitur tanta, quantam eam volumus, & quæ pro lubitu etiam sisti potest in persona, quanquam longò dissita.

Accedit hìc

(8) quod non Vegetabilia solùm, sed etiam Animalia, v.g. rasura unguium humanorum, & vel maximè Mineralia, potentissimè operentur.

Denique etiam

(9) quod levi adjectione & detractione omnis ejus vis purgans tollatur, & succedat aut diuretica, aut diaphoretica; id quod in asaro in ▽ communi bullito, aut antimonio cum nitro fixato, manifestum est.

Quoad modum operandi, in genere omnia *Purgantia*, Vegetabilia & Mineralia, *duplici ratione* imprimis *videntur operari:*

1. fortè intestinorum, & ductuum ad ea derivatorum, irritatione & vellicatione, ut omnia Vomitoria, quæ stomachum vellicant, & reliqua intestina stimulant.

2. Contentorum corporis, præsertim chyli & sanguinis, atque cœterorum inde derivatorum liquidorum nimiâ dissolutione, & quadam fermentatione, ac simul quasi colliquatione, quæ in liquamen spissum fatiscendo, qua data porta, eliminant Purgantia: vid. Sennertus Institut. l. 5. Part. 1. Sect. 1. cap. 11.

Quædam igitur utroque, quædam alterutro tantùm operantur modo.

Pari ratione operantur ea, quæ acrimoniâ suâ amarissimâ intestinorum fibras irritant, easq; pertinaciter vellicando in vermiculationes & contractiones crebriores, ac si contentorum aut parietibus affixorum propulsionem cient: quod si & ductuum, pancreatici & choledochi, hiantium ora, item glandularum miliarium, vibrantur, & irritantur, & vellicantur, simul etiam humores in his contentos copiosiùs excerni faciunt, quod elegantissimè deducit *LOWERUS in Diatr. Defens. Pyretol. Willis. contra Mearam.* Hâc ratione omnia ♃alia videntur operari, imprimis si in substantia assumantur; minima enim horum, eaq; aculeata, irritando ventriculum vomitus, vel plicis intestinorum inhærentia fortem purgationem, interdum hypercatharsin, ex eorum vellicatione continua excitant: id quod pari modo etiam verum est de resinis vegetabilium acrioribus & amaricantibus, jalappæ, gummi guttæ, &c: quæ, nisi combinatæ sint ⊖ino abstersivo remedio, glutinosâ suâ texturâ pertinaciter adhærent intestinorum parietibus, horumq; fibrillas acrimoniâ suâ continuò vellicant, indeq; facillimè hypercatharses periculosas inducunt. Nunquam ergò solæ, sed stimulo ⊖ino junctæ, præscribantur: v.e.g.

℞. *Crem.* ♃ ℈j.
rad. jalappæ ʒß.
℥ *destillat. anisi* gutt. lj.
M. f. Pulvis, D. S.
Purgier-Pulver auff einmahl.

Item:

℞. ▽ *hyssopi* ℥j.
cinnam. ℥ß.
♃ ⊕ *lat.* gr. xij.
res. jalapp. gr. v.
g. guttæ gr. iij.
scammon. gr. ij.
Extr. troch. alsand. gr. j.
syr. de absinth. ℥ß.
M. D. S.
Purgier-Tränckleinwol umbzurütteln.

℞. *sem. melon.* ʒjß.
resin. jalapp. ℈ß.
c. s. q. ▽ *menthæ* conterantur in Emulsionem:
adde
Extr. troch. alsand. gr. j.
⊖♀ gr. viij. M.
edulcoretur *rotulis Manus Christi per lat.*
D. S.
Laxier-Milch auff einmahl.

Item ☌, ☿ assumptus, &c. acrimoniâ suâ corrosivâ horrendos vomitus, hypercatharses, & choleram ferè ad mortum, inferunt, atq; intestina irritando Purgationes provocant. Facit huc, quod vulgaria Purgantia sub majori dosi, quâ fortiùs irritant, evadant Vomitoria; sicut Vomitoria sub minori dosi saltem Cathartica per inferiora evadunt.

Quod autem hæc ipsa Purgantia ventriculum & intestina concitent, confirmat avtopsia anatomica, quod nunc ventriculus, nunc intestina hinc inde labefactata, & quasi inflammatoriâ dispositione affecta fuerint deprehensa, quorum exempla collegit *WEPFFERUS de Cicuta Aquat.* Et ipse sensus confirmat, si gusteur Purgans quoddam, & diutiùs in ore contineatur, semper in faucibus acrimoniam, dolorem, morsum, hinc tumorem & phlogosin supervenire. Paria ex identitate substantiæ in intestinis & ventriculo fieri, manifestum est.

Quæ autem simul colliquefaciendo operantur, sunt vel Vegetabilia vel Mineralia. Vegetabilia acrimoniâ suâ ultra primas vias penetrando simul inquinant, alterant & commiscent contenta corporis, quod & Mercurialia faciunt: Antimonialia simpliciter spiculis suis ventriculum & intestina fodicando, ultra primas vias non pergunt. Irritationis hujus effectus est, ut urgeantur intestina in crebriores motus peristalticos, & quasi contracturas vermiculatorias, quibus crebriores spasmi concitantur, & contenta, quæ parietibus eorum agglutinata sunt, extruduntur, & ulteriùs eliminantur.

Comes hujus motus sunt *Tormina*, quæ tunc temporis vexant ægros, quando intestina irritata spasmodico impetu convelluntur: item sub his ipsis irritationibus orificia ductus pancreatici & cholodochi, item glandularum intestinalium orificiola vellicando, quicquid in his & primis viis hæret, adeoque bilem ipsam, succum pancreaticum, & glandularum intestinalium (à *PEIERO* graphicè descriptarum) lympham, simul excernere faciunt Purgantia; & quicquid in modò dictis partibus stabulatur, promiscuè sive utile sive nocivum fuerit, evacuant.

Posteriori modo Vegetabilia reliqua acriora, & hinc quædam Mercurialia, quæ se contentis corporis immiscent, eaque corrumpunt, in genere operari videntur, quatenus chylum massæ sanguineæ commistum, cæteraque inde nata corporis liquida, ratione acrimoniæ acido-⊖inæ volatilis con-

concentratæ attenuant, penetrant, atque texturam eorundem dissolvunt, & ita quasi colliquescere cogunt, ut hæc ipsa resoluta & attenuata, & accedente fermentativo motu fatiscant & degenerent in consistentiam liquaminis serosi, pro remedii ratione plus minus tetri; quæ ita colliquata, in variarum sordium formam alterata, & lege circulationis sanguinis circumrapta, sensim sensimque per appropriatos poros certarum partium colatorios transeunt, & tanquam præternaturalia ulteriùs per partium motus extra corpus proscribuntur, & ad intestina successivè delata ejiciuntur: sub hoc tamen motu, quicquid heterogenum est in sanguine, & à vitalitate proscriptum, faciliùs alteratur, & consequenter ejicitur, quàm quod magis vitale ac utile erit. Hâc enim ratione operantur etiam Purgantium odores, qui vel sub parva miasmatis fermentativi mole manifesta per nares hauriuntur, vel quæ venis infunduntur; aut exteriùs licèt ambitui corporis sub forma unguentorum applicata, sufficienter tamen purgant, pari ratione ac quæ per os assumpta in massam sanguineam penetrant. Illustrant hunc operandi modum in specie fructus horæi, facilè fermentescibiles & alterabiles, ut mustum, uvæ, pruna, &c: quæ similes in massa sanguinea excitant præternaturales fermentationes & turbas, illam plus minus attenuant & colliquefaciunt, alvum copiosè movent, & non raro diarrhæas inducunt. Fieri autem talem colliquefactionem sanguinis, patet ex acrimonia acerrima, & sordibus emanantibus. Ab his Vegetabilibus purgantibus, ratione acrimoniæ earum acido-⊖sæ volatilis concentratæ, textura massæ sanguineæ & chyli attenuatur, solvitur & colliquescit, & sub forma liquaminis putridi & serosi eliminatur. Par ratio operandi est Mercurialium, sive per os salivationem moveant, sive per alvum evacuent; utrobique enim eadem sunt excreta, loco saltem differunt excretorio. Hinc concludendum, quælibet alia Purgantia simili modo operari.

Vim autem hanc irritativam & colliquefactivam nonnullorum Purgantium consistere videtur in partibus eorum subtilibus, h. e. ⊖e volatili acri felleo & amaricante impregnatis. Probatur inde, quod Vegetabilia ratione adjuncti olei ferè omnia saporem acrem amaricantem instar fellis, indeque visciditatem insignem, sive resinam & acerrimam & penetrantissimam simul intensè amaricantem, in qua vis laxativa residet, adjunctam habeant, consistentem in sapore ⊖so perquam concentrato, in quo acidum volatile, tanquam agens, est, quod imprimis concentravit ⊖ volatile; unde & cum tempore, quando carie & vetustate destructa est hæc resina, & exhalavit istud ⊖ volatile, medicamenta vim purgantem amittunt. Sic ♃alibus & Mercurialibus eadem est acrimonia ♁eo-acida quasi vitriolica, quæ cum suo compari, regulo antimonii, substantia quasi vitriolica & in Mercurio saturata repræsentat acrimoniam acido-⊖sam quasi vitriolicam, pro Mineralium horum natura: Consideretur enim gustus arsenici, ☿ati, & hinc parati dulcis, ♃ij vitæ, vel cujuslibet alius ♁ati, &c: omnia hæc semper in lingua & faucibus manifestò saporem nauseosum ⊕aceum, plus minus austeriusculum, relinquunt, & sic acrimoniam acido-⊖sam concentratam plus minus intensam exhibent. Hinc Purgantia acrimoniâ suâ insigni fortiter stimulant intestina; texturâ verò sulphureâ seu oleosâ colliquefaciunt contenta corporis, idque eò magis, quò contentis magis commiscibilia sunt; quod faciunt resinæ vegetabilium, quæ intimiùs massæ sanguineæ pinguiori, tanquam liquore quodam saponario admistæ, hinc copiosiora & deteriora longè evacuant excrementa. Quare cum vitello ovi dissolutæ & propinatæ Vegetabilium resinæ potentiùs longè & copiosiùs operantur colliquando & corrumpendo, atque demum evacuando, idque absque torminibus ferè; quia nempe vitellum ovi vehiculum est, quò magis commiscetur massæ sanguineæ, quàm si ipsa resina in substantia propinetur: nempe ab oleosa vitelli textura dissolvitur resina, & sub tali vehiculo miscetur promptè liquidi corporis contentis, ac intimè iisdem unitur; unde fortior horum colliquefactiva alteratio, & copiosior operatio, & minor intestinorum, ob breviorem in iisdem moram & tardiorem adhæsionem, irritatio ac torminosa vellicatio. Sic ☿ dulcis cum vitello ovi subactus longè citiùs & fortiùs salivationem inducit, & in tales sordes ac liquamen serosum contenta corporis fatiscere cogit, quales hoc mediante evacuantur.

Duplicem hanc Purgantium operandi rationem confirmant ea auxilia, quæ nimiam Purgantium ferociam, in specie hypercatharses eorum, sistunt, qualia sunt in triplici differentia: & quidem non præcisè adstringentia, sed imprimis

(1) Opiata omnia, papaveracea, Theriaca & Theriacalia, tàm internè quàm externè usurpata, quæ sensum irritationis in intestinis & aliis locis plus minus stupescunt, & minus sensilem reddunt, spirituumque animalium impetus, & inde natos quoscunque humorum motus sistunt; unde antecedens irritatio ad tempus cessat, & per consequens ejus simul effectus, evacuatio: hinc commune evporiston est in nimia purgatione Essentia theriacalis vel opii.

(2) Absorbentia terrea, quæ vim habent fermentationem vitiosam inductam compescendi, & blandâ diaphoresi in textura plus minus terrea supprimendi; v. g. terra sigillata, C. C. ustum, & sine igne præparatum, ♁ diaphoreticum, unicornu fossile, &c: quatenus particulas acido-⊖sas sanguinem colliquefacientes imbibunt, absorbent & temperant, ut agendo in hac subjecta aculeos & acrimoniam suam quasi perdant.

(3) Quælibet sudorifera, ut ∼ theriacalis camphoratus, &c. medicantibus quibus tam particulæ remedii laxativæ, quàm particulæ humorum corporis à remedio laxativo jam corruptæ, & in massa sanguinea alteratæ, unà eliminantur: quibus per poros corporis præscriptis, cessat Purgatio, & omnis inde metuenda noxa.

℞. ♃ij *diaphor.* gr. xij.
▽ *æ sigillat.* ℈ß.
laud. opiat. gr. ij.
M. f. pulvis, D. S.
Anhaltend Pulver.

℞. *Theriac. Androm.* ʒjß.
C. C. f. ♁e gr. xv.
c. *syr. menthæ* f. Bolus,
D. S.
Anhaltende Lattwerg.

℞. ▽ *menthæ* ʒj.
cinnam. cydon. ℥ß.
∼ *theriacal. camph.* ʒjß.
♃ij *diaphor.* ℈ß.
laud. opiat. gr. ij.
syr. cydonior. ℥ß.
M. D. S.
Anhaltender Tranck.

℞. ▽ *torment.* ℥ijß.
∽ *theriac. camph.* ℥ijß.
el. diascord. Frac. ℥j.
Bezoard. Vial. ℈ß.
syrup. cydonior. ℥vj.
M. D. S. ut suprà.

Cochleatim subindè hauriatur.

Remedia igitur purgantia seu auxilia sunt ex duobus regnis, vegetabili nempe & minerali; talia enim animale non suggerit. Illud autem adeò virulenta supperit, ut, quod non potest attingere ☿, avertuncet helleborus albus; cui non satisfacit ☿, hoc colocynthis eliminet: Vegetabilia quippe irritando intestina & stomachum, & simul liquida corporis contenta inquinando & corrumpendo; Mineralia verò, ut ♃alia, simpliciter irritando, simul tamen etiam fluida corporis magis colliquando, quàm irritando, operantur. Hæc tamen interea est differentia, quod liquamina, Vegetabilium ope rejecta, ordinariò & visui & odoratui magis horrida & putrilaginosa sint, quàm ea, quæ à Mercurio vel antimonio ejecta, quippe minus odora, & sub muci tantùm viscidioris consistentia existunt.

Considerandum igitur jam ulteriùs est, in quonam materiali Purgantium vis hæc imprimis residet? Cùm verò non levis sit differentia inter Vegetabilia & Mineralia, illorum quidem vis laxativa consistit & fundata est materialiter in resina eorum seu ⊖e volatili oleoso acri, gustu plus minus caustica; Horum verò, imprimis ♃alium & Mercurialium, in acrimonia acido ⊖sa volatili quasi vitriolica, aut ♃e acri volatili quasi ☽alt.

Quoad Vegetabilia, quo magis acria linguæ sunt remedia, eò validiùs operantur; sæpè tantillum est, quod ratione suæ acrimoniæ totum corpus movet. Res nota est in esulinis, colocynthide, ricino, ejusq; oleo, quæ acerrima sunt; interim tantillum est amari, quod tantoperè operatur: in colocynthide v.g. tota ejus substantia amaricans esse videtur, modò superficialiter gustetur; tantillum tamen est, quod amarum percipitur, quod patet experimento: si enim pomum colocynthidis in frustula majora discerpatur, lixivium ☿ superfundatur & digeratur, intra biduum omnis amaror extrahitur, & frustula colocynthidis insipida erunt. Ex quibus patet, minutissimam concreti partem esse purgantem. (2) quod vis eorum purgans imprimis per ▽ extrahatur, qui tantùm partes resinosas seu salino volatiles ♃eas extrahit, ut remaneat corpus vi laxativâ penitus spoliatum, uti notum est de Jalappa, Agarico, scammonio, colocynthide, &c. ex quibus per oleosa seu spirituosa extractâ resinâ, reliquum corpus est cadaver. Nec est, ut quisquam hæreat ex eo, quod substantia materialis laxativa in quibusdam videatur consistere in textura mucilaginosa, non nisi in ▽ solubili, v.g. in senna, non nisi aqueo menstruo, acuato cum sale tartari, extrahenda; quod etiam de helleboro nigro & aloë, atque rhabarbaro, notum est. Sub his enim tanquam sub cortice nucleus resinosus latet absconditus, qui per ▽ extrahi potest; non secus ac gummata, v.g. Ammoniacum, aquosô menstruô solubilia, copiosum tamen nucleum resinosum primariò activum sub cortice mucilaginis habent reconditum; ita ut hoc ipso in aloë duplex substantia sit, prima per ▽m extrabibilis laxativa, altera acris ista, quæ sub resinosa ista, in qua vis ejus alterativa residet, per ▽ elicienda.

Jam igitur, quid est hæc resina? Resp. Resina nihil aliud certè est, quàm ⊖ volatile acre urinosum, obrutum à propria concreti oleositate, quale ♁ aliàs per destillationem prodit; hinc ex utroque acri volatili concentrato tàm insignis acrimonia, eaque acido ⊖sa oleosa emergit, cujus acrimoniæ ratione adeò laxativa est in vegetabilibus resina.

Quod ut ulterius pateat, monendum est

(1) resinas & ♁a destillata non differre, nisi ratione consistentiæ.

(2) Olea destillata esse ⊖ia volatilia nonnihil concentrata.

(3) Olea destillata, si per acida intimiùs concentrentur, redire iterum in resinas.

Dico I. resinas non differre ab oleis essentiâ, sed saltem consistentiæ ratione, ita ut hæc non nisi liquefactæ resinæ, seu mediante motu △ alteratæ sint. Patet id, quando ex subjectis aromaticis cum spiritu vini extrahuntur resinæ, & postmodum si hæc aromata destillentur, nulla ♁a destillata ampliùs suggerant: Docent hoc etiam ligna sudorifera aromatica, ex quibus post extractam essentiam resinosam nullum ♁, nec subtile nec empyreumaticum; nunc nullum planè, nunc paucum admodum, destillando amplius elicitur; quia ♁ in forma resinæ jam antè prodiit & extractum fuit.

II. Olea sunt ⊖ia volatilia urinosa sub acido pingui moderatè concentrata, quod patet ex eo, quòd si ♁a destillata cum alcalibus fixis igne debitè & diu digerantur & destillentur, resolvantur hæc in ⊖ia volatilia urinosa. Imò ipsa subjecta ex quibus olea destillata aliàs simplici destillatione prodeunt, fermentata loco olei spiritum oleosum inflammabilem; putrefacta verò penitus ⊖ volatile urinosum suggerunt.

III. Firmiùs concentrata ab acidis talia ♁a, iterum in resinas degenerant. Acida autem usui huic inservientia sunt ♁ seu *spiritus vitrioli* probè rectificatus, ∽ nitri itidem probè rectificatus; e.g. oleum destillatum anisi, carvi, chamomillæ, &c. per instillatum ♁ aut spiritum vitrioli aut nitri rectificatum, aut ▽, in perfectissimam resinam coagulatur; quæ cum aqua edulcoratæ & exsiccatæ sunt perfectè inflammabiles, & cum spiritu vini extrahibiles in Essentiam, & saporem acrem, consistentiam viscidam, atque omnia resinarum attributa obtinent: item ex oleo destillato recenti pinguedinis humanæ cum acerrimo spiritu nitri, præviâ effervescentiâ & insequente incalescentiâ, perfectam resinam, eamque vegetabili similem, obtinui: Recepi itidem oleum destillatum terebinthinæ, ▽æ instar limpidum, permiscui cum spiritu nitri rectificato: levis primò videbatur alteratio, cùm oleum supernataret; cùm verò flammæ candelæ admotum esset vitrum, repentè insignis orta est effervescentia, ut materia contenta vasis ora excedens removenda esset à candela; sedatâ illâ omne, partim quod effluxerat, partim quod sub forma bullularum substiterat, in perfectissimam degeneravit terebinthinam, ut ovum ovo non fuerit similius: Accepi porrò ♁ destillatum anisi, & cum spiritu nitri examinavi; liquores quidem invicem non miscibiles blando tamen accedente calore incipiebant effervescere & ebullire: refrigeratis omnibus ♁ destillatum degeneravit in consistentiam spissam, coloris nigri, odoris suavis; verbo: natus exinde videbatur perfectissimus quasi Balsamus Peruvianus, qui sapore, odore, colore & consistentia, omnibus ita sensualibus proprietatibus Balsamo vero per omnia erat similis: sic ♁ succini destillatum per se, rectificatum per spiritum ⊖is, hinc denuò super ▽m optimam, coagulatur

tur in massam, quæ calidè instar ceræ tractabilis; frigidè verò pulverisari potest: vid. *GLAUBERUS P.2.Furnorum Philosoph c.100.p.149.* Et similis resina purgans compositum est quoddam ex acri acido, & acri urinoso, intercedente substantiâ pingui seu oleosa: Concentratio ergò & coagulatio horum invicem fit ab acido forti; in oleo vero destillato eminet alcali volatile oleosum, ex quibus omnibus, præsertim ratione olei, oritur texturæ visciditas; ex salibus concentratis intensa ista acrimonia, & ex his cum oleo simul notabilis ista amaritudo. Unde in hac resina nec in acido acri, nec in alcali simpliciter, sed in his utrisque acribus antè unitis, & intimè concentratis, ac intercedente oleoso certâ ratione modificatis, vis purgans materialiter residet: quare etiam ex acrimonia ista vis resolutiva, stimulativa, laxativa, & consequenter tormina pertinacia quoque; sicut & cum contentis corporis vis resolutiva & colliquefactiva derivanda, quæ tamen vix in quibusdam centesima pars concreti est. In hac igitur resina acri materialiter residet vis purgantium, qua nihilominus abuti ad commodum ægrorum interdum necesse habemus; non secus ac ferro & igne eosdem nonnunquam tractare cogimur.

Dixi autem superiùs, vim Purgantium in eorum resina acri latitare, ut itaque non ampliùs dubitandum sit, quin potiùs in omnibus Purgationibus, præsertim fortioribus, præter aloën & sennam, virulentiam aliquam subesse quoque, existimandum. Dubium tamen hoc oriri potest, an tanta sit tamque virulenta hæc malignitas? cùm sint quidam, qui minus nociva purgantia, sed alterativa potiùs graduata, pronunciant. Ratio est, quod videamus in aliis vegetabilibus, v.g. diureticis, item diaphoreticis & alterantibus aromaticis, similem substantiam merè resinosam acrem & amaricantem residere, ratione cujus attenuando & solvendo in sanguinem & contenta corporis operantur, & fauces vellicant, ut similiter virulentia hæc essent habenda: In baccis enim juniperi v.g. vis diuretica in simili acri resina consistit: liquor betulæ diureticus nil nisi talem resinam acrem suggerit, igne examinatus & evaporatus, ratione cujus egregiè medicamentosus est: extracta lignorum resinosa, absinthii, centaurii minoris, &c. fortiter amara sunt, & Purgantibus perquàm similia.

Aut ergò hæc alterantia quoque maligna dicenda, aut Purgantia non erunt adeò nociva! *Resp.* Verum est, conveniunt hæc equidem in generali textura resinosa, & hinc dependentibus proprietatibus generalibus, sed in speciali crasi, acrimonia & formali textura, & specifico sapore toto cœlo differunt. Specifica hæc textura, & inde orta specialis acrimonia Purgantium, ab aliis simplicibus alterantibus differt; & uti ex seminum primordiis immediatè oritur, ita à priori adhuc nobis imperscrutabilis est; à posteriori tantùm patet, quod ab iisdem diaphoretica, diuretica, &c. resinosa multum differunt: Nam

(1) modò dictæ resinæ non habent adeò insignem & quasi causticam (qualem habent Purgantia) acrimoniam, hinc etiam nullo modo dicta remedia partium solidarum nervearum adeò irritativa: quod patet tàm gustu, quàm quod à nullo diaphoretico, diuretico & alterativo, similes spasmi, tormina, convulsiones, aliaque pathemata, uti Purgantia, insequi observatum fuit; ut non modò eadem mitiora multò, sed & facillimè alterabilia in nobis, quàm Purgantia, existant.

(2) Nec acrimonia ista alterantium, diureticorum, diaphoreticorum, &c. adeò dissolubilis, colliquativa & corruptiva humorum deprehenditur, quàm quæ in Purgantibus talibus est. Evacuandis enim intestinis, quæ à Purgantibus rejiciuntur, omnia sunt putrida, horrida, & præviam ac notabilem corruptelam præsupponunt; sed quæ per diaphoretica & diuretica, aliaq; alterantia excernuntur, non differunt à naturalibus excretis, ☉ nempe & sudore, quàm solâ copiâ: nunquam enim, nisi ab asparago, & in morbis acutis malignis (pro malo judicio semper à Practicis habito) urina fœtida fuit excreta, nec alio vitioso charactere seu indicio insignita deprehenditur, qualis tamen in Purgantium excretis obvia est. Interim

(3) uti Purgantia in refracta dosi ut alterantia usurpari possunt pro scopo attenuandi & resolvendi viscida & tenacia, ita quædam alterantium, in subjectis præsertim debilioribus Purgantium ferè facultates imitantur, in quibus Extractum centaurii minoris, g. ammoniacum, &c. utut moderatè, alvum nonnunquam laxare solent; sicut in tertiana intermittente ex usu Extracti absinthii secessus aliquot multos observavi. In generali igitur resinosa saltem textura conveniunt; in speciali autem crasi differunt.

Interim ex generali illa convenientia

(4) oritur, quod Purgantia facilè sub pauca mutatione, vel per additionem, vel subtractionem, vel alterationem, vim suam exuant, & nunc alterativam, nunc diureticam, nunc diaphoreticam, exserant & talia fiant. Sic asarum, forti coctione in ▽, diureticum, & tandem diaphoreticum, evadit: colocynthis sub suo amarore intenso correcto exuit acrem virulentiam, & depositâ vi laxativâ alterativum potentius, & menses egregiè ciens, emergit: sic helleborus niger simul optimum alterativum in Melancholicis & Hypochondriacis evadit.

(5) Textura hæc Purgantium probatur, quod tàm acida, quàm alcalia Purgantia vegetabilia cicurent. *Acida* quidem ⊖i volatili contraria, v. g. spiritus vitrioli, vel ferocissima Purgantia, mineralia & vegetabilia, domat & corrigit, quia cicurant, i. e. ipsam texturam invertendo, & figendo urinosum volatile, & condensando pingue, castrant, & plus minus inermia reddunt, unde etiam canes à fortissimis medicamentis parum aut nihil purgantur, quia fermentum eorum nimis acidum (unde & ossa digerere possunt) Purgantium vim figit, quæ tamen venis eorum infusæ facilè operantur: Id quod etiam valet de hominibus, quorum ii, qui Melancholicis laborant affectibus, h.e. in quibus abundat acidum, difficilis sunt Purgationis; & ii, qui robusto sunt stomacho, h.e. in quibus vegeta est vis fermenti digestivi, fortiora etiam superant Purgantia. *Alcalia* verò tàm volatilia quàm fixa, v.g. sal ☾i, corrigunt Purgantia, quatenus texturam resinosam penetrant, oleosam dissolvunt, hinc visciditatem corrigunt, acidum hebetant, hinc nimiam acrimoniam temperant, & ita mitiora longè, minus vellicativa, magis resolutiva, & legitimâ digestione quodammodo cathartico-diapho-

diaphoretica & reddunt Purgantia; unde *STARCKEUS in Pyrotechn. pag.* 100. & *sequ.* rectè asserit; sub veneno Purgantium egregias & specificas latere virtutes medicinales; sicuti etiam fermentatio Purgantium eadem mitigat, ferociamque nonnihil domat.

Mineralium substantiam laxativam in acrimonia ⊖ino-△ea, quasi ⊕lacea, consistere dictum. Patet id in Mercurio vitæ, qui tantillum gustatus, ut aliquæ partes maneant in faucibus, excitat nauseam & saporem ⊕laceum repræsentat. Emergit hinc analogia Purgantium mineralium cum dictis vehementioribus Vegetabilibus: Nam sicut hæc constant ex resina △ea, sociata ⊖i volatili acri, ex quorum textura coalescunt particulæ acres laxativæ, ita & Purgantia mineralia per analogiam quoq; resinosa quasi ferè dici possunt. Revocentur in mentem, quæ superiùs de Vomitoriis dicta sunt, in quonam nempe vis vomitoria consistat: simili namq; modo per inferiora purgant, & in antimonio particulæ △eæ, seu acido-oleosæ, cum regulinis seu Mercurialibus, alcali quasi naturam repræsentantibus, debitè unitæ & certâ quasi texturâ concentratæ, concretum quoque resinosum quasi repræsentantes, vim antimonii catharcticam constituunt. Nam hæc nec in substantia △ea simpliciter, nec in Mercuriali regulina, separatim consistit, sed his certo modo, utut nobis incognito, combinatis: hinc enim talis textura emergit, quæ acrimoniâ suâ, linguæ licèt non adeò sensibili, stomachum tamen sufficienter vellicare, & hinc in spasmos & vomitus ciere potest; hinc enim cinnabaris antimonii, & ex ea separatum △, est sine vi catharctica, sicut substantia Mercurialis in antimonio diaphoretico, ex regulo parato, quatenus fixata, etiam insons est. Pariter etiam ☿alia, æquè atque vegetabilia, tàm per acida, quàm alcalia corriguntur: v.g. dum antimonii vitrum acidus vitrioli ~ vel acetum destillatum ita corrigit, ut saltem per inferiora laxet, & vim emeticam exuat; aut ☽ antimonii aliorumque malignitatem purgantem tollit, & in vim saluberrimè diaphoreticam mutat; Per alcalia autem cicurantur, v.g. quando ☿ vitæ cum oleo ☾i per deliquium præcipitatus, digestus & tritus, depositâ vi emeticâ cicuratum remedium, & per inferiora tantùm purgans, evadit. De Mercurialibus sive ☿atis sive præcipitatis, idem dici potest, quod resinosum quasi concretum minerale sint. Præsupponantur enim, quæ de Mercurio disserit *TACCHENIUS in Hippocr. Chymico*, quod suo modo & sensu limitato concretum quasi alcalinum & metallicum repræsentat, △e acido minerali investitum, & ita concretum acre quasi resinosum in recessu constituat; cujus texturæ ratione tàm vellicando, quàm dissolvendo & colliquefaciendo contenta corporis, æquè vim Purgantis exserit. Utrumq; patet ex Ictu, cum Mercurio vivo facto, qui nunc diarrhæam, nunc salivationem intensam, excitat. Mercurius dulcis etiam habet occultum saporem austerum ⊕laceum, cujus ratione tam intestina irritando, quàm succos viscidos & glutinosos liquefaciendo, alvum laxare solet. Ergò Purgantium mineralium vis consistit in acrimonia ⊕lacea.

Vomitoria non esse distincta à Purgantibus essentialiter, sed ratione doseos, aut majoris minorisvé malignitatis seu acrimoniæ, rectè docere videtur *WALÆUS in M. M. pag.* 29, dum sub majore dosi fortiùs & citiùs stimulando, & ita citiùs se exerendo in stomacho vomitum urgent, qui sub minori quanto solummodò nauseam proritant; quam tamen post debitam distributionem sequitur Purgatio, differuntque sic ratione celerioris & tardioris motus: siquidem Vomitoria blanda interdum fiunt Purgantia, & Purgantia fortiora fiunt Vomitoria. Curiosum interim est, quod observatum fuerit à quibusdam, quædam Purgantia pro varia collectionis ratione, dum vel sursum vel deorsum avelluntur, nunc per os nunc per alvum purgare: *vid. SCHMUCKIUS in Curat. Magico-Magneticis* (Germanicè scriptus Tractatus est) *pag.* 56. id quod de turionibus sambuci, foliis asari, radice ireos, radice esulæ, &c. verum esse asserunt: *vid. AGRICOLA in Chirurg. Parvap.* 912; quam variam operandi rationem à tali idea seu conceptu in imaginatione colligentis expressa, & mediantibus hujus effluviis in plantam transplantata, oriri vult *MARCUS MARCI in Philosoph. Veterum Restituta*, & plures alii.

Dixi, 2. hæc Purgantium genera promiscè operari in corpus, dum ab eorundem usu, tanquam veneno, suo modo horrido, natura tàm vitiosum, quod præexistit, quàm quod à medicamento fabricatum, cum utili simul rejicit; ut sunt bilis, tàm utilis in folliculo, quàm superflua lympha, nunc pancreatis nunc glandularum intestinalium, per intestinorum irritationem emulcta: quæ omnia promiscuè virulentiâ suâ purgando, vel turbando œconomiam animalem, per evacuationes operando vim suam exserunt. Omnium enim fermentorum hæc immutabilis est necessitas, ut alterent & transmutent id, quod fermentant, &, quantum fieri potest, in sui naturam convertant. Unde indiscriminatim fermentando non omne noxium evacuant, nec determinatè distincta Purgantia distinctos humores educunt, sicq; exinde ruit sponte suâ divisio Purgantium in *Cholagoga, Phlegmagoga, Melanagoga & Hydragoga*, apud Veteres magis, quàm modernos, nota; ex hoc ipso, quia Purgantia promiscuè operantur, (id quod imprimis antimonialia & Mercurialia confirmant,) indiscriminatim evacuantia. Selectus ergò talis secundùm dictas classes penitus inutilis est, qui unum alterumvé Purgans loco omnium sufficiat: utut pro circumstantiarum variarum ratione nunc hoc nunc istud, nunc debilius nunc fortius, Purgans eligendum sit, experientia imprimis magistra. Hanc divisionem etiam rejicit *WALÆUS de M. M.* & *HELMONTIUS de Febribus.*

Quod etiam hanc attinet divisionem,

(1) Fundamentum ejus est ruinosum, quasi massa sanguinea ex 4. humoribus vulgò notis, tanquam Ingredientibus, pituita, bile, melancholia & sero, componatur, ex quibus præternaturaliter vitiatis causæ morborum naturales oriantur.

(2) Ex Excretis quoque sumpta divisio nullum habet fundamentum. Dicunt quidem: Videmus ab hoc Purgante flava & biliosa, ab alio serosa, &c. excerni! Resp. Præsupponunt hi, quod est in Quæstione. Dubia enim sunt, an talia præextiterint ante Purgantis usum in corpore nostro; quin potiùs dicendum, quod fiant demum illæ per purgantis remedii vim, & alias acquirunt in intestinis qualitates, quas anteà formaliter non habebant: non enim talia excreta præexistunt in intestinis seu contentis, sed fiunt demum talia in & ante excretionis actum.

(3) Ipsa experientia reclamat, i.e. ipsis quoque fatentibus eodem remedio purgante plures tales distinctos humores evacuandi facultatem tribuunt: v.g. sennam dicunt adustos, serosos, biliosos; agaricum pituitosos ac serosos; jalappam quoscunque humores evacuare: Et sic ipsi Classes has destruunt.

Ex

Ex his patet, Purgantium, qua talium, nullam penitus esse differentiam, nec selectum eorum instituendum. Prout enim major vel minor eorum erit virulentia, & mitior ac potentior operandi efficacia, etiam magis vel minus primas vias, vel etiam sanguinem, vel hoc mediante forsan corporis etiam continentes & solidas partes afficient. Unde tres etiam Classes, seu tres corporis regiones, à Veteribus in Purgantium negotio assertæ, quousq; scilicet operationes suas extendere soleant, saltem quoad majorem vel minorem Purgantium efficaciam, & hinc activitatis eorundem sphæram, intelligendæ erunt; respectu enim ipsorum Purgantium corpus distribuerunt in tres regiones, quarum primam viscera, nempe à ventriculo per intestina & vasa mesaraica ad hepar constituerunt; secundam ab hepate per vasa majora sanguifera; ac denique in tertiam regionem, quæ comprehendit vasa minora, & ipsam corporis extimam superficiem. Divisio autem hæc est nulla; cùm hæ regiones non possint cum circulo sanguinis conciliari, ob id à modernis hypothesis aliter explicatur. Purgantia potiùs sunt triplicia: Quædam enim sunt mitia seu lenientia; quædam vehementia; & quædam vehementissima. Mitiora sunt, quæ primas vias, per quas intelliguntur stomachus & intestina, blandè purgant: Vehementia seu Fortiora etiam ultra primas vias ad massam sanguineam, tanquam regionem secundam, pertingunt, eamq; alterant & colliquefaciunt: Vehementissima tandem seu Fortissima non solùm simpliciter massam sanguineam alterant, sed etiam cum massa sanguinea ad partes solidas & artus, quæ sunt regio tertia, seu horum cavitates se extendunt, ibiq; aliqualem operationem imprimunt. Scilicet res ita se habere videtur: si variæ fæculentiæ in intestinis saltem stabulantes, aut uberior bilis, succus pancreaticus, & serum copiosius per intestina evacuanda sunt, hæc commodè vel lenioribus Purgantibus per moderatam intestinorum irritationem, citra corporis commotionem, & quasi abstergi, aut vomitu blandiori exturbari poterunt: Quod si autem craseos sanguinis, aliorumq; contentorum læsio adsit, eorumq; evacuatio intendatur, propter heterogenearum particularum cum sanguine ad miscelam, modò aptæ sint ad evacuationem, eò debent eliminari ex massa sanguinea, quo natura vergit; vel quando corporis ratio ægri consuetudo, & sordium ipsarum conditio conspirant.

Debet imprimis per intestina fieri Evacuatio; quo etiam in casu paulò fortiora eligenda Purgantia, quæ, præter primarum viarum irritationem, propter acrimoniam suam particulis suis resinosis subtilioribus ad ipsam massam sanguineam appellant, eam quidem turbant nonnihil, sed non nimis perturbant, ut sub tali motu irritationis intestinorum, & æqualis colliquationis contentorum corporis, saltem id, quicquid heterogeneum est in sanguine, & à vitalitate proscriptum, adeoque à remedio catharctico faciliùs alterabile, vel omne, vel maximam partem, mediantibus vasis colatoriis, epatis, pancreatis & glandularum intestinalium simul, ejiciatur, citra insigniorem utilis aut nutritivi succi insigniorem corruptelam, adeò ut aliquot saltem sedes, non verò quæ per decades numerari queant, sufficiant. Purgantia enim, quatenus promiscuè operantur, eorum vis nullo modo æstimanda est ex quantitate & multitudine excrementorum, potiùs quantum feret euphoria ægri.

Dixi, si massa sanguinea sit impura & cacochymica, ac natura ad inferiora vergat, eò excernenda ducenda, & forti purgatione eliminanda esse; quod ex dolore hypochondriorum gravativo & tensivo, inflatione & fluctuatione circa umbilicum, &c. colligere licet. Aliàs quidem propriè loquendo sanguinis ac totius corporei systematis purgamenta sunt ⊡ & sudor; per secessum verò quæ fiunt evacuationes, saltem stomacho & intestinis evacuandis, & digestionis primæ fecibus necessariò emittendis, dicata sunt. Sanè unicus sudor moderatus plus purificabit & totam massam sanguineam ac universum corporis habitum, quàm forsan 10. Purgationes; & in morborum chronicorum curatione per ⊡m quæ fit evacuatio, utplurimum convenientissima esse solet. Observetur ergò, Hydragoga vera esse tantùm diuretica, quæ scilicet laticem aquosum sanguinis per ⊡tias vias evacuant; hinc etiam sudorifera, quæ eundem non leviter quoque absumunt, unde & hæc in catarrhis purgandis longè præferenda.

Quod si verò fiat, ut (licèt hoc rariùs contingat) scopus sit, quo purgantis remedii substantia seu operatio etiam ad partes solidas se extendat, ut mediante sanguinis circulo eò delatæ particulæ, v.g. ad caput, ibi alterationem colliquefactivam & purgantem exserere debeant, fortissima tunc Purgatio (à quibus tamen semper aliquid convulsivi oboriri observatur) v.g. helleborus, &c. capienda, ut in his contentum vitiosum, mediante sanguine refluum, ad intestinorum vasa excretoria delatum, eliminetur. Hoc sensu dixerunt Veteres: Turbith esse Phlegmaticorum & serosorum optimum Purgans; Hermodactylum Animam Articulorum; & caput helleboro dignum esse, &c. quod ipsa ex iis sordes evocent & educant.

Indiscriminatim ergò Purgantia dum operantur, adeoq; sanos æquè ac ægros vexant; sanè sub omni Purgatione insignis latitabit fraus & impostura, adeoque plures dejectiones plus nocebunt, quàm proderunt: unde etiam inter Purgantia, qua talia, nullus penitus selectus instituendus erit. Interim tamen, cùm quotidiana Praxis varietatem operationis & effectus ex Purgantium usu diverso ostendat, ob id in legitima eorum administratione respectu triplicis circumstantiæ aliqualis distinctio, & selectus ratione Purgantis, subinde faciendus erit:

(1) propter ipsius purgantis remedii varietatem;

(2) propter purgandi subjecti distinctas proprietates; &

(3) propter materiæ evacuandæ varias conditiones & varium situm. Propter tres has circumstantias selectus aliquis adhuc instituendus est pro scopo purificandi, non quatenus præcisè Purgans est.

Et quidem ratione *primæ circumstantiæ in remedio* purgante, præter vim laxativam, respiciendæ sunt junctæ simul, & quasi venenata sub virulentia laxativa, proprietates certæ, certis quibusdam morbis appropriatæ alterativæ; præter vim enim solutivam vis quædam simul alterativa, & morborum quorundam correctiva seu curativa in Purgantibus plerisq; reverà delitescit: sic helleborus niger, præter virulentiam laxativam, in hypochondriacis, melancholicis & maniacis affectibus, speciatim est proficuus.

Quod aliquo delectu adhuc seligenda sint Purgantia alia præ aliis, dixi suprà, fieri propter majorem vel minorem eorum virulentiam, ac, ut mitiùs loquar, quod aliud Purgans mitius, aliud potentius deprehendatur in operando. Jam, quod unà cum virulentia solutiva Purgantis ipsius juncta sit vis plus minus alterativa, quæ, tanquam nucleus, sub cortice virulento laxativo est recondita, paucis explicabo: v.g. asarum est optimum Purgans in quartana, non propter vim emetico-catharcticam, quam cum aliis etiam Purgantibus habet communem, sed propter junctum simul

mul saporem & virtutem aromaticam, cujus ratione fermenti febrilis seu fomitis quartanæ correctivum est, indeque sudorem in hac cum euphoria ægri solet excitare: Rhabarbarum, præter vim solutivam, vocatur anima hepatis, quæ in morbis, vulgò ex viscerum, in specie hepatis, atonia ortis, indeq; in cachexiis, appropriata est medicina, non propter vim laxativam, sed alterativam, bilis vitiis in specie conveniens, unde in ictero etiam optimum est: Idem etiam renibus & malis nephriticis dicitur appropriatum, cùm ab ejus repetito usu ⊡ odore ejus dicatur imprægnari, & jam dum Paracelsus arcanum calculi dissolvendi & curandi, ablatâ ejus virtute laxativâ, in eo reconditam esse, dicit: item in alvi fluxibus, diarrhæis & dysenteriis convenit, non quod ad strictionem relinquat, sed quia reverà particulariter istud acre, cujus occasione dysenteria non adeò epidemica observatur, corrigere & enervare, atque sic in radice tollere, observatum est: Tamarindum figendi vim & temperandi ⊖ volatile oleosum obtinet: in hydrope convenit elaterium: Mercurius dulcis & Mercurialia similiaq;, præter usum laxativum, sunt appropriatum simul corrigens veneni Venerei & fermenti acido-⊖si, unde plures affectus intercutanei oriuntur; in scabie ferina, ulceribus partium externarum manantibus, &c. egregius hinc eorum usus est, non quod purgent, sed fermenta hæc morbifica corrigant & alterent; hincque luis Venereæ alexipharmacum in unico Mercurio consistere dicitur: si colocynthis interdum adhibenda venit necessitate coactâ, non præcisè ob virulentiam laxativam morbum curat, sed quod ex penetrantiori acrimonia & amaritie singulari (in qua vis ejus purgans non residet, & hâc sublatâ sola retineri potest) incidat, attenuet & dissolvat mucositates viscidas, primas vias & colatoria intestinalia, ut & partes uterinas, præternaturaliter & vitiosè occupantes, unde in affectibus chronicis, mensium vitiis, & lue Venereâ, specificè conducit. Hæc & similia subinde aliqualem selectum, inter purgantia remedia faciendum, insinuant.

Altera Circumstantia erat, ut conditio *subjecti* seu personæ purgandæ, consideretur, an

(1) facilioris vel difficilioris sit laxationis.

(2) an aliis affectibus præternaturalibus sit obnoxia, quod per Purgantia plus minus irritari vel exasperari queant.

Prius quod attinet, ut aliquis faciliùs vel difficiliùs purgetur, ex triplici causa oritur:

(1) Ratione stomachi, cujus vis digestiva uti est vel potentior, vel mitior & imbecillior; ita quoque prout ab eo remedia purgantia plus minus corrigunt & alterantur, faciliùs vel difficiliùs purgabitur; v. g. robustus rusticus forti digestivo fermento pollens, fortiùs fert purgans pro delicato juvene.

Dein

(2) ex istorum contentorum seu succorum corporis textura, vel firmiore, &, ut sic dicam, magis compacta, vel rariore & magis soluta. Dependet hoc potissimùm ab acido pingui, liquore quasi saponario, qui uti fortiùs cogit particulas sanguineas ita à remedio purgante difficiliùs potest attenuari & liquefieri; contrarium enim fit in ratione opposita: Quo etiam contenta magis vel minus acria, præsertim ⊖sa sunt, eò faciliùs purgantur, & à levi purgante in hypercatharsin vel diarrhæam quandam solvuntur: hinc phthisici, vel ad phthisin pulmonum inclinantes, creberrimos à purgante patiuntur secessus, & sub morbo confirmato ad mortem declinante in spontaneam & colliquativam sæpissimè funestam & lethalem incidunt Diarrhæam.

Quibus tandem

(3) accedit & nervosarum partium sensilium major vel minor sensibilitas, & ita à Purgantibus facta facilior vel difficilior irritabilitas. In quibus enim subjectis fibræ nervosæ motrices, & systema totum nervosum facilè à quovis objecto irritari & moveri intensiùs possunt, in illis Purgantia lenia multum, in aliis fortiora parùm, operantur: in contrario itidem oppositum obtinet.

Quod verò posterius attinet, observandum; an non obnoxium sit subjectum purgandum affectibus, qui à Purgantibus exasperari queunt, v.g. an ad colicam habitualem seu convulsivam, passiones hystericas, similiavé pathemata proni sint ægri? item an faciliùs animi deliquio corripiantur? & an affectibus hæmorrhoidalibus vel diarrhæis sint obnoxii? Ii enim cautè tractandi sunt per Purgantia, cùm propter tormina, à resina acri viscida ordinariò concitata, etiam pathemata colica & passiones hystericæ soleant excitari, imprimis in scorbuticis: sic qui hæmorrhoidalibus affectibus obnoxii sunt, minimè per resinosa purgandi sunt; aliàs enim aut dolor aut tumor excitari solet: hinc jalappa, aloë, rhabarbarum, &c. iis nocet; senna verò & ☿ dulcis juvant & conducunt.

Tertia tandem *Circumstantia* observanda adhuc est, ipsius nempe *materiæ evacuandæ* Conditio & Situs, pro purgantis remedii selectu. Quoad situm, notetur; an materia sit extra vel intra vasa? sin intra vasa, an cruda adhuc vel cocta sit? si extra ea, an in propinquis, an verò in remotioribus locis sit? quæ longinquitas respectu vasorum sanguiferorum mensuranda est: v.g. alia ratio est, quando expurgandum serum hydropicorum ex abdomine; alia, quando natura per alvum educit pus empyematicorum, ulteriùs deinde per Purgantia promovendum. Quando materia intra vasa adhuc est cruda, non est movenda; si verò cocta per leve etiam Purgans sufficienter æger purgabitur. Si cruditates viscidæ chylosæ seu glutinosæ imprimis massam sanguineam imprægnant, remedium purgans paulò fortiùs tutò potest adhiberi. Considerandum etiam, an irritatione simplici facta in intestinis spes sit, quod subsecuta sit Purgatio sufficiens; an verò præter irritationem Purgans etiam ipsos humores plus minus alterare, seu potiùs corrigere debeat, ut fiant apti Purgationi. Quoad conditionem verò ejusdem, considerandum, an acrior vel mitior & temperatior? an viscidior, tenuior aut fluidior sit materia? Quò acrior, eò mitiùs est tractanda, ne irritentur crabrones: hinc scorbutici Lenientibus cautè purgandi, ne ex acido commoto graviora symptomata concitentur; contrà, quæ mitiora habent contenta, ut Phlegmatici & Pituitosi dicti, qui crudo succo chylosо abundant, iis fortiora etiam Purgantia possunt adhiberi. In morbis, ubi suspicio est, peccare succos viscidos, minus mobiles & crassos, quales v.g. in lue Venerea, scabie ferina inveterata, eligenda tunc acriora & amaricantia, quæ fortiùs colliquescunt & attenuant tales succos; ubi verò fluxiles sunt humores evacuandi, mitiora & temperatiora Purgantia sunt eligenda; hinc ad pituitam vitream adhibetur turpethum, esula, colocynthis, &c; sic senna, utut plurimis evacuandis sufficiat, non tamen in Melancholicis

cholicis & Hypochondriacis sufficit ; imò in quartanariis etiam ad esulam potest fieri accessus : in purgandis sic Hydropicis tentetur jalapæ usus, quæ si impotentior, ad elaterium adscendatur ; si adhuc fortori opus sit, ☿ vitæ adhibeatur, qui in Hydropicis omnem vim emeticam amittit, & copiosiùs tantùm per inferiora purgat. Quibus circumstantiis probè expensis, aliis indicationibus partim satisfaciemus, partim mala quædam imminentia præcavebimus, partim corrigemus.

Dixi suprà, Purgantia quælibet operari vel irritando vel colliquefaciendo ; quæri igitur potest, quænam Purgantia ex his in usu Practico sint convenientiora? an irritantia, mitiora scilicet vegetabilia ? an colliquantia, ut Mercurialia & Vegetabilia acriora ? an quæ utroque agant modo ? e.g. antimonialia dixi simpliciter esse irritantia ; sennam item & jalappam in mitiori dosi vix ultra primas vias irritando se exerere ; resinosa contrà & acriora ex colocynthide, elaterio, &c. ulteriùs penetrare, & forti colliquatione operari ; Mercurium verò dulcem ratione irritationis blandæ blandissimum esse Purgans attenuativum, colliquefactivum (non tamen adeò maliguum ac vegetabilium resinæ) hincque optimum. Respondeo igitur ; in genere præferenda ea esse, quæ saltem irritant, ut irritationis hujus circa primas vias excitatæ occasione naturæ quasi calcar addatur, ad noxii & heterogenei expulsionem sine contentorum corruptela, virium prostratione, nec aliis symptomatis solitis atrocioribus consequentibus. Lubentiùs igitur potiùs in Praxi blandè laxantia, cum primarum viarum abstergentibus juncta, adhibeantur : quantum autem possibile, abstinendum ab acrioribus & colliquefactivis, quæ ægros potiùs vexant ; blandiora enim sæpiùs repetita faciliùs ferunt ægri. In casu verò tali, quando eruditates viscidæ, aut pituita acida & vitrea, & similia, vel primas vias obsideant, vel etiam massam sanguineam inquinarunt, & lympham viscidiorem, bilem autem inertiorem reddiderunt, tali in casu, ubi scopus est viscidas ac glutinosas eruditates has ex primis viis & massa sanguinea eliminare : v. g. in cachexia virginum cum mensium suppressione, febribus intermittentibus diuturnis, lue Venerea, affectibus melancholicis, &c.

In specie inter Purgantia aut eligenda sunt ea, quæ blandè laxant, aut pro stimulo addenda acriora & colliquefactiva appropriata ; v.g. Mercurius dulcis, Extractum trochiscorum alhandal, item extractum esulæ, hellebori nigri, &c. ut partim his ipsis attenuetur substantia mucosa, partim alteretur materia nociva, quæ sibi relicta aliàs ad evacuandum inepta erat, & partim promoveatur.

Quæritur jam, ex quonam loco & per quas vias illa recrementa evacuentur à remediis purgantibus ? cùm nemo facilè asserere possit, omnia, quæ ex alvo evacuantur, præextitisse in intestinis, atque unâ purgatione validiore plus interdum ejiciatur, quàm omninò intestinorum capacitas vix continere potest ? Continentur autem ea vel in intestinis, & vasis excretoriis ad intestina pertingentibus, tàm ductu cholodocho, pancreatico, & glandulis intestinorum miliaribus, post intimam horum membranam sitis ; vel ulteriùs continentur in massa sanguinea, & exinde derivantur lege circulationis per horum viscerum poros, tandem ad vasa illa excretoria, quibus natura tunc temporis quasi abutitur, & sic per consequens ad intestina ; hæ enim sunt ordinariæ istæ viæ, per quas in diarrhæis fluunt excrementa. Unde & quæ in perturbationibus his ventris excernuntur, rarissimè sola sunt excrementa, sed frequentissimè bile tincta conspiciuntur. Veteres quidem venas seu arterias meseraicas huic negotio inservire putarunt, ut per has deponerentur excrementa massæ sanguineæ ad intestina, & ex intestinis ad podicem : Sed his repugnat generale & universale axioma ; quod nulla fiat separatio in vasis fluidi ex fluido, nisi per certa demum colatoria seu filtra, quorum defectu promiscuè ipse sanguis evacuari solet ; & talis nulla observatur in œconomia animali. Consideretur enim v. g. crisis per sudorem, & hæmorrhagiam narium : ibi est certum colatorium, glandulæ scilicet miliares, horumque vasa excretoria, per poros intercutaneos ; hic verò in hæmorrhagia cùm tale non sit, promiscuè sanguini commista materia excernitur cum ipso sanguine : utraque autem cum euphoria. Ergò loca, quibus mediantibus ex massa sanguinea ad intestina deponitur colluvies (sive præextiterit, sive demum facta fuerit à Purgante) quæ evacuanda est, sunt tria :

(1) Vasa dicta colatoria seu excretoria, ductus choledochus nempe ex hepate ;
(2) Ductus pancreaticus ex pancreate ; &
(3) Vasa glandulosa intestinalia, vel glandulæ intestinales, tàm in tenuibus conjunctim, quàm in crassis intestinis sparsim observatæ.

Testatur hoc ipsa avtopsia anatomica, per hæc loca fieri transcolationem : siquidem nunquam succus liquidus ex vasis sanguiferis præparatur sine interventu certarum partium vel cribrorum, quæ si deficiunt, fiunt hæmorrhagiæ, tàm criticæ quàm non criticæ. Priores viæ sufficienter confirmatæ sunt *à MOEBIO in Fundament. Medic. pag.368.* ex *GRAAFFIO de succo pancreat.* §.196.*p.*386, qui in cane, cui rhabarbarum propinarat, post usum hujus copiosiorem bilem & succum pancreaticum per ductus hos ad intestina evacuatum observavit : vid. etiam *HOFFMANNUS de Purgat. & Viis Purgationum*, quæ disputatio satis eleganter elaborata ; Posteriores vias, glandulas scilicet intestinorum miliares, per quas dicta recrementa evacuentur, sufficienter ostendit præsertim *PETERUS de Glandulis Intestinorum*, & *PECHLINUS Tractatu eleg. de Purgantib. cap.36* ; qui facta ligatura ductus cholidochi & pancreatici in relicto spatio intermedio copiosiorem materiam serosam excretam deprehendit ; sicut post *PECHLINUM de Purgantib.* etiam *DRELINCOURTIUS* & alii hoc observarunt ; quæ lympha non nisi per glandulas intestinales ex massa sanguinea allata, secreta & ejecta est.

Glandulæ istæ adhærent intimæ intestinorum tunicæ, & tubulis suis excretoriis hiant in intestina : hypothesis est nova, sed non adeò inconveniens propter egregium experimentum.

Assumptum ergò medicamentum purgans primitus irritando, & acrimoniâ suâ viscidâ pertinaciter vellicando intestina, horum repetitos spasmos & violentas contractiones, contentorumque viscidorum & mucilaginosorum, à Purgante nonnihil liquefactorum, excretiones excitat ; quin hiantia simul orificia ductuum, choledochi & pancreatici, & excretorii tubuli glandularum, per consensum irritantur, vellicantur, crispantur, & uberiùs humores suos contentos exprimunt ; quod pariter quoque fit in glandulis intestinalibus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0365-1 DFG

adeoque proximè, quod circa istas primas vias stabulatur, à medicamento assumpto plus minus alteratum & attenuatum, ejicitur: unde non rarò præmissa digestiva, in specie vel tartarus ♁latus, vel arcanum duplicatum Mynsychthii, vel crocus Martis aperitivus, &c. si tales succos in primis viis reperiant, alvum aliquoties movent. Interea verò subtiliores seu salino-volatiles remedii purgantis particulæ per vasa lactea ad massam sanguineam appulsæ, eam fermentant, ejusque contenta, nunc laudabilia nutritiva, nunc excrementitia, ita alterant, texturam horum in minimis fundunt, attenuant, dissolvunt, & ita in liquaminis serosi consistentiam colliquefaciunt, & disponunt, ut sero involuta mediante circulo sanguinis per epar & pancreas, item glandulas intestinales, successivè transcolentur, & ad intestina deponantur.

Dubium autem est, quomodo contenta intra corporis cavitates, v.g. pus empyematicorum per Purgantia, ▽ hydropicorum ex abdominis cavo ab elaterio, &c. evacuentur? Duo verò sunt modi, quibus per alvum copiosa evacuatur ▽, & inde minus ad tempus tumere observantur hydropici:

(1) Quando glandulæ intestinales in hydrope ascite observantur turgidiores & auctæ magnitudinis, per quas immediatè emulgetur in intestina serum, in abdominis cavitate aliàs contentum; pariter ac glandulæ intercutaneæ in anasarca tumidiores observantur.

(2) Fit, ut vasa aliquantisper exinanita in se resorbeant subtilius serum, in abdomine & aliis cavitatibus contentum, quod tunc denuò ad glandulas, sive vasa excretoria intestinorum, cum sanguine delatum ad intestina per hoc deponitur, ut sic seri aliqualem imminutionem in tumore hydropicorum efficiant.

Interim remedium purgans, quamdiu intestina stimulat, per inferiores vias operatur; si verò subtiliores ejus particulæ altiùs penetrent, non præcisè obligatæ sunt, ut per inferiores vias se exserant, quin etiam per alia loca evacuationem moliri deprehendantur. Nam dum sanguinis circulo per totum corpus, omnesque ejusdem partes, æqualiter rapitur, vis medicamentosa Purgantis hoc ipso pro adjuncta sibi facultate, vel nonnihil diaphoretica, vel diuretica, &c. ut & pro certa sordium expurgandarum, à medicamento colliquatarum, alteratione & consistentia, ipsorumque etiam viscerum plus minus ad transcolationem dispositorum constitutione varia, nunc per ☉m, nunc per sudorem, nunc per salivationem, sequitur cathartici operatio; nil enim impedit, si aliquando vel in hepatis vasis, vel in pancreatis ductibus, impedimentum se offerat, quo minus debita excernenda evacuentur, vel pro aliis circumstantiis aliter corpus sanguineaque massa disposita sint, quin per medicamentum purgans fermentata & disposita excrementa etiam per alia loca, quàm per inferius guttur, eliminentur: sic ☿ dulcis, sive etiam crudus, nunc per alvum, nunc, si intra corpus retinetur, per vasa salivalia se exserit.

Rationes autem, quod particulæ purgantes interdum per alia loca operentur, sunt: 1. Ipsa conditio ægri, ejusque post assumptum Purgans Gubernatio. Notum enim est, quod si motu vel exercitio, à medicamento purgante assumpto validiùs agitetur corpus, sicque largiter proliciatur sudor, nihil aut parum per alvum evacuabitur, ut quicquid operatur, sub sudoris forma fiat: id quod similiter non rarò evenit, si quis medicamento assumpto superdormiat; tunc enim partim sub somno sensus irritationis & excretionis stimulus minus perceptibilis est, partim quod tunc insensibilis transpiratio, & sensilis transsudatio aucta magis est, & per eam particulæ medicamentosæ, ceu ex ejus actione resolutæ, commodiùs quàm per inferiora demittuntur; econtrà verò in febre ardente ex medicamento diaphoretico assumpto ♈ante, cùm æger unâ alterâvè vice sudorem concitasset, tertiâ aut quartâ vice copiosam diarrhæam loco sudoris provocatam fuisse, expertus sum: si post purgans assumitur jusculum cum cremore ♋i, qui diureticus est, loco purgationis interdum vomitus vel diuresis provenit. Secunda ratio est specifica ipsius purgantis natura, prout ipsum, præter vim laxativam, habet simul junctam specialem vim, nunc diureticam, nunc diaphoreticam, & sic sub virulentia sua etiam reconditam alterativam, ratione cujus huic vel isti affectui prosunt: v.g. rhabarbarum aliqualem vim diureticam obtinet, unde interdum loco purgationis diuresis subsequitur: ita ☿ diaphoreticum, seu quodvis in genere catharcticum, non debitè tamen correctum, vim diureticam & alterativam simul obtinet: sic D. *MAURITIUS HOFFMANNUS in Dissertat. de Purgat. Modo & Viis*, ab assumptis pilulis catarrhum obortum (à *GALENO l. 3. de symptomat. causis c. 4.* diarrhææ comparatum) copiosumq; sputum ore rejectum, ut & pruritum à Pharmaci usu observavit: & à syrupo rosarum solutivo pro alvi lenitione, cuidam matronæ à *Clariss. VIRSUNGIO* exhibito, copiosissimam urinam sine alvi dejectione Patavii excretam fuisse, idem notavit: sicuti econtrà ex lotio suppresso obortam diarrhæam observavit *RHODIUS Centur. 2. Histor. 84.* Notum est quoque, diversimodè operari Mercurium, pro medicamento tàm internè assumptum & retentum, quàm externè applicatum seu inunctum, qui nunc per diarrhæam torminosam, nunc per copiosam salivationem, nunc per utrumque simul curat Luem Veneream: Cerussa antimonii seu antimonium diaphoreticum ex regulo paratum, utut communiter pro sudorifero habeatur, interdum tamen etiam morbos per salivationem levat. Ex quibus non difficile est judicare, quare ab assumpto Purgante Veneris non rarò in viris sequitur stimulus, in mulieribus menses proritentur, consideratâ simul Purgantium facultate, in ♄e volatili acri fundatâ. Exempla videbitis *in PLATERI Observat. l. 1. pag. 263*, ubi narrat pilulas purgantes propinatas loco Purgationis alvinæ Venerem stimulasse, idque in viro viduo, qui ideò molestissimè hoc tulit: addatur *MOEBIUS in Fundament. Medic. pag. 481*, qui singulare exemplum affert. Stimulus hic oritur partim propter vim Purgationis acrem, stimulantem seminaria vasa, partim propter aromatica plerumque simul usurpata, pro correctione Purgantis adjuncta, quæ cùm per se stimulent Venerem, etiam Purgantibus addita eam stimulabunt. 3. Prout textura materiæ evacuandæ diversa est, quantum in se ipsa habet, quam ex vi remedii colliquefactiva acquisivit, ut aptior sit per glandulas salivales potiùs quàm intestinales transcolari; item optimè per intestina, quàm epar aut pancreas. 4. Prout ipsa viscera transcolationi dicata, ut epar, pancreas, glandulæ intestinales, &c. ita sunt disposita, ut nunc faciliùs, nunc difficiliùs, materiam evacuandam dimittant: v. g. in sudoribus pori aperti magis dimittunt id, quod pur-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0366-6 DFG

purgantia remedia ad inteſtina aliàs remittere debebant.

Conſiderandum ulteriùs jam eſt, *unde tam variæ, & ſubinde tam* tetræ odore, colore, & contactu, *horridæ*, flavæ, lividæ, &c. *ſordes*, quæ per medicamentum purgans evacuantur, originem trahant. Formaliter easdem in corpore non præexiſtere citra notabile ſanitatis, ne dicam vitæ, detrimentum, conſtat; ſed fieri demum tales ſub purgationis actu ex actione remedii colliquativa & quaſi putrefactiva, ex ſuprà dictis notum eſt; niſi excipiantur iſta ſolùm recrementa, quæ ratione errotis digeſtionis primæ plus minus mutatæ materialiter primas vias occupant, & immediatè ex iis per ſolum Purgantis ſtimulum evacuantur: cœtera formam ſuam nanciſcuntur ſub excretionis modo, qualem ante eum non habuerunt. Oriuntur autem excrementa iſta tetra & varia triplici ex cauſa:

1. Ab ipſa alteratione ſanguinis, chyli, aliorumque corporis ſuccorum, à remedio ſolutivo, ſub actu diſſolutionis & colliquationis, inductâ; hinc in conſiſtentiam liquaminis ſeroſi reductâ, & à vitalitate proſcriptâ, proprio & inteſtino motu ad putredinem & fœtorem ruunt, & ita ſordes plus minus in colore, odore & ſapore tetras conſtituunt: ſic ſcammoniata admodum fœtida, colocynthis viſcida, jalappa ſeroſa acria, &c. rejici faciunt.
2. Quod quædam remedia præter vim alterativam & corruptivam ſimul quoque excreta diverſimodè tingant, & ita nauſeoſum adſpectum iis concilient; unde etiam ex eodem medicamento validiore, diverſa licèt ſanitatis & conſtitutionis ſubjecta, eadem excrementa evacuare ſolent; hâc enim ratione aloë & rhabarbarum omnia excrementa flavedine imbuunt, quo reſpectu vulgò bilem evacuare dicuntur: hâc ratione etiam Martialia ſolitariò, vel quibusvis Purgantibus ſociata, ſi ritè operentur, excreta nigredine infecta repræſentant; quod pariter facit ſaccharum ♄i, & ♄ina reliqua, item ſolaria, & ☉ fulminans, ſive aurum cum ſpiritu ♁is ſolutum & propinatum, ſub pauca ſui mole, ingentem tamen excretorum quantitatem in nigredinem commutant & convertunt.
3. Ipſa multiplex contentorum naturalium & præternaturalium in inteſtinis ſub actu purgationis factæ, nempe excrementorum naturalium in inteſtinis craſſis ſtabulantium, ut bilis cum lympha, tàm pancreatica quàm glandularum inteſtinalium; item ſordium colliquatarum ad inteſtina unà depoſitarum, miſtio. Hæc enim omnia, cùm ſingula propriam & ſingularem quoque texturam habeant, invicem tamen miſta, plus minus in inteſtinis retenta, qualitates aliàs requirunt, quas minimè aliàs ſimplici naturæ facie repræſentare ſolebant; pari ratione ac ex ſolutione vitrioli ac decocto gallarum vel tormentillæ per ☵ationem atramentum emergit; ita ſecundùm ſolutionem, ☵ationem, coagulationem & ſimiles encheiriſes, etiam varïformia recrementa ſubindè ejiciuntur: vid. *HELMONTIUS de Febribus cap.* 15. *CNOEFFELIUS de Febribus Epidem. pag.* 66, *WALÆUS M.M. pag.* 25, *PLEMPIUS in Fundament. Medic. l.* 6. *cap.* 3, & *POTERIUS de Febribus l.* 2. *cap.* 4.

Odorem quod attinet, non probabile eſt, ſordes adeò fœtidas in maſſa ſanguinea citra vitæ periculum fuiſſe; unde à malignitate Purgantis oriri certum eſt.

Ut autem concludamus Theoriam Purgantium, ſciendum denique, omne emolumentum, quod à Purgantibus expeti poteſt, eſſe, quod ab iis ſaltem cacochymici ſucci, h. e. partes heterogeneæ & recrementoſæ errore digeſtionis vel primæ vel ſecundæ, per fermenta, vel peregrina vel naturaliter vitiata, producti, evacuari ſoleant, adeoque non tàm cauſis morboſis corrigendis aut removendis, quàm productis morborum ſecundariis occaſionalibus evacuandis conducant, utut ſub hoc ſcopo ſimul partim contenta naturalia corrumpendo, partim primas vias vitioſè afficiendo, præſertim in majori doſi ſumpta, non niſi nocumento eſſe ſoleant. Sanè cauſas morboſas propriè dictas minimè vel rarò attingunt, hinc ſubinde poſt eorum & repetitum uſum nihilominus morbi contumaces perſiſtunt aut ſaltem remanent, ut v. g. in febribus intermittentibus, hydrope, ictero, lue Venerea, &c. clarum eſt, adeoq; potiùs humores peccantes à cauſis illis formaliter dictis productos plus minus evacuant, & ita omne levamen, quod Purgantia in Cura adferunt, eſt à poſteriori ſaltem; non autem à priori; unde illorum fermentorum morboſorum potiùs alterantia, tàm generalia quàm ſpecifica, vitium dyſcraſiæ corrigentia, conveniunt. Si hoc non poteſt fieri, fiat ſeparatio vel præcipitatio ſuccorum malorum, & vel per ſudorem, vel quod meliùs per ⊡m, immediatè expurgetur; hæc enim duo ſunt ſanguinis colatoria, quibus purificatur maſſa ſanguinea: Ubi verò ob circumſtantias quasdam, præſertim humorum per fermenta iſta productorum vitioſorum ratione, duplex hæc Evacuatio fieri nequit, vel conſuetudo inſinuat inclinare per inferius guttur, Purgantia ſaltem per inferiora conveniunt. Omnibus autem Purgationibus Sudorifera & Diuretica præferenda ſunt, niſi velimus naturam exterminare ex ſtomacho.

Cœterùm, cùm per Purgationes, in ſpecie vehementiores, omnia ferè in corpore turbari ſoleant, adeoque periculoſa ſubinde ſequantur ſymptomata, ob id exactè conſideret Medicus legitimam Purgandi rationem, tàm in acutis, quàm in chronicis affectibus. Nempe iſtud, quod œconomiæ animali inimicum, univerſaliter evacuandum eſt per quascunq; vias; ſive iſtud ſit cauſa morboſa, ſive productum morboſum, ſive per ſe in parte quadam ſolida, cùm aut in cavitate aut ductibus ejus hæreat, ſi partibus fluidis permiſtum ſit: ſic pus in empyemate, ▽ in hydrope, lympha in anaſarca hærens in partibus ſolidis, omnia evacuanda ſunt. In hoc igitur caſu, quando evacuandum tale, vel quando in quali peccat, & in parte quadam ſolida hæſerit, quò maximè vergat, per convenientes vias in genere eò ducendum & evacuari debet, juxta *Aphoriſm.* 21. *Section.* 1. *HIPPOCRATIS.* Unde morborum chronicorum, ex ventriculi errore imprimis ſupervenientium, cura inſtituitur ſucceſſivè & per epicraſin mitioribus remediis, blandis aloëticis, quia morbi chronici ex recrementis fixis & viſcidioribus oriuntur: hinc in morbis chronicis uſuales ſunt noduli ſimul alterantes & purgantes, præmiſſis debitis vomitoriis. Præſervatio autem & curatio morborum acutorum inſtituitur plerumque per Purgationem eradicativam: morbi enim acuti oriuntur

per effervescentiam & insignem turgescentiam; cùm in his dictum heterogeneum œconomiæ animali inimicum contentis fluidis permistum sit: unde duplex ejus status probè observandus est; vel enim tantùm confusum est illis contentis, in specie massæ sanguineæ, vel intimè & exactè utrique permistum est invicem: si confusè, dicitur status coctionis; si intimè heterogenea cum homogeneis coiverint, dicitur status cruditatis. In illo statu, seu priori, facilè potest fieri per convenientia cribra & colatoria separatio; unde sub hoc respectu pro norma evacuationis universalis, ejus nempe quæ fit respectu cacochymiæ contentorum, inservire debebit *HIPPOCRATES*, qui legitimam purgandi methodum seu optimum regimen docet *Sect.* 1. *Aphor.* 5. 20. 21. 22. 23, & *Sect.* 4. *Aphor.* 3, qui ferè sunt aurei, & instar cynosuræ Purgationum prudenti Medico esse possunt, ubi divinus Senex imprimis monet: *Concocta medicamentis esse evacuanda & movenda, non verò cruda, neque per initia, nisi materia turgeat*; & *Sect.* 1. *Aphor.* 21: *Quæ educere oportet, quo magis vergunt, eò ducenda per loca convenientia*: conf. *l. de salubri diæta*, item *AVICENNA* 4. 1. *cap.* 18, & *M. A. N. C. Ann.* 4. & 5. *p.* 172: id quod imprimis observandum in morbis malignis, in quibus crisis per abscessum ad partes externas & ignobiles fieri solet; & *HIPPOCRATES Aphor.* 23. *Section.* 1: *Excreta non copiâ sunt æstimanda, sed si, qualia oportet, exeant & facile ferat æger*: & hæc duo bonæ Purgationis signa sunt: Atque ubi ad animi deliquium educere expedit, faciendum idem quoque, si æger pari esse possit; & *Aphor.* 24: *In acutis morbis raro, & in principio, medicamentis purgantibus utendum, idque diligenti anteà inspectione faciendum est*; & tandem *Aphor.* 25: *si, qualia oportet purgari, purgentur, confert & facile conferent; si contraria, difficulter.*

Quæ quoque hi aphorismi sint instar normæ, quando sunt evacuanda ea, quæ hærent in contentis corporis, notandum est, quod *HIPPOCRATES* vocabulo Φαρμακεύειν utatur, quod in genere Medicari significat; Interpretes autem strictè, sed malè, intelligant de Purgatione in specie.

Medicationis ergò hæc vox vi nomenclaturæ non præcisè ad purgationem per inferiora restringenda est, sed in genere etiam omnem notabilem, per quæcunque loca convenientia faciendum, aut per vomitum, aut per secessum, aut per ⊡s, aut per sudores provocandos, evacuationem innuit, in quibus omnibus, cum salutari ægri successu instituendis, necessariò coctio prius expectanda est; Dicit enim *HIPPOCRATES l. n. Aphor.* 22. *non licere* Φαρμακεύειν, i. e. curare in genere, *non nisi cruda, nec cocta attingenda esse, nisi turgeant.* Conf. *Dissertat. mea de Præcipit. Usu & Abusu*: hinc miserè lacerantur Aphorismi hi, Cruditatis & Coctionis vocabulis diversimodè à diversis explicatis. Unde in statu febrium Purgantia non proficua sunt, quod natura ad coctionem & futuram crisin se tunc accingat; aliàs enim, si massa sanguinea cruda, i. e. excrementis cacochymicis turbata, purgatur, aut nihil evacuatur, ut totum corpus notabiliter debilitetur ac perturbetur, aut citra euphoriam ægri, potiùs movendo succos crudos, utiles & inutiles, cum nocumento ejus accidit; non enim præcipitabitur, sed movebitur & augebitur turgescentia febrilis: nec in principio febrium acutarum adhiberi Purgantia possunt, imò nec Diaphoretica nec Diuretica; malum siquidem exasperant, quia intempestivè applicantur: Purgantia enim liquefaciunt succos, & excernunt, sudorifera nonnihil sanguinem ▽ant, Diuretica attenuant massam sanguineam, sed sine euphoria, quia nil morbosi ejicitur: hinc aut paroxysmos futuros illa exasperant, aut ipsam febrem pertinaciorem faciunt: vid. *SENNERTUS de Febribus l.* 2. *cap.* 6. *pag.* 103. Potiùs in morbis acutis est expectanda coctio, i. e. separatio fæcum cacochymicorum ex massa sanguinea, quibus separatis evacuentur, sive fiat per crisin, sive ad ejus imitationem per medicamenta, quia talia medicamenta ante sui præcipitationem vel separationem impossibiliter possunt evacuari. Monstrat sanè Ratio & fida Experientia, nunquam naturam hujusmodi instituere excretiones, nisi primò subegerit & concoxerit materiam morbosam seu peccantem, unde & in statu & declinatione saltem morborum, non verò ♈ incremento aut principio salubres & criticas tales molitur evacuationes cum perfectis ⊡æ signis coctionis, nisi materia interdum nimis turgeat, h. e. nimis effervescat, & rapidè per vasa moveatur; tunc enim irritata natura etiam insueto tempore molitur tales evacuationes, sed cùm coactim procedant, symptomaticas dictas, quæ rarò etiam solent esse frugiferæ, sed sæpiùs nocivæ: vid. *KERGERUS in Tractatu de Fermentat. de Usu p. n. Fermentationis*, item *de Temporib. Morborum.*

Cruditatis scilicet nomine nihil aliud intelligendum, quàm intima unio & permistio vitiosi cum utili, imprimis particularum heterogenearum cum homogeneis in massa sanguinea, quæ naturalis ejus fermentatio vitalis turbatur, & in effervescentias febriles concitatur, id quod imprimis particularum ⊖inarum à debita crasi deficientium, in specie acidi vitiosi, intimè talia concentrantis, & simul heterogenea ac homogenea invicem sociantis, fit culpâ. Coctio econtrà est acidi hujus per alcali saturatio, & particularum heterogenearum à reliquis particulis per fermentativum motum simultanea extrusio, & quasi Præcipitatio, quo recrementa & heterogenea ⊖ia, quæ anteà firmiter unita erant, tanquam confusa invicem fluctuant, & ceu effœta instar cujusdam capitis mortui, à sero, tanquam alimenti pariter ac excrementi communi vehiculo, imbibita per certa viscerum cribra & quasi filtra commodè secerni, & hinc per naturæ consuetas vias evacuari possint.

Medium, quo Crudum coquitur, est fermentatio, nunc naturalis intensior, qua sanguis quasi despumari dicitur, nunc præternaturalis intensior, & febrilis, quâ acidi saturatio, adeoque separatio, sicque crudi coctio fit. Modus, quo cruda fiunt cocta, contingit per ▽ationem, cum acido saturato, quod cum contentis præternaturalibus præcipitatur, & mediante motu fermentationis febrilis eliminatur. Dicta hæc effata, confirmant imprimis Phænomena, quæ in ⊡ observantur, ex quibus simpliciter signa cruditatis & coctionis, tàm in acutis, quàm chronicis morbis, petenda sunt; urina enim tunc dicitur cruda, quando est clara, intensè tincta, plus minus crassa: nam quo magis ea tenuis est, eò crudior; quò magis crassa, & simul tincta, eò minus est cruda. Cocta e. g. dicitur seu coctionis perfectæ indicium est, quando ⊡ clara excreta mox turbatur, & copiosa sedimenta, plus minus æqualia & candicantia separantur, liquore superiore claro supernatante. Deniq; incipientis coctionis signum est, quando ⊡, aliàs clara & tenuis, crassescit, turbida & opaca fieri incipit.

Analo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0368-8 DFG

Analogiam autem horum habemus in vino: scilicet novella cerevisia, aut mustum, exhibet statum cruditatis; simulac verò incipit fermentari, crassescit & opacum fit, tunc incipit coctio; heterogeneis tamen feculentis particulis, respectu vini, inter se agentibus, adhuc est permistum, unde per quæcunq; coletur filtra, eodem modo integrum transit, absq; feculentiarum remanentia: ulteriori autem fermentatione depuratum, ex excrementitiarum aut heterogenearum secum separatione & quasi ☿ationе V. clarum transit per colatoria, & remanentias omnes relinquit & seponit, hocque ipso statum coctionis repræsentat. Simili igitur modo succi corporis per motum fermentativum depurantur ab excrementis, & quamdiu feces recrementosæ in massa sanguinea per fermentationis motum separatæ, aut alio modo ☿atæ non fuerint, tamdiu nihil vitiosi separatim excerni, aut per quæcunque cribra separari potest, cùm invicem & homogenea & heterogenea permista sint. Propterea etiam criticæ morborum judicationes, sive per crisin, sive per metastasin fiant, non nisi in statu morbi, concoctâ jam & separatâ & ☿atâ omni excrementorum turbâ, per certa loca, ceu appropriata cribra & filtra accidunt, nunquam in principio: unde non nisi simili in statu ad ejus prudentem imitationem, quascunque instituamus eradicativas, quas vocant, evacuationes. Similia coctionis & cruditatis signa ex urinis petuntur: si enim urinæ sunt crudæ, claræ & pellucidæ, tenues, plus minus tinctæ, fein sehr hochroth/perspicuæ, &c. tunc dicitur materiam morbosam esse in statu cruditatis; quod si verò motus istius fermentativi beneficio partes sanguinis homogeneæ, quæ naturaliter ejus componunt liquorem, turbatæ se denuò unire, partes autem istas heterogeneas extrudere, separare & ☿are incipiunt, in morbo salubri coctionis est principium, & ⊡æ fiunt crassæ, turbidæ, aut sublimamentum vel sedimentum leve monstrant; quod si hæ particulæ perfectè ☿atæ fuerint, sedimentum ⊡æ copiosum, ceu feces fundum matulæ petentes, materiâ omninò coctam, & declinationem morbi ostendunt, & est tempus evacuandi; sin verò effervescentia ista febrilis eò usque procedat, ut dissolutâ massâ sanguineâ, crasis ejus seu partium harmonia omninò depravetur, fatiscit, & animal tandem emoritur, permanentibus urinis tenuibus & pallidis, aut crudis, aut quæ jam coctionis signum præmonstraverant, denuò recrudescentibus.

Causas autem Cruditatis, in *acido concentrante*, & *Coctionis in alcali saturante* consistentes, confirmant eadem phænomena. Nempe, sicut rectum est norma curvi, sic status naturalis est regula præternaturalis status. Itaq; recipiatur ⊡ hominis sani, dividatur in duas partes æquales; alteri parti instilletur acidum, v.g. spiritus nitri, ⊖is, vitrioli, &c. semper evadet clara, & in ℞ sua notabiliter exaltabitur, ita ut à spiritu nitri in ℞am ferè sanguineam evecta fuerit, ac quidem eò magis, quo diutiùs fuerit asservata; alteri verò medietati instilletur aliquod alcali, v.g. spiritus ⊖⁎ci simplex, vel cum oleo ☾i per deliquium, aut quovis alcali fixo ☿etur, mox ⊡ nonnihil turbari incipiet, & inde sedimentum plus minus candicans & copiosum in fundum deponi & secedi, ita ut ⊡m coctam exhibeat; ista verò cum acido tincta semper cruda manente; Huic verò alcalisatæ, ubi ☿atio facta, si denuò acidum, vel altera illa instilletur, brevi cessante effervescentiâ & alcali ab acidi facto concursu absorptô, sedimentum iterum absorberi, & ⊡ in naturalem colorem & consistentiam, seu statum naturalem restituta, apparebit: rarissimum est, quod aliquando tantillum sedimenti integrum ac reliquum remaneat. Patet hinc acidum, concentrando contenta, separationem quamvis impedire, & ⊡ crudam reddere: alcali econtrà eandem præstare & exhibere coctam, agendo in acidum, & sic ☿ando ejusdem contenta; acida enim nunquam ☿ant ex urinis. Fit quidem interdum in quibusdam morbis, ut ⊡ ab acidis turbetur; sed id tunc accidit, quando ⊡ sibi relicta per se turbari solet: Alcalia verò frequenter, imò semper, sanorum etiam ⊡s turbare observantur. Recipiatur ⊡ ægri, in qua perfectæ coctionis signa apparent: sedimentum istud, quod in fundo sepositum, est immutabile, sive instilletur alcali sive acidum, à neutro tamen horum alterabile existit. Signum hoc est, quod sedimentum ⊡æ sit concretum ⊖sum, ex acido ab alcali saturato ortum: alias enim ab acido instillato inspissatur magis, & quasi in grumulos crassos rubicundos abit; ab alcali verò addito rarescit, albida fit, & in floccos & consistentiam ferè plumosam convertitur.

Hæc itaq; in hoc puncto sufficiant: Videbitis plura in *SENNERTO de Febribus l.2.c.7. p.115*, *HOFFMANNO Methodo Medendi p.56*: Conf. etiam ea, quæ habet *KERGERUS de Natura Febrium*, *Tractatu de Fermentat. Gradibus*, item *vid.* quæ *supra de Præcipitantibus* dicta sunt, itē in *Physiol. cap. de Urinis*. Hinc sicut pulsus manifestat statum sanguinis fermentativum in corde, ejusq; motum, ita ⊡ monstrat statum sanguinis ex dicta fermentatione resultantem, secundùm puritatem imprimis & impuritatem.

Ergò cocta talia medicari jubet *HIPPOCRATES*, eaque rarò in principio, nisi turgeant: quod applicandum est ad omnes Purgationes seu Evacuationes Universales, quando liquores vitiosi contenti massam sanguineam afficiunt.

Veritatem autem horum aphorismorum confirmat

(1) ratio: nihil enim potest separari ex quodam fluido, nisi anteà separabile existat, adeoque eidem non permistum, sed solum confusum sit. Quamdiu autem talia intimè invicem unita sunt, nulla potest fieri separatio & transcolatio, quæ tantùm fit eum in modum, ut unô relictô alterum expurgetur: propterea enim sudorem provocamus, ut relictâ massâ utili recrementa heterogenea evacuemus; sed quando hæc ipsa cruda sunt, sanè nulla horum fiet separatio per transcolationem. Igitur Evacuatio tantum conveniens est coctis.

(2) Analogia v.g. cum musto suprà proposita, quod in transcolatione integrum transit, nullis relictis in filtro fecibus; quæ aliàs post fermentativam coctionem secedere & relinqui solent. Sic in massâ sanguinea feculentiæ quædam per ordinarios tramites & vias hinc inde transcurrunt, quæ ☿atæ in colatoriis hærebunt, & mediante latice aquoso dilutæ poterunt per sudorem evacuari.

(3) Experientia in chymicis. Solutiones enim quælibet filtra transeunt; præcipitatione verò factâ utile tantùm transit, crassiori ☿ato relicto: e.g. solutio vitrioli cum alcalisato quovis præcipitata transit filtrum, ochreâ relictâ.

(4) Nunquam natura ipsa instituit evacuationem criticā, nisi priùs materiæ perfectè coctæ signa præcesserint in urinis; secus enim vel infida vel imperfecta, coacta ac symptomatica est crisis. Sic quoque in febrium intermittentium paroxysmis sudor quasi criticus sub horum declinatione ferè semper effluit, qui paroxysmus est

est quidem quasi parvus morbus acutus, quo ipso materia morbifica, cocta ex parte, sub effervescentiæ illius motu quasi criticè separatur: Idem fit in acutis, tàm benignis, quàm malignis, in quibus natura sibi relicta sola onus gestat, cruda digerit, & cocta expellit.

Circa hæc, quæ modò dicta, insuper adhuc observanda quædam & monenda sunt: I. Aphorismos illos *HIPPOCRATIS* propriè & primariò de morbis acutis benignis, ab effervescentia febrili ortum habentibus, intelligendos esse, in quibus tantùm talis humorum est cruditas & coctio: in morbis enim acutis & malignis alia ratio est; ibi enim non tàm ad coctionem, quàm fermentum malignum, respiciendum est; adeoque consultum est, mox in principio alexipharmaca ac sudorifera potentia & appropriata ⊽antibus diaphoreticis jungere, ut eliminetur in tempore fermentum malignum, ne unà cum spiritibus jam inquinatis totus sanguis simul tandem corrumpatur, præsertim si oriantur à contagio, ubi diaphoretica generosa mirè conveniunt, & contagium per ea fortiùs eradicatur; habitâ simul tamen ratione majoris vel minoris effervescentiæ febrilis in sanguine. Nihilominus secundariò & per certam quandam analogiam cruditas & coctio etiam in morbis chronicis, ex vitiata sanguinis crasi dependentibus, observare datur, quibus ob id etiam non incommodè idem Aphorismus certo modo applicari potest: De his enim in Praxi observatur, quod in iis præsertim urinæ crudæ deprehendantur; & rectè institutâ curâ sic procedit, quod etiam in chronicis morbis ⊡ turbari, sedimenta copiosa seponi, & similia signa coctionis exhiberi soleant, quod indicium est resurgentis naturæ, & ritè operantium medicamentorum: v. g. in principio febrium intermittentium, malo hypochondriaco, in ictero nigro, ictero flavo incipiente, cachexia, &c. urinæ sunt pallidæ & crudæ, aut tinctæ, sed tenues: Propinatis ergò tunc temporis medicamentis purgantibus etiam validioribus exagitatur quidem variè & movetur massa sanguinea cum diversis symptomatis, sed frustrà, cùm parum aut nihil promoveatur; sin verò in subjectis succi plenis succedat larga evacuatio, hæc est sine euphoria, potiùs cum damno: Propinatis verò medicamentis appropriatis & ⊽antibus, ⊡æ tales fiunt turbidæ, crassæ, opacæ, &c. & procedente tempore, lentè licèt, copiosa deponunt sedimenta; id quod in scorbuto ferè signum esse solet resurgentis naturæ & medicamentorum rectè operantium; tuncque Purgantia etiam leviora ubertim & quasi sponte naturâ per quascunque vias plus evacuant, & non sine egregio fructu & successu usurpantur, quàm si in principio centies talis evacuatio institueretur. Ergò & in talibus coctio & cruditas certo modo respicienda, utut chronici tales morbi lento gradu absolvant sua tempora, quæ citò percurruntur ab acutis; unde & in chronicis subinde medicamenta purgantia interponenda sunt Præcipitantibus & Alterantibus, quæ in acutis circa declinationem tantùm usurpanda. In his tamen in principio ferè Purgatio quædam minorativa præmitti solet, idque ad abstergendas sordes in primis viis hærentes; non verò ad evacuandam integram massam sanguineam.

Docet autem præterea *HIPPOCRATES*; *nisi materia turgeat, expectandam esse coctionem, & si turgeat, in principio instituendam esse Evacuationem.* Fit enim non rarò, in specie in calidioribus regionibus, & ubi victus aliaque respondent, ut non tantùm in morborum acutorum principio & incremento materia morbifica sit cruda, & hinc impetuosè effervescat, sed etiam quod juxta *Hippocratem* sit turgida seu turgeat, id est, quod abundans immoderatè nimis fermentescat, & rapidè per vasa moveatur, instar musti ex vino generoso impetuosè nimis ebullientis; quod vase nimis arctè concluso idem disrumpit, & in partes suâ turgescentiâ dissilire facit.

Turgescentia nomine, Græcis ὀργᾶν, intelligitur insignis contentorum effervescentiæ & ebullitionis motus, sub quo tàm motum localem seu progressivum quàm intestinum seu fermentativum observare debemus in intensissimo gradu, quem insequitur semper acrimonia fermenti seu humoris excrementitii; hincq; explicanda est natura orgasmi, quam indigitat *Hippocrates*. Jam verò sicut natura sibi relicta coacta à morbo, in principiis vel incrementis morborum reverà interdum vomitus, aut diarrhæas, aut hæmorrhagias, aut alias evacuationes, licèt symptomaticas sponte ciet, eum tamen in finem, ut superveniens aliud majus malum præcaveat; ita etiam Medicus, imitator naturæ, sub tali materiæ turgescentia simili modo interdum in principio morbi, non expectatâ etiam coctione, evacuationes, quorsum natura vergit, instituere debet, quò diminuto ejus quanto reliqua mitiùs sub fermentatione ferantur, sive venam secet, sive vomitum promoveat, sive alvum aperiat, vel urinam seu sudorem moveat: Ubi tamen cautò & valdoperè circumspecto opus est, ne intempestivè irritentur crabrones.

Verùm plurima non turgent: vixit quippe *Hippocrates* in climate calido, in quo ob vinosam & spirituosam diætam (ut apud Italos & Gallos adhuc hodie) crebriores obveniebant effervescentiæ seu turgescentiæ, quæ apud nos ob diætam moderatam & temperatam, & climatis situm diversum, minus frequentes sunt: unde rarò habemus necesse, non expectatâ coctione, in principio morbi fortem quandam evacuationem moliri.

II. Observandum, intelligenda hæc esse, quoad evacuationes fermentorum, quæ contenta corporis, imprimis massam sanguineam, inquinant, & inde nata varia recrementa, cum contentis corporis unita, constituunt: nam, quæ non sunt unita, sed saltè confusa, & in partibus solidis, aut earum cavitatibus, hinc inde hærent, ea sine coctione expectata possunt evacuari: sic v. g. in salivatione Mercuriali sine expectata coctione, sive in lue Venerea, sive in scabie ferina, evacuare possum acidum viscidũ, quod saltem massæ sanguineæ confusum est, & hæret in partibus continentibus. Par ratio est in Hypochondriacis mucosæ viscididitatis primarum viarum, vel vomitu, vel forti Purgatione evacuandæ, nullâ expectatâ coctione.

III. Crudos humores non semper mole æstimandos, sed si respectu ad quantitatem ordinariè habeatur, sæpè ejus causa cum producto morboso confundi solet; minimum enim est id, quod maximas sæpè dat turbas. Concipiantur variolæ contagiosæ, quantillum est id, quod per contagium susceptum sedimentum tàm copiosum in ⊡ evacuari facit? Idem est in morbis acutis, tàm benignis, quàm malignis. Istud igitur, quod coquendum seu saturandum est, minimum esse potest, utut sub fermentationis motu copiosæ simul particulæ massæ sanguineæ, nunc chylosæ, nunc perfectæ sanguineæ, excernantur & ⊽entur; quæ cum acido extrusæ simul, & latice aquoso imbibitæ, copiosa ista sedimenta constituunt. Hinc plura producta morbosa non semper causa materialis morbosa est excreta.

IV. Co-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0370-7 DFG

IV. Coctionem opus esse solius naturæ, in quo ipsi Medicus leve aut nullum ministerium inferre potest. Istud igitur, quod sub coctione in morbis acutis facit, est, ut attemperet & corrigat acidum istud acre, plus minus volatile, in talibus morbis peccans, sive figendo, sive absorbendo, sive saturando hoc fiat. Hinc est, quod Medicus ☽ata, ♃alia fixa, cervina, &c. adhibeat pro figendo acido volatili, eodem plus minus acri temperando; sicut in chronicis absorbentia terrea alcalia fixa aut volatilia ordinariè subministret, ut quasi ex remoto aliquantulum naturæ conatus adjuvetur, quæ solitario conatu hæc ipsa postmodum rejicit ut hostile.

V. Observetur differentia inter morbos acutos, benignos & malignos, præsertim cum contagio. Equidem etiam in morbis malignis natura sibi soli relicta mediante coctione morbum superat, nisi ante coctionem jam succumbat, quando jam massa sanguinea planè inversa, vel spiritus influi deficiunt; hocque fiat tàm cum quàm sine contagio. Interim in tali casu Medico, naturæ ministro, incumbit, ut fermentum malignum seu contagium fermentativum maturè excludat, antequam contenta corporis prorsus inquinare queat, aut ∽ influos plus minus alterare valeat: hinc mox in principio accingit se ad vomitum, & pro contagii destructione aut evacuatione sudorifera, appropriatis alexipharmacis attemperantibus juncta, ut Theriacam, propinat, ut, quantum possibile, contagium haustum in principio eliminetur, quo natura in statu morbi blandè ab attemperantibus adjuta, id, quod superest, ipsa sibi sufficiat agere & eliminare hoc; quod non fit, si tardiùs juvetur. Propterea Medicus maturè, præsertim Diaphoreticis, ulteriora præcaveat mala, etiam non expectatâ coctione.

Ex modò dictis patet, quare, ut suprà dictum, in omni evacuatione coctio, seu heterogenearum partium ex massa sanguinea per fermentationem separatio & ⊽atio expectanda sit, quia aliàs nihil utiliter per partes, ceu per cribra aut filtra, transcolari potest & evacuari, non minus quàm mustum crassum & turbidum per omnia lintea transit sine ulla materiæ remanentia, quod post fermentationem & fæcum separationem ac ⊽ationem has copiosas post se relinquit, liquore claro vinoso transeunte. Opus naturæ est simpliciter coctio, in quo ipso etiam fermenti digestivi in stomacho, mediante aliquali chyli vehiculo & supplemento magna consideranda venit efficacia. Remedia ergò, quæ hîc propinare intereà debet Medicus pro adjuvanda tali coctione, sunt Alterantia & Attemperantia, pro fermenti & materiæ morbosæ primariò peccantis diversitate varia. Si enim effervescant biliosa, hoc est sale urinoso volatili vitioso constantia, acida conveniunt (quia omnia ⊖ia volatilia destruunt): Ad acida etiam pertinent tartarea remedia, Martialia, &c. quæ occultum acidum in se continent; sin verò vitiosum acidum primariò tales effervescentias inducat, alcalia seu urinosa quæcunque, tàm fixa quàm volatilia, uti & Martialia ac Terrea, acidum temperantia & absorbentia, conducunt. In Febribus ardentibus & malignis mixtura simplex reliquis præfertur, ceu Præcipitans Diaphoreticum, ut &∽⊖is dulcis, item nitrum ♃atum, aut ∽ nitri dulcis in Decocto hordei cum cornu cervi vel radice scorzeneræ; item omnia ex nitro, antimonio, C.C. &c. parata remedia peti & usurpari solent: item Julebi omnes, qui sunt omnes aciduli; succi berberum, cydoniorum, citri; ℞ violarum, rosarum, &c. In his tamen experientia consulenda, & quid hæc jubeat, observandum; cùm febrium malignarum omnium non sit una eademque ratio.

Purgatio autem cùm sit remedium generosum, & nulla sit Purgatio, quæ non conjuncta sit cum detrimento virium, ut id Helmontius dictitat, ideò cautissimus in Purgatione, & attendamus ad Indicantia, Contraindicantia, & Permittentia. Indicans est Cacochymia coacervata, eaq; non corrigibilis: Coindicant vires plus minus robustæ; in statu vegetiori plus minus fortia, in debiliori etiam debiliora requiruntur. Locus Cacochymiæ huc etiam facit: si massa sanguinea est cacochymica, ac si succi præter cacochymiam in partibus solidis volunt alterare, tunc paulò fortioribus utamur; si in primis viis succi stagnant, mitiora adhibeamus. Quoad sexum, gravidæ & puerperæ propriè non sunt purgandæ, nisi summa urgeat necessitas: si tamen purgandum, blandiora in iis tutò & optimè adhibentur, qualia sunt manna, passulæ, &c; reliqua enim, quia uterum irritant, crabrones excitabunt. Infantes & pueri tutò purgantur per nutrices, sed & hîc cauti simus: si enim nutrix mox post assumptum Purgans infanti mannam præbet, metus est, ne nimis purgetur; sin verò post aliquot horas ab assumpto Purgante, infans parvam vel nullam percipit alterationem: Cuidam nutrici suadebam, ut pro augmentando lacte coqueret flores sambuci siccatos in lacte, de quo copiosiùs bibens unà cum infante diarrhæam incidebat. Optimè confert syrupus domesticus, qui pro laxandis infantibus cochleatim exhibetur, vel papillæ nutricis lacte madefactæ tantillum pulveris jalappæ adspergatur, vel Purgatio instituatur passulis, vel rob passularum, addito dimidio grano scammonii ♃ati.

Cœterùm præter talem crudorum humorum ante Purgationem Coctionem, etiam alii, non crudi licet, humores præparandi sunt vel digerendi, antequam evacuentur. Præparatio verò in eo consistit, ut recrementa ad evacuationem plus minus inepta ita disponantur, ut aptiora fiant, hoc est, propinanda talia sunt, quæ impedimenta removeant, à quibus aut tardior, aut difficilior, aut molestior fieret Purgatio. Tardior verò aut non sufficienter fit Purgatio, quando ea retinetur, ut parum vel nihil operetur; quod, utut à quibusdam non adeò magni fiat, hac quidem sub specie, quod tunc saltem alterationis munere fungantur Purgantia; tum de Purgantibus, præsertim acrioribus, hoc non æquè locum obtinet; quippe quod retentum, & non sufficienter motu naturæ denuò rejectum est, partim in primis viis, partim in contentis corporis, nocivam & peregrinam impressionem relinquit & infert. In primis enim viis nauseam, appetitum dejectum & prostratum, sitim, motus inordinatos in abdomine, & similia pathemata, post se trahunt Purgantia retenta: sicut in contentis corporis, colliquefaciendo & corrumpendo ea, ad alios morbos suscitandos, aut si non novos promovendos, saltem antiquos conservandos, multùm conferunt: Optimum igitur est, ut mox iterum rejiciantur. Impedimentum autem, quod Purgantia minus operentur, consistit imprimis in contentorum evacuandorum plus minus visciditate, quæ tunc non facilè potest solvi; aut si quando materia est nimis acris & corrosiva, vel tenax, & minus mobilis, hincq; plus minus naturæ à remedio stimulatæ motum remoratur: si enim non sequatur tunc evacuatio, quod natura enervata non sentiat stimulum, tunc pessimum hoc est indicium; sed rarò exhibemus ægris eo in casu Purgantia. Molestior autè fit Purgatio, quando cum torminibus variis, spasmis partium internarum, colica, varia & violenta humorum agitatione,

fluxu plus minus cruento, intestinorum aut ani exulceratione, syncope, pathematis hystericis, &c. conjuncta est; oriuntur enim hæc omnia ab acrimonia contentorum, à Purgantibus occasionaliter agitatorum, acida aut acido-⊖sa, seu acido-austera, quibus ad intestina deturbatis, in acrioribus subjectis, v.g. apud nostrates, Scorbuticos, Hypochondriacos, Cachecticos, &c. frequentissimè hæc observare contingit, v.g. quartana, malum hypochondriacum, cachexiæ, &c. interdum dysenteriasinsequi ipse observavi: interdum etiam omninò retinentur Purgantia, eaq; quandoque non sine noxa, sicut ex medicamento purgante assumpto non operante mortem subitaneam observavit *LOTICHIUS l.4. cap.1. observat.3 p.255*; & ex retenta Purgatione dolores hypochondriorum graves notat *GABELCHOVERUS Cent.2. cap 37. Conf. pluribus WILLISIUS Pharmac. Ration. Volum.1. ubi de Purgantibus.* Hæc omnia symptomata cùm contingere soleant vel ex acrimonia & corrosivitate nimia humorum evacuandorum, vel ex eorum crassitie, viarumque exinde factis impedimentis, & hinc inde obstructionibus; ob id per digestiva, unâ vel alterâ die præmissâ, vel cum Purgantibus permista, acres humores, imprimis acidi temperandi & edulcorandi, crassi incidendi & attenuandi, factaq; viarum impedimenta & obstructiones removendæ, à quibus molestior fieret Purgatio: id quod in Purgatione tàm per superiora quàm per inferiora interdum observandum.

Ergò pro tali scopo notum, quod non rarò præscribantur noduli, in quibus simplicia talia digestiva cum Purgantibus sunt permista: sit v.g. *nodulus in affectibus chronicis* vel *cachexia* usurpandus:

℞. *Com. absinth.*
HB fumar.
rorismar. à M.j.
rad. enula
fœnic. à ℥vj.
fol. senn. sst. ℥j.
rad. helleb. nigri crud. ℥vj.
Rhabarb. el ℥iij.
sem. calid. 4 maj. à ℥jß.
bacc. junip. ℥ß.
cort. aurant.
citri à ℥iij.
galang.
zingib. à ℥j.
⊖♀ ℥j.
Incisa & contusa includ. nodulo,
D. S.
Laxier-Püschel in Wein.

Nodulus alius *antiscorbuticus:*
℞. *summ fœnic. viresc.*
HB rec. cochlear. à M.jß.
fumar.
absinth.
cherefol. à M.ß.
rad. armorac. rec. ℥jß.
pom. citri incis. no.j.
passul. min. contus. ℥jß.
Incisa & contusa includantur nodulo,
D. S.
Püschel zum Scharbocks-Wein.

Sic nodulus, si desideretur purgans, omisso citro, *dicta Purgantia in nodulo præcedente*, cum *adjectis aromaticis* & ⊖♀ possunt addi, & Purgantia mox dicta herbas præscribi, & sign.

Püschel zum laxierenden Scharbocks-Wein.

Ergò aliquando fortiùs purgandum, aut si etiam præservationem morborum certo tempore, verno vel autumnali, idem agendum sit, ad præcavenda symptomata graviora, tormina imprimis & abdominis pathemata, præmittenda prius sunt digestiva, seu humores excrementitios præparantia, horum nempe acrimoniam, in specie acidam, maturè temperantia & viscoditatem incidentia, ut ita facilior & minus molesta fiat purgatio. Hunc in finem præ cœteris conveniunt omnia temperata ⊖sa, item gummata; quem in finem adaptamus tartarum, tartarum ⊕latum, qui digestivum catholicum vocatur, arcanum duplicatum *Mynsychthii*, tartarum ⊕atum *Bartholeti*, ⊖ digestivum hypochondriacum, tàm quod ex capite mortuo ∼⊖*ci, quàm quod ex capite mortuo ∼ aperitivi Penotti, eruitur; ⊖*, ⊖ absinthii, cardui benedicti, ♀i & similia ad ℈j, quæ imprimis crassa & viscosa incidunt & attenuant: quibus subinde aut lapilli cancrorum, aut corallia præparata, aut simile quid, ad infringendum magis & temperandum acidum subinde addendum est; sicut, si sordes evacuandæ sint acidæ, & in ægro purgando, ubi aliàs acida abundent, v.g. Hypochondriacis, Melancholicis & Quartanariis, subjecta plus minus terrea vel metallica, speciatim in hoc puncto Martialia, ♄ina, testacea, lapilli cancrorum, corallia, os sepiæ, ⊖ia fixa & similia conducunt, quæ absorbent acidum; & optimo cum consilio, ceu Præparantia digestiva, symptomatis omnibus præcavendis præmittuntur: vel usurpanda cum his simul in morbis chronicis pro nodulis aromatica acriora alterantia, ubi viscidum acidum cum bilis inertia plus minus peccat, jungenda sunt scolopendrium, polypodium, filix, cortex capparum, &c. Quod si materia peccans fuerit naturæ pituitosæ, h.e. mucilaginosæ, viscidæ & crassæ, imprimis simul acidæ, conveniunt Decocta & Essentiæ digestivæ ex plantis aromaticis, amaris, vel gustu acribus, seu incidentibus, attenuantibus, resolventibus, h.e. sale volatili nunc acri nunc temperato imprægnatis, vulgò aperientibus dictis, v.g. radicibus aperientibus, fumaria, absinthio, centaurio minori, marrubio, calamintha, asaro, salvia, zedoaria, gummi ammoniaco, spiritu ♀i, spiritu ⊖*ci, &c. Ut res clarior fiat, per exempla declarabo: v.g. Pono biliosum, h.e. in quo abundat acidum volatile oleosum, cras esse purgandum, huic præscribo formulam ex contrariis acidis constantem:

1. ℞. *pulv. hepat. rub.* ℈j.
lapill. & præp. ℈ß.
M. f. pulv.
div. in 2 part. æqu. D. S.
Digestif-Pulver/eines früh/das andere auff den Abend/den Tag vor der Purgation.

2. Ubi materia peccat acida:
℞. ⊖*is absinth.*
lapill. & præp. à ℥ß.
M. f. pulvis,
div. in 2 part. æqual.
Ingredientia enim sale alcalico sunt imprægnata.

3. Ubi quicunque humores sunt permisti:
℞. ♀i ⊕*lat.* ℥ß.
⊖*is absinth.*
lapill. & præp. à gr. xv.
M. f. pulvis,
div. in 2 l. 3 part. æqual. S.
Digestif Pulver auff etliche mal.
℞. ♀i ⊕*lat.* ℈ij.
⊖*is absinth.* ℈j. M.
div. in 2 part. æqu. S.
Digestif Saltz auff 2 mal.

Vel

Vel in forma liquida:

℞. ▽ *menthæ* ℥j.
arcan. duplic. ℈j.
lapill. & præpar. ℈ß.
⊖♀ gr. vj.
syr. de hyssop. ℥ß.
M. D. S.
Digestif-Tranck auff zweymal.

4. Ubi materia crassa, pituitosa, & viscida in intestinis:

℞. ⊖ ✱*ci depur.* gr. xjv. l. xvj.
dentur 2 doses, S.
Digestif-Saltz auff zweymal.

℞. ⊖*is digest. hypochondr.* ℈ij ad ʒj.
div. in 2 part. æqual.
D. S. ut antè.

℞. ⊖*is digest hypochondr.* gr. xv.
lapill. & præp. ℈ß.
M. D. S.
Digestif-Pulver.

Vel cum Purgantibus permista: v. g. ubi metus Tertianæ, l. in ipsa Tertiana:

℞. *pulv. hepat. rub.*
♃ ⊕*lat.* à gr. viij.
scamm. ♁*at.* gr. v.
M. f. pulvis, S.
Laxier-Pulver.

Causat 4 oder 5 sedes.

Usitatissima mihi est sequens formula in febribus intermittentibus:

℞. *pulv. hepat. rub.* gr. xvj.
Rhabarb. el. ℈ß.
scamm. ♁*at.* gr. iij.
M. D. S.
Laxier-Pulver.

In scorbuticis, &c.

℞. ♃ ⊕*lat.* l. *arcan. duplic. Mynsf.* gr. xv ad ℈j.
scamm. ♁*at.* gr. iij.
troch. alhand. gr. j. l. ij.
M. f. pulvis, S. ut antè.

Ubi Martialia usurpanda:

℞. *Croc.* ♂*is aperit.* ℈j.
⊖♀
scamm. ♁*at.* à gr. v.
M. f. pulvis, S. ut antè.

℞. *Croci* ♂*is aperit.* ʒß.
arcan. dupl. ℈j.
⊖*is absinth.* ℈ß.
M. f. pulvis,
div. in 3 part. æqual. S.
Digestif auff dreymal.

Vel in malo hypochondriaco, aut hysterica passione:

℞. *Croci* ♂*is aperit. ritè par.* ʒß.
corall. r. præp.
⊖*is fumar.* à gr. v. l. vj.
M. f. pulvis.
div. in 2 partes, D. S.
Digestif-Pulver.

Hæc autem Digestiva non confundenda sunt cum coctione humorum, quod tamen plerumque fit. Vulgò in humoribus præparandis colores vel qualitates humorum resplciunt, sed nihil est. De opio autem dubium, an purganti remedio ad præcavenda periculosa aut saltem dolorosa symptomata præmittendum; an verò huic commiscendum, vel post hoc exhibendum sit? Resp. distinguendo: In subjectis delicatioribus, & qui à levioribus Purgantibus facilè irritantur, præsertim in scorbuticis, item iis, qui hypercatharsi, torminibus colicis aut pathematis hystericis sunt obnoxii, & qui succo melancholico seu acido, aut similibus acrioribus salibus abundant, vel ad phthisin inclinant, in iis *sociari cum Purgantibus* in ordinaria vel dimidiata dosi possunt, idque felici admodum cum successu; sic enim Purgationes blandiores & moderatè succedere solent: Imò, si scopus sit evacuare in colica convulsiva, affectu iliaco, aut immediatè præmitti, aut postponi aliquot horis, aut commisceri ipsi purganti possunt opiata. Observavi enim in tenerioribus, & ad hypercatharsin pronis, præposita vel immixta opiata non turbare vel impedire Purgantis actionem, utut dosis Purgantium respectu alius doseos & consuetæ, aliàs subjecto huic convenientis, tunc sit augenda: Vid. *HOEFERUS in Hercule Medico pag.* 127, *item VELSCHII Miscellanim. Centur.* 1. *Obs.* 80, *annex. anno* 4 *&* 5 *M. A. N. C. append. p.* 22, *SCHNEIDERUS de Catarrhis l.* 4. *p.* 313, v. g. in melancholia hypochondriaca:

℞. ⊖*is absinth.*
✱*ci*
lapill. & præp. à gr. xv.
laud. opiat. gr. ij. l. iij.
M. f. pulvis.
div. in 2 part. æqu. S.
Digestif-Pulver auff zweymal.

Quin imò, etiamsi non superveniant talia symptomata, nec metuenda sint, tamen non inconsultum videtur, post cessantem seu finitimam Purgantis operationem blandum quoddam Paregoricum propinare saltem appetente nocte, ut sedetur intestinus iste motus, & tumultus per Catharcticum concitatus, ad imitationem nempe *SYDENHAMII.*

Ipsa autem Purgantia, dum virulenta sunt, incautos ducunt ad legitimam correctionem, ut venenum laxativum aliqualiter mitigetur, & tutiora ac mitiora fiant remedia. Correctio hæc est vel vera vel falsa. Posterior in officinis communis est, quæ fit additione aromaticorum, ut per hæc addita præcaveantur noxæ, à Purgante metuendæ; sed malè ita proceditur, quia fucata est, & tantùm palliativa. Correctio autem vera per bina artis & naturæ instrumenta; & quidem triplici modo, peragitur:

1. per acida.
2. per alcalia.
3. per Fermentationem.

I. Equidem acida figunt acrimoniam ⊖*inam* urinosam in Purgantibus, sed eorum vires magis castrantur & imminuuntur, quàm ut alterentur; virulentissima enim cum spiritu vitrioli ita prorsus enervantur, ut nihil prorsus operari queant. Si igitur per acida quid tentandum, recipiatur potiùs phlegma vitrioli, succus citri, cydoniorum, ✝, &c. quæ mitiùs enervant vim eorum nimis laxativam. Hæc tamen correctio, quia texturæ destructiva est, non adeò laudanda venit, quatenus concreta resinosa magis adhuc constringuntur & concentrantur, & ita sæpiùs figuntur, ut parum vel nihil penitus in corpore nostro operari queant. Sic per macerationem cum aceto prostat helleborus albus & esula in officinis, sub nomine radicum præparatarum.

Optima II. hinc est correctio per alcalia, tàm fixa, quàm volatilia, quanquam quæ fixa fit, potentior sit: ex quibus *sal tartari catholicus corrector omnium Purgantium est*, cui succedit liquor suppositicius *alcali est Glauberi*, ♁ nempe nitri fixi per deliquium. Hæc enim, per legitimam digestionem, texturam ab acido concentratam penetrant & aperiunt, resinam laxativam Purgantium reserant,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0373-5 DFG

& ita oleositatis correctæ ratione Purgantia minus viscida reddunt, unde ita mitigantur, ut mitiùs, & sine terminum satellitio, operentur, simul etiam acidum nonnihil temperant, acrimoniam corrigunt, ut Vomitoria, vellicativa aliàs, correcta sic econtrà attenuativa & resolutiva evadant, & sub mitioti vi catharctica nunc diaphoretica nunc diuretica fiant. Imò per alcalia hæc ita corrigi possunt Purgantia, ut penitus sublatâ noxiâ virulentiâ amaricante, simpliciter alterativa, & morborum chronicorum correctiva optima existant.

Modus autem per alcalia corrigendi Purgantia fit in mitioribus cum ℞ ♀i, cum salis ♀i simplici fusione & extractione paratâ: sin acriora hæc fuerint, cum oleo ♀ per deliquium imprægnata probè exsiccentur, & postmodum mediante digestione cum spiritu vini Essentia nunc laxativa, nunc alterativa, elicitur. *Experimentum* aliquando feci cum colocynthide, quæ sub minima mole intensissimum est Purgans, ventriculo & intestinis nocentissimum, ac summè torminosum, ob acrimoniam intensissimam, & resinam quasi viscidam:

Recepi igitur *colocynth.* gr. xxv.
sacchari (ut commodiùs pulverisetur) ʒj & ℈ij.
⊖♀ ℈i ß.

Pulverisata hæc exactè, ▽ communi humectando, probè terendo in mortario lapideo, & blando hypocausti calore exsiccando, hocque tribus vicibus repetendo, massam relictam coëgi in pilulas, ex quibus grana xxxv (quæ habent *colocynthidis* gr. v, *sacchari* ℈j, & ⊖♀i ℈ß) juveni 18. annorum dedi, facillimè aliàs laxabili, qui 7. inde sedes cum paucissimis torminum vestigiis inde habuit: Eandem dosin dedi nutrici robustæ, quæ inde duos secessus, cum paucissimis torminum vestigiis, saltem circa vesperam consecuta fuit: Eandem itidem propinavi alteri juveni, qui tantùm duas sedes; & Mechanico tandem, qui nullam planè sedem inde habuit. Eidem autem nutrici dedi eandem *colocynthidem incorrectam* (ut certior de operatione distincta redderer) dosi granor. v crudæ colocynthidis cum *saccharo pulverisatæ*, quæ inde 6 secessus cum gravissimis torminibus, & crebro excernendi conatu, passa est. Pari ratione accepi *jalappæ* gr. xv, & dedi juveni, qui sexies inde laxatus est: *eandem dosin*, addito saltem ℈ß ⊖♀, in eodem repetii, & nullam inde commotionem sensit, ita ⊖♀ eidem vim laxativam penitus abstulerat: itidem *jalappæ* gr. xiij c. ⊖♀ gr. viij dedi Studioso, qui unicam saltem laxationem, sed copiosos flatus, passus exinde est.

Correctio hæc locum etiam habet in Mineralibus: sic ☿ vitæ per ⊖♀ certo modo corrigitur, de quo suprà dictum.

III. Fermentatione mutatur textura, separatur nimis Volatile, & maturatur ♃ crudum. Modus idem est, ac si opium fermentatur ad imitationem D. *LANGELOTTI*: Eodem modo ego scammonium cum succo cydoniorum fermentari feci, & eleganter correxi, & operabitur sine insigni turbulentia.

Quoad materiam Medicam autem, abundamus sanè Purgantibus, quare selectus quidam instituendus est, cùm plus, quàm in aliis; hoc puncto instructissimus medicamentorum generibus. Remedia ergò inter purgantia mitiora, ex vegetabili regno sufficiunt senna, jalappa, helleborus niger, aloë, rhabarbarum, scammonium & colocynthis: Duo posteriora utplurimum aliis saltem pro stimulo, vel Abstergentibus, vel Purgantibus, addenda sunt, hæcque ipsa abunde sufficiunt; rarum enim est, quod esula, elaterio, radice iridis nostratis, &c. nisi in certis casibus hydropicorum, interdum indigeamus. Cœteris, ut Agarico, Ricino Americano, Cataputia, & toto esularum exercitu, euphorbio, turpetho, gummi guttæ, mechoacanna, soldanella, & aliis fortioribus omnibus, facilè carere possumus; cùm partim inusitata, partim nimis virulenta, partim, cujus naturæ & originis sint, penitus incertæ & incognita deprehendantur. Regnum Minerale suggerit Mercurium dulcem, qui est laudabile Laxativum; hinc ☿ratum quoddam fixum, aut cum spiritu ☉i, aut cum oleo ♃is, & ☿ probè correctum per inferiora purgans; quod, sicut omnia ☿alia, præter vim irritativam, etiam alterativam junctam habet, cujuslibet acris in corpore existentis absterstivum, & massæ sanguineæ mundificativum, sive ☿ illud per inferiora purgans ex croco metallorum, sive Mercurio vitæ sive ex crudo antimonio præparetur; quibus societur demum ☉ fulminans pro scopo abstergendi & temperandi, in morbis præsertim chronicis egregium. Hujusmodi Mineralia non adeò fœtidas sordes expurgant, quàm Vegetabilia.

In specie igitur

Senna Alexandrinâ

usitatissima, multi usus & blandum, catholicum quasi, Purgans est, quod sub operatione sua, serosa, viscida, plus minus flavedine tincta, expurgare facit; unde communiter inter ea, quæ humores adustos, biliosos & pituitosos quoscunque evacuant, refertur. Vis laxativa consistit in volatilioribus ejusdem resinæ particulis, quæ cortice, ut sic dicam, mucilaginoso sunt investitæ, unde prolixiori coctione vis sennæ laxativa perit; forti enim coctione elicitur mucilago ista, unde Decoctum nimis torminosum evadit, propter tenaciùs adhærescentem intestinis mucilaginem. Potiùs igitur in forma liquida usurpatur in infusione, & blandâ hinc ebullitione. Prostat quidem in officinis ☿ sennatus laxativus compositus *Montagnanæ*, nec non crystallorum ♀i ☿ solutivus compositus *ZWELFFERI in Animadv. Pharmacop. Augustanæ*; sed utut convenienter purgent, ingrati tamen sunt propter dosin nimiam, quia à ʒj ad ʒiß propinandi veniunt: conf. *LUDOVICI Pharmac. pag.* 152. In substantia autem convenit cum socio tartaro, in infuso cum sale ♀i, vel ejus oleo per deliquium pro stimulo, in Decocto blando cum tartaro vel cremore ♀i, ut hæc, nonnihil dissolvendo mucilaginem, tormina minora excitare queant. Dabo e.g. Infusum:

℞. *fol. sennæ sift.* ʒij.
rhabarb. el. vel *helleb. nigri crud.* ʒj.
⊖♀ ℈j ad ʒß.

Infund. in f.q. ▽ *comm.* vel *cujusd. destillatæ*, e.g. *fumar.* &c. stent in loco tepido per ☌: manè

℞. Colat. rubic. ℥iij l. jv. prout plus vel minus purgare intendimus (sennæ enim vis se extendit ordinariò ad ℥iij) adde ▽m *cinnamomi*, & edulcora c. *saccharo*, f. Haustus pro dosi.

Imprimis in morbis chronicis pro viscidis sordibus in primis viis eliminandis in usu est; sicut in forma Infusi pro plurimis dosibus, præsertim ad febres quartanas contumaces, & cachecticos evacuandos, ita præscribi potest:

℞. *fol. senn sift.* ʒvj.
rad. helleb. nigri crudi ʒij l. ʒiij.
⊖♀ ʒiij l. ℥ß.

Infund. in f.q. ▽ *simpl.* stent in loco tepido per ☌: manè ℞. Colat. ℔j l. ℔jß. ad ℔ij: edulcoretur cum *julepo aut syrupo rosarum solutivo.*

Capiat

Capiat æger haustulum ad ℥ij l. ℥iij. In morbis chronicis per epicrasin eliminandis est remedium multi usus.

Decoctum passulatum egregiè conferre observatur, præprimis Hypochondriacis & Scorbuticis; cùm Hypochondriaci simul sint durioris & siccioris alvi, pro qua aperienda, & primis viis liberandis, senna utplurimum sociatur passulis, quibus & cremor ♀i combinatur, sicq; Hypochondriacis convenit, ubi alia fortiora Purgantia non satisfaciunt: e. g.

℞. *Passul. min.* ℥j l. ℥jß.

Contusæ ebulliant in s. q. ▽*æ simpl.* Colaturæ fervidæ infund.

fol. senn. fft. ℥ij l. ℥iij.
crem. ♀i ℥j.
& si placet,
flor. violar. p. iij.

(modò enim in Decoctum fervidum infundantur, non necesse est, ut ebulliant, extrahuntur tamen optimè) refrigeratæ Colaturæ ℞. ℔j ad ℔jß, D.S.

Laxierender Tranck.

Capiat æger post jusculum ad uncias aliquot pro lubitu, suavissimè & sine torminibus laxat; conveniens, uti dictum, in Hypochondriacis & Scorbuticis.

Conferatur item Infusum sennæ laxativum *Mannagetta* apud *ZWELFFERUM in Pharmacop. Regiæ pag.* 31, Augustanis & Viennensibus adhuc usitatum, quod ferè ad ejusmodi Decoctum accedit. Sic etiam fit eadem Decoctio cum sero lactis caprilli; quod saporem acrem in scorbuto peccantem specificè temperat, si infundatur aut in eo blandissimè senna ebulliat. Tandem & sub Infuso in nodulis laxativis vino infundendis senna ordinatur: nam & hocipso illa extrahi potest. Sennæ defectu succedanea est Coluthea vesicaria, quæ tamen in dupla dosi, respectu sennæ, iisdem formulis & modis adhibenda est.

Succedit

Helleborus niger,

simplex multi usus, & quod meritò cum *PARACELSO* magnifacimus. Hic autem seligendus est Styriacus, qui optimus habetur; attendendo probè, ne cum radice aconiti, quod quoque in iisdem provenit montibus, confundatur; sic enim pessimus committeretur error, quod jam *ZWELFFERUS* & *HILDANUS* annotarunt. Optimum est in morbis chronicis remedium, genus nervosum & caput affligentibus, hinc etiam mentem turbantibus, & morbos convulsivos excitantibus; adeoque systemati nervoso convenit, & causis morborum partium nervosarum occasionalibus confert. Hinc est, quod à Veteribus inter Purgantia Melanagoga relatus, & capitl dicatus sit: *PARACELSUS* præfert eum reliquis simplicibus evacuantibus, dicitq;, eidem vim inesse curandi morbos 4. principales, epilepsiam, apoplexiam, podagram & hydropem; sub quo quaternione plures subordinatos hic intendit & subintelligit: vid. *TILLINGIUS Prodromo Praxeos Chymiatr. pag.* 113. In Melancholicis delirantibus specificum est; unde à *FREITAGIO in Aurora Medicor. Fuga Dæmonum* vocatur. In affectibus intercutaneis, scabie ferina, ulceribus partium internarum, &c. pro fomite interno corrigendo & eliminando multum præstat. Non attendenda autem tantùm est vis ejus laxativa, quæ accidentalis saltem videtur, sed & simul alterativa, quæ magis essentialis: sic enim in malo vel melancholia hypochondriaca, mania, & quibusvis morbis chronicis, elephantiasi, herpete, cancro, quartana, vertigine, epilepsia, apoplexia, scabie, &c. genus nervosum & caput affligentibus, mentem turbantibus, morbosq; convulsivos excitantibus, &c. quamvis non laxet, egregiè tamen alterat; hinc natum dicterium: *Caput elleboro dignum*, vel *illo indiget*: Conf. *VELSCHIUS in Hecatost. P. 2. pag.* 17, ubi citra Extractum laxativum habet quoque melanagogum alterans ex eo. Vis autem laxativa ejus fundatur in ⊖e volatili acri specifici saporis, penetrante, & acidum quodvis in corpore corrigente; quo in tantum etiam luxuriat, ut in capite mortuo calcinato parum vel nihil ⊖is fixi deprehendatur: unde & quidam destillando cum vino vel spiritu vini, liquorem laxativum educere satagunt. Rari vel nullius ejus usus est in substantia; potiùs igitur in Infuso exhibetur, pro quo eligatur radix recens, vel potiùs fibrosæ radiculæ, rejectis partibus lignosis; quæ fibrillæ, quia maximam partem substantiâ corticali constant, virtute medicamentosâ copiosiùs ditatæ sunt; sicut in toto Vegetabilium regno cortex duplo plus, quàm medulla lignosa, virtutis obtinet. Recens infunditur aliàs in ♁, quod in officinis radicem præparare vocant; cùm tamen potiùs sit eam castrare, quia partim ⊖ volatile evocatur & figitur, partim in aceto macerando extrahitur optima ejus virtus. Cruda tamen etiam insons & sine periculo est, modò semper cum sale tartari jungatur. In Infuso menstruum ejus sit ▽, in Essentia utrumque, & ▽ & V̄, quo vim laxativam postmodum extrahamus; e. g.

℞. *Helleb. nigri rad.* qu. v.

Infund. in V̄ ♀*isato*, diger. aliquamdiu in MB: hinc Essentia parata cum forti expressione separetur, & V̄ *abstracto* relinquitur Extractum: radicibus autem extractis ▽ affundatur de novo, & interveniente ebullitione ulteriùs extrahantur, & evaporatione phlegmatis expressus succus in consistentiam mucilaginis redigatur. Hæc igitur 2 Extracta jam conjungenda sunt, & semper sub decoctione aliquid ⊖♀ vel *olei ejus per deliquium* addendum est. In forma pilulari hoc Extractum, præsertim sociatum cum Mercurio dulci, in epilepsia habituali, scabie ferina, lue Venerea, & ejus prodromo, gonorrhæa virulenta, in quartana confirmata, melancholia, &c. est polychrestum. Aliis placet radicem ejus infundere in vinum Rhenanum, addendo sub digestione ⊖♀, & quidem non ineptè; sic enim fit quasi ⊖ essentiale seu terra foliata ♀i, quæ sub digestione optimè hanc radicem corrigit; hinc hoc Extractum cum vino ita paratum, est instar binorum modò insinuatorum. Dosis ejus est ℈j vel gr. xxv, addendo stimulum vel ex scammonio vel colocynthide. Pro scorbuto Infusio facienda est in sero lactis probè depurato, addendo parum ⊖♀, & egregium sic Laxativum per epicrasin habetur. Alia insuper plura sunt remedia ex eo parata, de quibus videatur *THIERMAYERUS in suis Consiliis*: hinc conferantur Præparata *CNOEFFELII*, optimi post *Helmontium* Paracelsistæ, in *anno 6 & 7 M. A. N. C. in Appendice*, qui multum tribuit helleboro nigro.

Externè, uti notum est ex Helmontio, optimum suggerit sternutatorium, cum saccharo mistus: item Pessarium in menstruis obstructis vel retentis: in ulceribus antiquis vel vulneribus malignioribus pulvis inspersus purificando ad sanationem eadem disponit; sicut etiam contusus cum aceto, ac emplastri forma applicatus, in dictis affectibus, nec non carne superfluâ exedenda, convenit; pediculos enecat, & pro fonticulis stimulandis, & ut meliùs fluant, excitandis in usu quoque Chirurgis est.

Scammonium

est succus exoticus lacteus gummeo-resinosus, ex

planta de convolvulorum genere, ex cujus radice profectus est. An nostrum cum Veterum idem sit? non immeritò dubitatur: in convolvulo tamen sylvestri, si idem succus lacteus inspissatus fuerit, illi similis reperitur: hinc præparatum blandum & elegans Laxans est, unde non solùm per se ⊖ibus abstersivis sociatur, & non quantitate quidem, sed qualitate, sufficienter purgat; sicut & alius quoque pro stimulo additur, ut eorundem operationem meliùs promoveat. Suavitas in eo est aromatica, non adeò nostræ naturæ hostilis, modò ritè præparetur; quæ præparatio ejus non solùm consistit in totius substantiæ correctoine & castratione, sed & separatione substantiæ ejus gummosæ à resinosa, sub qua, tanquam sub cortice, nucleus laxativus resinosus latitat. Modus aliàs hic esse solet: Non debet, ut vulgari fit modo, assumi succus cydoniorum; nec sufficit suffumigatio cum sulphure accenso; scammonium enim de acido fumo △is imbibit & castratur, imò dosis incerta redditur, cùm quædam pars plus, quædam minus suffumigetur, & ita corrigatur. Optima hinc est *BRENDELII præparatio*, quam habet in *Chymia in artis formam redacta:*

℞. *scammon.* qu. pl.

Infundatur ▽ *simplex*, vel *destillata quadam*, teratur in mortario vitreo vel lapideo, & terendo emergit mistura lactea seu emulsio, & remanet substantia resinosa pice tenacior, & nigricans ac crassa, quæ omnes turbas illas dat, quas in scammonio observamus: ipsa hæc emulsio mitiùs purgat, quam omnia scammoniata, præsertim si singulis ejus unciis instilletur ℥ ♀*i per deliquium* ʒß l. ʒj pro acrimonia sufficienti: sic dein inspissata relinquit optimum præparatum pro usu Medico scammonium, quod per se vel propinari potest, vel ulteriùs in Extractum condensari; quin etiam pro sapore gratiori, & correctione meliori *succus citri* addatur unicuique dosi ad ʒij vel ʒiij & fit potio grata. Hinc non ineptè quidam faciunt *syrupum scammoneatum laxativum* perquam gratum:

℞. *scammon.* ℥j.
succ. citri rec. depur. ℔ß l. ℔j. prout fortior l. debilior est succus.

Terantur invicem, & solutio lactea decantata l. colata levi c. expressione asservetur, addendo *sacch.* q. s. ad consistentiam syrupi: sic habetur suavis syrupus laxans.

Dosis cochl. j l. ʒß ad ℥j.

Aliàs scammonii præparati dosis pro stimulo addendo sunt gr. ij l. iij. Ab usu ejus excreta educuntur serosa flava, unde inter biliosa seu cholagoga communiter referri solet ab aliis vulgaribus Medicis.

Sequitur nunc

Jalapa

quæ radix ex Indiis Occidentalibus allata huc, utut etiam planta hæc apud nos in hortis crescat, communiterque *Flos Peruvianus* seu *Mirabilis* audit, & à *BAUHINO in Histor. Plantarum Jelseminum Peruvianum* dicitur. Radix, quæ in hortis nostris excolitur, atque usum laxativum habet ac Indica, in hoc saltem differt, quod exoticæ dosis ordinaria sit ℈j, nostratis verò dupla, scilicèt ʒß, ℈ij vel ʒj; cùm minus resinosa sit, unde minor laxandi potentia. Nam vis laxandi hujus radicis consistit simpliciter & solitariè in resina ejus, unde hâc cum spiritu vini exactè extractâ, reliquum inerme est, & nihil purgat, quicquid etiam *VELSCHIUS in Hecatost.* in contrarium dicat. Communissimum est Purgans, adultis æquè ac infantibus conveniens; recrementa enim copiosa sub forma aquosa & serosa evacuare facit, unde ordinariò inter Hydragoga & Phlegmagoga ab aliis refertur; ab aliis verò, ceu catholicum Purgans, laudatur.

Usurpatur tàm in substantia, quàm forma liquida. In substantia in forma pulveris, quo in puncto semper cum cremore ♀i, aut tartaro crudo vel nitro, socianda venit; sic longè meliùs, & cum minoribus symptomatis evacuat: Infantibus etiam sub hac forma propinari potest radix hæc cum tartaro, pro supputatione numeri annorum, ita ut gr. j l. ij numerum anni excedant: v. g. infanti 6 annorum propinantur *jalapæ & cremoris* ♀*i* à gr. vij l. viij; sic sufficienter laxabitur, & sic consequenter cum aliis quoque. In forma liquida optimum est, ut fiat *Essentia laxativa*, eaque *citrata*, cum *corticibus citri vel aurantiorum*, & ▽ infusa: modum ejus docet *BARTHOLINUS Centur. 3. Epistol. pag.* 133; est admodum suavis, & egregii effectus, cùm præsentium adjunctorum corticum vis aromatica intestinorum pathemata arcere soleat. Dosis ʒij ad ʒß, prout ▽ plus minus rectificatus vel tartarisatus de resina plus minus participat vel extraxit.

Ex *hujus Essentiæ*, infusione ▽*æ communis*, ☵atur *resina*, quæ commodè etiam in forma deinde iterum liquida propinari potest; in sicca enim admodum torminosa, & tanquam glutinosa parietibus intestinorum adhærens est.

Post scammonium & jalapam eminet

Colocynthis,

quæ validum utplurimum est Purgans, nec aliâ ratione nisi stimuli loco Purgantibus aliis additur; idque in casibus, quando sordes viscidæ & mucilaginosæ, à quibus morbi fiunt, exprimis viis vel massa sanguinea eliminanda veniunt. In se complectitur pulpa seu pomum exsiccatum resinam viscidissimam (es klebet ärger als Pech) & simul amarissimam, in qua vis ejus laxativa residet; quæ verò ejus usu evacuari solent, fermè sunt pituitosa, mucosa, &c; unde inter Phlegmagoga communiter dicta primatum ducit; ob resinam viscidissimam atrocissima tormina infert; cujus *correctio* instituitur variis modis. Inter omnia autem sufficiens est, quæ fit per alcalia tartarea. Quidam recipiunt *pomum colocynthidos*, & infundunt in ☵*m humanam*, sic omnem amarorem, imò omnem etiam vim laxativam exuit; quod lixivium inspissatum cum *spiritu vini* extrahunt: tutò quidem, sed sine effectu, hoc modo præparata *resina* operatur. Potiùs autem infundenda *pulpa* vel *ejus trochisci in* ▽ ♀*isatum*, vel *cum* ℞ ♀*i acri* extrahenda est; optima sic habebitur *Essentia*, quæ ulteriùs inspissata *Extractum* forte suppeditat, cujus dosis gr. j vel gr. ij abunde sufficiunt. Potest etiam fermentari cum *succo pomorum*.

Aloë Succoterina

est succus compositus, constans substantiâ partim mucilaginosâ, ac menstruo aqueo extrahibili, sub cujus tegmine subtilis resina laxativa reconditur; & partim resinâ tenaci viscidâ, in ▽ non solubili, instar cujusdam colophoniæ. Mucilaginosa imprimis est ista laxativa, ratione absconditæ resinæ; altera autem purè resinosa potiùs adstringit, & fibras partium roborat, quin aliquali amaritie firmiter adhærendo intestinorum plicis, præsertim intestino recto, hæmorrhoidalium vasorum fluxum sæpiùs excitat, quod tamen hæc sola non facit. Nam & in rhabarbaro eundem stimulum observavit Manardes in Epistolis, & à scammoniatis Scultetus in Armament. Chirurgico. Ex hac igitur resina glutinosa adstrictoria est, quod aloëtica post aliquam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0376-2 DFG

quam laxationem etiam adstrictionem aliquam relinquant, ratione cujus Hypochondriacis, Melancholicis, & qui habitus siccioris sunt, minus talia conveniunt, quin etiam ferè in genere in minori dosi auspicatiùs operantur, quàm in majori dosi, pro scopo alterativo hæc aloëtica. Patet hinc ratio de ejus Præparatis:

℞. *Aloe*, & solvatur in ▽ *fumariæ* aut *veris Majalis*, paucâ dosi ⊖♀ aut ♂ᵒ ♀ *i p.d.* aculeata: trita cum hoc menstruo deponit mucilaginem in ▽m (relictâ resinâ inutili, quæ in ▽ nō solubilis est) ex qua, phlegmatis evaporatione & inspissatione, fiant *Pilulæ*, quarum no. iij l. jv usurpentur, aut subinde pro vario scopo *c. aliis* ⊖*ibus* possunt *subigi*.

Et in hoc artificio separandi mucilaginem consistit *Præparatio Pilularum Francofurtensium, Glassianarum & Tilemannianarum.* Ubi autem opus est, ut retineatur resinosa illa & balsamica substantia, selecta saltem lucida aloe, non lota, usurpetur (nam æquè suaviter laxat) aut per se in forma pulveris, addendo grana aliquot ♀i ⊕lati; aut in forma pilularum, cui etiam gummi ammoniacum interdum additur, ad imitationem *Tilemanni*, qui

℞. *Aloës luc.* ℥jß.
g. ✱*ci in* ✝ *fol. & insp.* ℥j.
♀*i* ⊕*lati* ℥ß.

Cum *Ess. & liquid.* q. l. in ℳ redigendo, dosis esto à pil. v. viij. ix l. x. in morbis chronicis.

Aloë hæc, præter vim laxativam in mucilagine fundatam, ratione resinæ suæ habet quoq; vim egregiam præservandi à putredine, humorum corruptelam plus minus præcavendo & corrigendo; unde etiam à lumbricis & ascaridibus solet præservare, & genitos exturbare. Propter hanc vim etiam egregia est in usu Chirurgico, pro cura tàm vulnerum, quàm ulcerum, in Emplastris, tàm integra, quàm resina separata; arcet enim degenerationem & corruptionem nutrimenti, & mundificando ad consolidationem feliciorem facit. Externè solvatur *ejus* ℥j in ▽*æ graminis* ℔j, & egregia est in curandis pediculis, irritationibus intercutaneis, quâ ▽ *TIMÆUS in Casibus & Epistol.* frequenter usus est; sicut etiam in scabie suum præstat usum.

Rhabarbarum

sequitur. Rha nomen proprium est Geographicum, fluminis Sarmatiæ principalis seu Moscoviæ, hodie Wolga dicti; ab hoc, quod ibi radix hæc copiosiùs crescere, nomen sortitum est. Non debet tamen confundi cum Rha Pontico; Rha Barbarum enim vel est verum, l. Monachorum: Verum, quod hodie ex China affertur, non est idem cum Rha Barbaro Veterū, de quo *PANAROLLUS & SALMUTH ad eum in Notis de Rebus Perditis:* Monachorum est Hippolapathum hodiernum nostras: Rha Ponticum est, Rha vulgare illud & in specie dictum, quod circa fluvium Wolga crescit, & Thracicum inde nominatur, de quo Prosper Alpinus de Rha Pontico videatur. Verùm hoc dicitur respectu vulgaris, quoniam nihil aliud est, quàm Centaurium majus: Chinense verò illud est species Lapathi.

Quoad usum laxativum, non infimæ hoc sortis est, & solum cum Aloë inter Purgantia innocua locum meretur. Virtus seu substantia ejus laxativa fundatur in mucilaginosa parte, per menstruum aqueum extrahibili, hinc vel in forma pulveris rarò tamen, nisi in fluxibus alvi, in quibus, præter vim absterſivam intestinorum acre, à quo fluxus alvi solet oriri, corrigit simul & alterat; hinc est, quod fluxum potiùs imminuat, quàm augeat. In Infuso optimè cum sale tartari propinatur. Propter vim suam simul alterativam Anima Hepatis dicitur: nempe in vitiis bilis corrigendis conducit, quando ea vel deficit, vel inertior est; item in atonia hepatis, & cachecticis, item hydropicis, & inde dependentibus morbis, insigne alterans est, præsertim cum vehiculo & Decocto passularum propinatum, ut hinc vulgò dicant: es ist gut vor die kalte Leber. Rhabarbarum quoque, ut suprà dictum, *PARACELSO* dicitur habere in se vim & arcanum arenam & calculum pellendi, si laxativa ejus vis ei aufferatur: novi hîc virum calculo aliàs obnoxium, qui omni septimanâ ℥j Rhabarbari pulverisati accipit, hocq; ex eo commodi habet, ut parciorem calculorum sentiat progeniem. Infundendum est itidem, uti dixi, in loco tantùm calido, non coquendum; cùm per decoctionem vis ejus volatilis laxativa pereat, & adstrictoria tantùm permanear.

Et hæc de usitatioribus ac selectioribus Purgantibus ex Vegetabilium Classe. Pauci sunt casus, in quibus radice esulæ, aut elaterio, aut iride nostrate, indigemus.

Esulam

quod attinet, nomen hujus commune est toti Tithymalorum exercitui, qui omnes succo lacteo turgent; qui inspissatus concretum simillimum scammonio præbet, ut etiam loco scammonii eō uti possimus; correctâ nempe acrimoniâ ejus causticâ in aceto macerando, non tamen nimis diu, & non, nisi cum vel post usum ellebori frustraneum, infundatur. Nam helleborus niger quod non attingit, ad illud accedit Esula; sicut ubi Jalapa in Hydragogis non sufficit, ad Elaterium confugimus.

Elaterium

verò est succus pariter lacteus, & ex fructibus recentibus cucumeris asinini seu sylvestris expressus; melior enim est ex his, quàm ex planta integra, uti quibusdam in usu est; Purgans tamen nimis est acre. Tutissima est *Præparatio D. MICHAELIS*, qui recepit *radicem cucumeris asinini recentem*, & in taleolas incisam suspendebat in umbra: ex exsiccatis cum ▽ ♀*isato* extrahebat *Essentiam*, addendo parum *macis*. Utebatur ea in hydrope cum felici successu, ubi satis tutum est Purgans.

Quod si autem Elaterium non sufficiat, adest

Iris nostras,

Rusticorum Purgans, quæ non nisi in hydropicis, in quibus viscera adhuc robusta sunt, adhibenda venit radix ejus, quæ florem luteum habet: & quidem recipitur vel decoctum radicis recentis in taleolas discissæ in jusculo gallinaceo fervido, & fortiter laxat; vel recipiatur *succus recens ex radice expressus*, & per residentiam *depuratus*, capiatur cum *aqua fœniculi* vel *syrupo violarum*, vel ana *vini Malvatici*, ut acrimonia ejus mitigetur. Recens succus ad ℥ß, per subsidentiam ad ℥j speciatim evacuat ▽s Hydropicorum; & suspicor, vim singularem certam & alterativam, præter virulentiam purgantem, reconditam esse in ea, quia ⊡s simul in ascite provocat; quas qui in hisce evacuare per remedia certa norit, nullo alio medicamento indiget.

Ex Regno Minerali sunt *Mercurialia & Antimonialia*; ex ingenti tamen copia pauca selectiora sufficiunt.

Mercurius.

Ex iis, quæ ☿ suggerit pro scopo solutivo, prostant tàm ☵ata quàm ♎ata, de quibus omnibus in genere notandum, quod ☿ tàm vivus quàm ☵atus, nisi maturè è corpore ejiciatur, & sic in salivatione in eodem retineatur, semper & ordina-

ordinariè ad salivationem plus minus disponat. Quomodo igitur pro scopo solutivo admittendus, semper opera detur, ut intra 24. horas unà cum excretis, vel reverà vel apparenter talis, eliminetur, aliàs die tertio vel quarto supervenit salivatio.

Ex ≏atis

Mercurius dulcis

catholicum & mitissimum Purgans est, multis encomiis dignum, quod magis alterando quàm præcisè eliminando proficuum est in praxi. Præsuppono enim ejus præparationem, quæ fit ≏ando bis vel ter *Mercurium vivum cum ana ☿≏ti* (pulverisatis & probè invicem mistis) donec purus & sine fecum residentia planè crystallinus appareat. Mitius Purgans est quàm Jalappa, cùm partim nec quoad sensum ægri ita partes in abdomine alteret, partim avtopsia anatomica doceat, minus ab eo rubere seu inflammatas esse, adeoque minus, quàm à jalappa, ventriculum & intestina affecta esse. Dosis est ℈ß ad ℈j: sed quia etiam sic mitiùs & tardiùs in quibusdam operatur, ordinariè Purgantibus vegetabilibus, imprimis scammonio ♃ato, sociatur; sic ab hoc alterando, dum vegetabilia tantùm purgando operantur, sequitur longè felicior effectus: Et hocce fuit *RIVERIO* adeò usitatum sub nomine *Calomelanos Turqueti*, qui tamen in dosi nimis est excessivus, quando ☿ij *dulcis* ℈j sociatur cum *scammonii præp.* ℈ß; cùm tamen hujus gr. vabundè sufficiant. In morbis chronicis malignis, lue Venereâ, scabie ferinâ, leprâ, item gonorrhœâ correptis, sicut etiam in aliis & firmiter radicatis morbis, in epilepsia confirmata, in hemicrania, hemiplegiis, &c. optimus est, si *ejus* ℈j cum *Extracti cujusdam vegetabilis specifici*, e. g. *panchymagogi Crollii* vel *hellebori nigri* gr. xv in forma pilularum miscetur, l. addendo pro stimulo *Extracti trochiscor. alhandal* gr. j l. ij. Curiosum est, quod *is* in specie miasma variolarum evacuet, ut si metuentur, ante eruptionem usurpatus, paucæ vel nullæ efflorescant.

Scrupulus autem superest, an tutò propinari possit Scorbuticis? Movetur hic ab *HARTMANNO*, quod Mercurialium usu in hisce ulcera oris, gingivarum & faucium, inducantur. Resp. Tutò tamen propinatur, modò cautior sit Medicus, utut faciliùs salivationem, aut molesta faucium pathemata, in scorbuticis, quàm in aliis moveat. Si igitur ex Mercurio dulci propinato non sequatur sufficiens effectus, ♃ ex cremore tartari cum pauca jalappa in vehiculo calido, pro juvanda solutione superbibatur; sic omnis metus salivationis, quæ quarto aliàs die communiter supervenit, maturè potest præcaveri.

Denique pro paulò robustioribus auspicatissimum est Vomitorium Catharcticum simul, si ☿ dulcis ritè societur cum Mercurio vitæ, modò illo, quem describit *HOFFMANNUS in Clave Schrœder. pag.* 271, *ubi de Mercurio dulci*, sociando nempe *Mercurium dulcem, duodecies ≏atum* ad p. jv c. ☿ij *vitæ correcti per effumationem* partem unam: Et hæc videtur genuina, vel genuinæ proxima descriptio *Antiquartii Riverii*.

Præter hanc solutivam vim habet quoque alterativam, quæ consistit in eo, ut

1. potentissimè attenuet & dissolvat quælibet viscida glutinosa, tàm primas vias obsidentia, quàm massam sanguineam inficientia;
2. hinc sapore suo ⊖so, qui ex prosapia Mercuriali naturæ quasi alcalinæ est, temperat quævis acida, præprimis fixa, difficulter tàm à natura quàm arte corrigibilia:

Quo in scopo majoris illum facio, quàm pro laxativo seu purgante: hinc ☿ dulcis crebriùs repetitus in morbis chronicis egregiè convenit. Hinc etiam non tantùm adultis, sed & infantibus, imò gravidis (in quibus sæpè expertus sum) tutò cum aliis propinatur: in infantibus enim non movet salivationem, quamvis etiam non operetur laxando. Dixi autem ejus alterativam vim consistere in quovis acido fixiori temperando; in quem locum facit effatum Practicorum notatu dignissimum; quod ♄ alia conferant imprimis biliosis, sicut Mercurialia pituitosis: in pituitosis enim, ubi acidum fixius, in subjecto plus minus viscido hærens, ♄ contumaciores & diuturniores reddit effectus; econtrà quod in biliosis, ubi acidum volatile turget, propinata Mercurialia minus tuta sint, ne respectu sulphuris externi adhærentis bilis mala exasperentur, & atrociora sequantur symptomata.

Ex ▽atis ejus sufficiant tria; nempe ☿▽ cum oleo ♃is per campanam, quem vocant Turbith seu Turpethum Minerale; vel cum spiritu nitri, quem vocant arcanum corallinum; vel Mercurius cum sole per se ▽atus, aliàs dictus ▽atus ☉aris. Hæ tres ☿▽ati ex multis & innumeris ferè sint instar omnium, & à *LUDOVICI in Pharmac.* commendantur; sed absque ☉e: si modò sufficienter fixati, & circumspectè exhibiti sint, idem præstare possunt.

Turpethum Minerale

cum *oleo* seu *spiritu* ♃*is per campanam* fit; cujus Præparationem cum omnibus encheirisibus prolixè describit *CROLLIUS in sua Basil. Chymica, cum notis* imprimis *Hartmanni*. In se quidem satis tutum, & in affectibus chronicis conveniens est remedium. Dosis gr. v l. vj in forma pilularum vel boli: Aliàs impressionem vitriolicam in faucibus relinquit, ægris molestam; hinc cum Theriaca, Extracto hellebori nigri vel succo liquiritiæ commodè propinatur mistum. Ordinariè verò cum nausea per inferiora tantùm purgat, utut in delicatis, & tenerioribus præsertim, vomitum interdum moveat; quin & repetito usu in minori dosi salivationem cieat, hincque non nisi in morbis chronicis evacuandi aut alterandi causâ adhibitum, locum habet.

Quod ipsum etiam verum est de

Arcano Corallino,

paulò fortiori quàm hoc. Fit hoc modo:

℞. ☿ij *vivi probè depur.* qu. v.

Abstrahatur ab eo ~ ☉i *ritè rectific.* tribus vicibus; sic evadit ♄ egregius rubeus, ferè instar ♂, unde etiam vocatur Arcanum corallinum: Hic ♄ sub tegula aut in ✝ulo calcinetur leviter, donec non ampliùs fumet, & ~ ☉i concentratus maximam partem avolet; tunc ternâ c. ▽ *deflagratione* factâ tutò usurpari potest.

Dosis gr. jv vel v: per inferiora purgat, interdum etiam per superiora.

Sed hæc Mercurialia, uti monitum, non nisi in malis contumacioribus conveniunt, & saltem in iis, ubi tale acidum peccat, quod vix præterquam à Mercurio corrigibile existit: in morbis enim difficillimis, v.g. quartana inveterata, lue Venerea confirmata, podagra, &c. Mercurialia singularem præ aliis habent prærogativam, adeò, ut aliis irritis (modò viscera ægri utcunque adhuc sint robusta) satisfaciunt intentioni Medici: sic *aurum vitæ Cnöffelii* antipodagricum (vid. *Epist. ejus de curata Podagra*) nihil aliud fuit, quàm ☿ vivus per certum ♁ vitrioli, laboriosè licèt, fixatus: in lue Venerea confirmata sine Mercurio sanè nihil possumus perficere: imò

affectus

affectus etiam longè remotos in extremis artuum Mercurialia corrigunt, radicem exprimis viis evellendo, & fermentum peregrinum simpliciter corrigendo: in ulceribus manantibus crurum aliis irritis factæ pilulæ ex cinnabari, arcano corallino, & Theriaca, aliquoties repetito usu assumptæ, per inferiora purgant, & sine alio remedio singulari sponte ita exsiccari faciunt; quod remedia alia vix, aut non nisi post diuturnum tempus, præstare possent, idque non semper: unde in gravioribus morbis singulare quid obtinent.

Omnium autem optimus est

☿ Præcipitatus solaris,

qui est anima ☉is & ☿ii, per se artificiosâ digestione diuturna ⚗atus. Descripsit vulgarem hanc præparationem partim *WILLISIUS in Pharmac. Ration. P. 1. cap. 2. de Vomitor. Formulis* (quia enim Angli delicati sunt, etiam à quibuscunq; Mercurialibus facilè vomunt) p. 11, partim *ZWELFFERUS in Mantissa spagyr. ubi de Mercurio.* Hic ritè præparatus est omnium mitissimus, per inferiora suaviter purgat, quibusdam etiam aliqualem diaphoresin movet: nempe acre ♃ externum, quod in Mercurio præsertim laxationis & salivationis autor est, hoc associatione ☉is correctum & temperatum mitius fit, & per inferiora tantùm purgat. Rariùs hic ⚗atus ☉aris per se aliqualem salivationem stimulat aut movet, quod etiam valet de amalgamate ☉ari, per spontaneam ⚗ationem parato.

Antimonium.

De antimonio res nota est, quod sit Purgans catholicum, in specie in affectibus melancholicis inveteratis. Ex hoc usurpatur vel ipsum crudũ cum sale communi præparatum & fusum, vel ☿ vitæ ritè correctus, & crocus metallorum cum sale communi itidem fusus. *Antimonium cum sale communi fusum* debile evadit Purgans, nisi in majori dosi propinetur.

℞. ⊖*is commun.* & ♄*ij* à p. æqu.

Mixta fundantur in ✝ulo satis diu, effundatur dein in conum infusorium; sic inferius secedit regulus; superiùs sub forma scoriarum ⊖ commune fusum, substantiâ ♃eâ ♄ali plus minus impregnatũ, residet.

Pulvis scoriarum harum propinatur à ʒß ad ʒj, sed in vehiculo calido; vix enim sine nausea adsumitur, quare relinquamus hoc.

Potius igitur

Mercurius Vitæ

substituitur ritè correctus. Modi hujus etiam sunt varii: imprimis autem

℞. *Butyr.* ♄*ij aliquoties rectificatum:*

⚗etur hinc ☿ *vitæ* per ♈ ♋*is per deliquium*, & ad tempus digeratur c. liquore: ⚗atus hic, probè dein c. *fervida* ▽ aliquoties edulcoretur, & si adhuc nauseosus sapore observatur, ▽ super illum accensus deflagretur; sic evadit ⊖lus, qui anteà erat acido-austerus vitriolicus, & Purgans maximè per inferiora, & non, nisi teneriores, ad nauseam vel vomitum stimulat.

Fundamentum operationis est, quod ab alcali ⊖♀ acidum destruatur, quod cum Mercurio vitæ junctum, sub textura ♃eo-vitriolica per analogiam quasi resinosa, vomitus ciet.

Alio etiam præparatur modo, si *probè edulcoratus* in patella non vitreata teratur sub igne carbonum, donec in pulverem griseum abeat, & nullum emittat fumum, continuè agitando, ne in grumos abeat, & concentrentur ⊖is particulæ, quæ tamen debebant effumare, & hinc aliàs vomitum movere solent: sic rectè præparatus est ☿ *per inferiora purgans Riverii*, quem tutò ad gr. iv vel vj ad viij adhibuit.

Fundamentum præparationis & operationis est, ut acidum ⊖is communis evaporetur & separetur, ac parum saltem de eo restitet, quo minus irritare ventriculum, sed ab eo subactum potiùs per inferiora laxare queat.

Tertius modus est huic contrarius: *Mercurius Vitæ communis* aliquoties tantùm probè teratur cum *sale communi* diu, & de novo sæpius abluatur.

Fundamentum itidem est, ut in superioribus erat, separare acidum volatile ⊖is communis, quod cum ♄ali regulina parte coiverat, & constituerat vim emeticam; sic hoc cicuratur, ut penitus fatiscat, & ex contrario, addito ⊖e communi, acidum volatile quasi figatur. In ⊖e enim communi, uti duplex est substantia, acido-♃ea volatilis, & fixa alcalina terrea; sicut ex spiritu ⊖is & ⊖♀ idem sal commune regeneratur; ita sub tutura in vase calido acidiores volatiliores particulæ exhalant, & substantia fixa restitat; quas volatiliores in Mercurio vitæ restitantes ⊖ commune plus imbibit, & sic ☿ *vitæ, correctus* ita per ⊖ commune, tantùm evadit Purgans per inferiora tutissimum.

Ex

Croco autem *Metallorum*

fit Purgans per fusionem cum *sale communi*; sic acquiritur ⊖ tale purgans, interdum satis forte, nec adeò debile, ac illud est ex antimonio crudo.

Colophonidis loco demum addendum

☉ *fulminans*,

quod inter Laxantia non sine ratione referendum est: nam ritè præparatus adultos dosi gr. vj l. ∋ß laxat, quod infantes sub minori dosi subinde, imò sæpiùs, per vomitum purgat. Aurum autem hoc fulminans, præter vim purgantem, quæ fit simpliciter vi abstersivâ primarum viarum, & dissolutivâ visciditatum ibidem hærentium: habet unâ vim singularem corrigendi acidum contumax, fermentum primæ digestionis vitians, unde non nisi in gravioribus morbis adultis, & pro eorum radice evellenda, convenit; v. g. in quartana, podagra, &c. aliquod singulare obtinet. In infantibus autem mirum, quantum acidum, & quale viscidum observetur: quod si igitur vel ex his, vel ex dentitione superveniat epilepsia, anchora sacra est ☉ fulminans, ut scybala hæc eliminentur; hinc infanti unius anni lactanti adhuc, ad gr. ij (lac enim temperat & impedit oleositate suâ ejus operationem) ablactato ad gr. jß sufficit. Modus præparandi optimus est, ut ☉ solvatur in ℞ tam communi, quàm quæ fit cum sale ammoniaco, ⚗etur cum spiritu ⊡æ vel salis ammoniaci; meliùs enim hoc operatur, quàm si cum alcali quodam fixo ⚗etur: Et quidem si ☉ cum antimonio probè depuratum recipiatur, & cui nihil de contagio Venereo admistum (aliàs enim facilè propter hanc vomitum movet, aliaq; pathemata excitat) hinc in ℞ probè rectificata solvatur, & ⚗etur, ut dictum, cum alcali volatili ☉ fulminans. Tantùm per inferiora laxat, abstergendo primas vias, & in infantibus ne quidem, nisi in casu variolarum & morbillorum, vomitus movet: Quod si autem aqua regia non ritè præparata sit, vel aurum non probè depuratum, nec solutum rectè per alcali volatile ⚗atum, utplurimum vomitus, aliaque symptomata, ut syncopen, sudorem frigidum, cardialgiam, palpitationem cordis, &c. movebit. Dosis ordinaria in adultis grana vj l. ∋ß; in infantibus granum unum, pro numero nempe annorum: sed in ditioribus tantùm hoc præscribendum venit; pro pauperibus enim sufficiunt Mercurialia. Laudandum itaq; venit hoc aurum fulminans,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0379-2 DFG

quod in multis casibus expertus sum, multum conferre.

Regimen Purgationis

adhuc superest, quomodo ea legitimè instituenda sit? Observandum itaque est

1. Quid ante?
2. Quid in? &
3. Quid post Purgationem agendum veniat Medico?

Quoad I. *Ante Purgationem* adhibenda sunt digestiva, de quibus jam dictum.

II. *In Purgatione* consideretur tempus legitimum; idque est vel necessitatis, vel commoditatis. Tempus commoditatis est vernum vel autumnale; hinc verus est canon: sub cane & post canem difficile est purgare. Juxta hoc Practici sedulò observarunt, quod optimè Purgatio fiat decremento ☽æ, ultimaq; hujus quadratura, difficulter in incremento ☽æ: & quidem assumatur imprimis manè, dum primæ viæ adhuc vacuæ sunt; sic enim auspicatiùs operabitur Purgans. Tempus necessitatis in morbis chronicis fit per epicrasin, tempore præsertim à paroxysmis vacuo, aut saltem ante paroxysmum, ita ut operatio finita sit, antequam urgeat paroxysmus, ut imminente eo conatus naturæ non turbetur, & hinc per Purgans gravioribus natura exposita sit symptomatibus; quod etiam in febribus intermittentibus convenit, utut interdum laxatio in paroxysmo quoque in his conveniat; In acutis verò conveniunt in primo principio, eaque imprimis per vomitum operantia, aut saltem demum in declinatione ultima morbi post coctionem, ubi blandè absterstva pro plenaria causæ morbificæ evacuatione conducunt.

Dictum autem manè, non vesperi: hinc quæstio oritur de Pilulis nostris usualibus, Francofurtensibus, Glassianis, Tilemannianis, &c. quæ vespertino tempore capiendæ præcipiuntur? Respondeo: Notandum usum earum, cùm ex basi communi aloëtica constent, non esse alium, quàm ut ventriculum & primas vias mundificent aliquantulum, & intestinis levis stimulus addatur, in morbis præsertim chronicis, ut scorbuto, cachexia virginum & mulierum, capitis affectibus per consensum primarum viarum, ut vertigo, &c; & omnibus morbis, ex errato digestionis primæ utplurimum ortis. Inde consultum est, ut bihoriò ante cœnam potiùs capiantur, quod non modò primas vias blandè evacuent, sed etiam sub chyli vehiculo medicamentosæ earum particulæ sanguini commistæ, & ad intestina delatæ, sordes commotas evehant; jejuno aliàs ventriculo à vi digestiva stomachi corriguntur, & parum deinde aut nihil operantur. Malè autem cum vel post cœnam à quibusdam assumuntur, quia sic non recrementa, sed chylus ex alimentis evacuatur: nemo igitur putet, quod ea, quæ copiosè tunc temporis evacuantur, sint saltem ex intestinis, & in iis residean; sed maxima pars est chylus.

Quæritur, an ante vel post cibum, an verò cum eo assumenda sint Purgantia? Resp. Assumuntur propriè dicta Purgantia ordinariò stomacho jejuno sine alimentis, ne hæc simul plus minus alterata minus alendo corpori sufficiant: Nam si Purgantia assumantur cum vel post cibum, tunc turbant unum alterum, alimentis mista ea colliquefaciendo corrumpunt, & quæ sic excernuntur, potiùs sunt chylus corruptus, quàm recrementa: hauriatur desuper jusculum vel cerevisia calida, ut faciliùs solvantur, & promptiùs distribuantur per corpus; imò suaviùs operati deprehenduntur cum vehiculo tali medicamentoso aut alio alimentoso. Sequitur hinc ulteriùs, Purgantia potiùs in forma humida, quàm sicca, esse propinanda; idque imprimis in subjectis Melancholicis aut cholericis dictis, vel qui sunt minus temperatæ naturæ, ac habitus corporis siccioris, in quibus potus suavis citiùs & cum minori molestia operatur, quàm ℞eres, vel pilulæ, nisi jusculum vel cerevisia calida largiùs superbibatur: medicamenta autem sicca conveniunt subjectis succulentis seu humidis & facilioris solutionis, ut Phlegmaticis. Si autem à remedio assumpto vel tardior vel parcior sequatur effectus seu Purgatio, pro promovendo hoc negotio optimus stimulus est ♀ vel cremor ♀ ad ʒß, vel solus, vel cum scammon. gr. ij l. iij; l. jalappæ gr. iv l. v, in vehiculo jusculi carnis fervidi, quod satisfacit tàm Medici, quàm ægri intentioni, partim stimulando, partim abstergendo primas vias: gravidæ si sint purgandæ, blandioribus & mitioribus tractentur, cùm omne Purgans, præsertim fortius, utero & fœtui sit inimicum: utero, dum hunc, acrimoniâ suâ membranosam ejus texturam vellicando, ad abortum disponit; fœtui, dum alimentum ejus plus minus corrumpendo, ad mortem præmaturam in utero materno itidem disponere potest: vid. *HIPPOCRATES l. 4. Aphor. 1, & l. 5. Aphor. 29.* it. Welschens verteutscht Hebammen-Buch *l. 1. pag. 77.* Potiùs igitur stimulantia primas vias, quàm corporis contenta corrumpentia, v.g. rhabarbarum, jalappa, &c. dosi dimidiatâ aut saltem tertiâ sui parte conveniunt; has enim massa pilularum Quercetani sine violentia sufficienter laxat: quibus etiam ☿ dulcis societur, quem innoxium in hoc casu observavi, & sine ulla noxa, & repetito sui usu, sufficienter laxare solet gravidas. Quoad puerperas verò, hæ saltem primas vias stimulantibus quoq; tractandæ sunt, observando *insimul*, ut habeatur respectus ad commovendum *lochiorum fluxum*: ordinariè enim à partu clausam alvum habentibus etiam supprimitur lochiorum fluxus; hinc *pilulæ pestilentiales Ruffi* aut *Avicennæ*, ex *aloë*, *myrrha* & *croco* constantes, has laxant, & ratione myrrhæ ac croci lochiorum fluxum simul iterum promovent; aut Elixyr proprietatis cum rhabarbaro, aut jalappæ parum; vel cremor ♀ cum stimulo saltem, & quarta parte doseos jalappæ sociata, sufficiant. Infantes quod attinet, horum optima Purgantia sunt ☿ dulcis & ☉ fulminans. Paradoxa quidem quibusdam videri possent, sed tutissima sunt medicamenta pro tenellis lactantibus: Infanti dimidii anni, v.g. gr. ij ☿rii dulcis cum vehiculo lactis nutricis optimè propinantur, & lactis grumos & mucum viscidum, (quo copiosè gravati sunt illorum ventriculi) auspicatò eliminant: interdum quidem, sed rarò, blandum vomitum stimulat, imprimis si suspicio sit variolarum aut morbillorum, in quibus ordinariè eum provocat. In malo autem paulò fortiori, imò ipsa epilepsia infantum, per consensum præprimis abdominis, prodest ☉ fulminans ad gr. j, in robustioribus ad gr. jß; vix enim credi potest, quas sordes eliminet, & quantum prosit in epilepsiis illorum, tàm curativè quàm præservativè.

Motus corporis moderatus Purgationem promovet; si immoderatus sit, ita ut sudor sequatur, Purgatio cessat. Distinguendum tamen: si medicamentum est acrius & vehemens, aut æger facilioris solutionis, quies commendatur, ne Purgatio sit nimia: quod si medicamentum sit blandius & mitius, vel æger sit facilioris solutionis, motus lenis concedatur. Conspirant invicem habitus corporis

& abdo-

& abdomen: hinc enim in loco temperato se asservet æger post assumptum Purgans; sic jucundè & minoribus cum molestiis fit operatio.

III. *Post Purgationem* opera detur, ut omnia in corpore in pacatum statum denuò redigantur, idq; eò magis, si vel adsit vel metuatur hypercatharsis: quod ipsum imprimis præstat haustus vini generosi, post absolutam Purgationem propinati, quod sicut amicum ventriculo, ita vestigia irritationis & subversionis metum optimè delet, & ventriculum roborando, varia symptomata præcavet, sive vinum sit Rhenanum, sive dulce Hispanicum. Hinc blanda Paregorica, præsertim papaverina, imminente nocte conveniunt propinanda, imprimis si imperetur simul, ut insequente mane ad aliqualem madorem vel sudorem se disponat æger; sic ratione blandi madoris papaverina faciunt, ut, quicquid noxæ adhuc relictum sit, per poros cutis dimittatur. Hypercatharsis tandem si jam adsit, facilè per opiata, Theriacalia, ac Terrea absorbentia, ut superiùs dictum est, sopitur, præsertim, si simul sudor imperetur, qui hypercatharsin facilè delet ac sedat per calorem promotum distributo sudore.

Notandum adhuc quoque est, ut parvâ dosi præscribantur Purgantia, nec vulgum imitemur, qui, nisi sedes 12. ad 20 sumptâ Purgatione habeant, se non purgatos affirmant, cum tamen 5. 6 & 7 ad summum sedes sufficiant. Ut ergò hîc non impingatis, sequentes mihi maximè usitatas formulas vobis communicatas volo:

I. In forma Pulveris leniter purgantis sint sequentes:

℞. *Pulv rad jalapp.* gr. xv.
Di puris. gr. viij l. ℈ß.
scamm. præp. gr. ij.
℘ destillat. anisi gutt. ij.
M. pro dosi, S.
Purgier Pulver.

Sine sensu ferè, satis tamen copiosè, laxat.

Vel

℞. *Crem. ♀i* gr. xv ad ℈j.
præp jalapp. gr. xij ad xv.
℘ destillat. anisi gtt j l. ij.
M. f. pulvis.

Capiatur in vehiculo jusculi carnis fervidi, ut bene dissolvatur ♀; purgat suaviter.

Vel

℞. *Pulv. jalapp.* gr. xij.
crem. ♀i gr. xv.
⊖♀ gr. vij
℘ destillat. anisi l. *macis* gtt ij.
M. f. pulvis.

℞. *♀i ⊕lat.* gr. xij l. xv.
scammon. ♃at. gr. iij.
troch. alhand. gr. j.
M. f. pulvis.

℞. *Crem. ♀i* ℈j.
scammon. ad modum Brendel. præp. gr. v l. vij. M.

Propinetur in cochleari jusculi fervidi; suaviter & sufficienter purgat.

II. In forma Boli:

℞. *℞ij dulc.* gr. xv.
scamm. præp. gr. jv l. v.
c. *cons. rosar.* pauco f. Bolus, S.
Purgier-Bissen.

Suaviter & pro subjecti varietate satis copiosè operatur.

Vel

℞. *Cons. rosar.* ʒj.
♀i ⊕lat. gr. xij.
scamm. ♃at. gr. ij.
troch. alhand. gr. j.
c. *syr. rosar. solut.* f. Bolus, S.
Laxier-Bissen.

III. In forma Potionis, seu liquida:

℞. *fol. sennæ sst* ʒij l. ʒiij.
rhabarb el. l. *rad. helleb. nigri* ʒj ad ʒij.
(vel *fol sennæ* solùm ʒiij ad ʒß.)
zingib. l. *sem. anisi* ℈j l. ʒß ad ʒj.
⊖♀ ℈j l. ʒß.

Infund. in f. q. ▽ *simpl.* l. *Cichor.* l. *fumar.* l. *alius destillatæ:* stent in loco tepido per noctem; manè

℞. Colat. rubic. ℥ij l. iij ad jv.
(prout plus vel minus purgare intendimus; sennæ enim vis se extendit ordinariò ad ℥iij.)

adde

▽ *cinnam.* ʒii l. iij ad ℥ß.
& edulcora cum
syr. rosat salut. l. *de pomis* ʒiij l. ℥ß. vel cum *saccharo.*
M. f. Haustus pro dosi, S.
Purgier-Tränckleim auff einmal.

Est potio grata & elegantissima, imprimis in morbis chronicis, pro viscidis sordibus in primis viis eliminandis.

℞. *fol sennæ sst* ʒiij.
rad helleb. nigri
♀i crudi à ʒj.

Infund. per noctem in *decoct. passular. minor.* in loco calido, ebullitione unicâ manè calefiant, & exprime: adde *syr. de pom. laxativ.* ℥ß l. ʒvj. M.

℞. *fol sennæ sst.* ʒij l. ʒß ad ʒvj.
(vel *fol sennæ* ʒiij *Rhabarb. el.* ʒj.)
sem anisi (tanquam correctivi) ʒj.
crem. ♀i, l. quod meliùs, *⊖♀* ℈j l. ʒß.

Infund. in ▽ *fumar.* q. s. stent in loco calido per noctem manè coletur: Colat. ℥iiß l. ℥iij adde

▽ *cinnam.* ʒij (pro stomacho roborando)
syr. de pomis Reg. sapor. ℥ß.
M. D. S.
Laxier-Tränckleim.

℞. *Rhabarb. el.* ʒij l. ʒiij
⊖♀ (corrigens optimum) ʒß.

Infund. in f. q. ▽ *fumar.* stent in digestione: manè

℞. Colat. ℥ij iij l. jv,
edulcoretur c. ▽ *cinnam.* & *Julepo rosarum.*

Egregiè rubro se commendat colore, & blandè operatur.

℞. ▽ *menthæ* ℥j.
g. ✱ci ✠ sol. (incidit materiam viscidam) ℈j l. ʒß.
♀i ⊕lati ℈ß.
Extr. troch. alhand. gr. j.
syr. de pomis Reg. Sabor. ℥ß.
M. f. Potio.

Conducit imprimis Melancholicis, ubi suspicio mucilaginis crassæ viscidæ:

Vel

℞. ▽ *menthæ* ℥j.
∽ anisi ʒj.
Extr. helleb nigri gr. xv.
trochisc. alhand. gr. j.
scamm. ♃at. gr. ij.
syr. rosar. ℥ß.
M. f. Potio.

℞. ▽ *hyssopi*,
menthæ à ℥ß.
♀i ⊕*lat.*
Extr. agar. à ℈ß.
troch. alhand. gr. j.
scamm. ♃*at.* gr. ij.
syr. rosat. solut. ℥ß.
M. f. Potio.

Convenit in digestione læsa pro subjectis facilis Purgationis, præprimis mulieribus delicatis.

℞. *res.* l. *mag. jalapp.* gr. jx.
⊖♀i (sine quo nunquam resinæ purgantes propinandæ) gr. jv l. v.
subigantur c. *syr. rosat. solut.* s. q. *v. g.* ℥ß.
M. pro syrupo suavi, sufficienter laxante.

Quod si gratæ Potiunculæ aut Emulsionis forma placeat:

℞. *Res scammon.* ℈ß. l. gr. xij ad gr. xv.
sacchari albi ʒiij.
Misc. exactè, effundendo sensim
succi citri l. *cydonior.* ℥ß l. ℥vj ad ℥j.

M. f. Potio lactea suavis, quæ elegantèr operatur. Vel si cum vehiculis aquosis miscenda nonnunquam per se veniat (quia cum aquosis resinæ tanquam ☍ quoddam concentratum, incommiscibiles sunt) subigatur & dissolvatur resina cum *vitello ovi*, tanquam medio cum aquosis solubili, additâ ▽ *menthæ* ad ℥iij. M. pro dosi, S.

Purgierende Milch.

Confertim longeque copiosiùs, quàm aliis modis & formulis purgat.

Cum seminibus quoque oleosis resinæ cum ▽ uniri possunt, e. g.

℞. *res. jalapp.* gr. vij. viij. jx. ℈ß ad gr. xjv.
c. *sem. melon. excort.* no. vjl. viij, & ▽ *fœnic.* l. *alia appropriata* f. Emulsio: cui add.
▽ *cinnam.* ʒij.
edulcor. c. s. q. *rotul. manus Christi perlat.* l. pauco *saccharo*, D. pro dosi, S.

Purgierende Milch.

Sine symptomatibus, potenter tamen, laxat.

Vel extempore:

℞. *scammon.* gr. xv.
affunde
▽ *rosar.* q. s.
M. f. terendo Emulsio: cui decantatæ add.
▽ *cinnam.* ʒj. item *sacch. candis.* totidem,
M. D. S. ut suprà:
quin etiam pro gratiori sapore, & correctione meliori, add. *succ. citri* ad ℥ij l. ℥iij, ut f. Potio grata.

IV. In forma Pilularum:

℞. *MP de hiera c. agar.* gr. xij l. xv usque ad ℈j. (in affectibus uterinis, e. g. obstructione mensium, prosunt, item in affectibus stomachi sunt ferè catholicum)
scamm. ♃*at.* gr. ij.
Extr. troch. alhand. gr. j.
c. *essent. absinth.* f. Pilulæ: quibus in hypochondriacis *g* ✱*ci* ✝ *sol.* ℈ß addi potest, D. S.

Purgier-Pillen.

℞. *MP de hier. c. agar.* gr. xv ad ℈j (ratione subjecti purgandi plus minus)
g ✱*ci c.* ✝ *squillit. sol.* l. hujus loco *Extract.* l *succ. inspiss. absinth.* ℈ß.
Extr. troch. alhand. gr. ij.
scamm. ♃*at.* gr. j.
c. *Ess. menthæ* aut *spir. mastich.* f. Pilulæ.

Conveniunt in digestione imminuta aut abolita ad mucum viscidum evacuandum ex stomacho & intestinis.

Alia formula:

℞. *MP mastichin.* ℈j.
Extr. absinth. ℈ß.
troch. alhand.
scamm. ♃*at.* à gr. ij.
c. *Ess. menthæ* l. ℞ ♀i f. Pilulæ pro dicto scopo,
D. S.

Purgierende Magen-Pillen.

℞. *Extr. panchym. Croll.* gr. xv.
g ✱*ci* ✝ *sol.* ℈ß.
Extr. troch. alhand.
scamm. ♃*at.* à gr. j l. ij.
c. *elix. propr.* l. ℞ ♀i f. Pilulæ,
D. S. ut antè.

℞. *Extr. Cathol. Andern.*
panchymag. Cr. à ℈ß.
g ✱ ✝ *sol.* gr. xij.
scamm. ♃*at.*
Extr. trochisc. alhand. à gr. j.
c. ℞ ♀i f. pilulæ,
D. S. ut antè.

In morbis contumacioribus & pravi moris Mercurialia optimè conducunt:

℞. ♀ij *dulc. ritè par.*
Extr. helleb. nigri l. *panchym. Cr.* à gr. xv.
trochisc. alhand.
scamm. ♃*at.* à gr. j l. ij.
c. *Ess. sassafras* f. pilulæ min. S.

Pillen.

In affectibus catarrhalibus, item pro Purgatione senum:

℞. *MP de succ. Crat.* gr. xv.
Extr. absinth. ℈ß ad ℈j.
trochisc. alhand. gr. j.
☍ *destillat. succini* gutt. j l. ij.
c. *ess. sassafr.* f. pil. D. S.

Fluß-Pillen.

V. Purgantia externè applicanda, *Opomphalia* dicta:

℞. *succi cataput. min.*
tithymal.
nicot.
colocynth. à ℥v.
elater.
helleb. nigri
cort. median. samb.
ebuli
scammon.
terebinth. à ʒiij.
mellis ℥vj.
Misc. f. Linimentum laxativum, abdomini q. s. & quamdiu necessarium, applicandum.

Vel

℞. *Elater.* ʒiij.
scammon. ʒjß.
troch. alhand. ʒij.
c. f. q. ☍ *dia-Colocynth. & Ceræ* f. Unguentum.

Item

℞. *Ungu. di Alth.*
el. hier. picræ à ʒij. M.

Vid. *SEBIZIUS Manual. seu spec. Medic. Practica P. 1. Section. 1. cap. 1.*

ARTI-

ARTICULUS III.
DE
DIURESI *seu* URINÆ PROVOCATIONE.

TErtius modus universalis Evacuationis, & quidem juxta alvi excretionem maximè naturalis, est ea, quæ ductu naturæ fit per vesicam, Diuresis dicta, quæ magis ferè necessaria videtur quàm ista, cùm etiam in fœtu adhuc in utero incluso celebrari soleat, dum ⊡ secernitur, & in tunicam allantoidem colligitur, ex modernorum assertis; licèt alvi excrementa non nisi post partum sub Meconii nomine soleant deponi. Et summè necessaria est Diuresis, quoniam sanguinem immediatè & quotidie purgare valet, & naturali in statu quælibet recrementa ⊖ino-oleosa, aut superflua aut vitiata sub digestione secunda, ex materiæ necessitate congenita, sic commodè evacuari & eliminari soleant; ut ita genuinum mundificativum, seu propriè loquendo, genuina sanguinis Purgatio non nisi per vias ⊡rias, ductu naturæ depurationis nomine, institui debeat, aut instituenda veniat. Sicut enim natura instituit, ut, quæ per superius guttur admissa sunt, per inferius seu alvum ex necessitate materiæ iterum expellatur; ita etiam per diuresin digestionis secundæ recrementa ductu naturæ auspicatò eliminantur, sicque optimum Purificativum sanguinis hæc existit.

Equidem sub ⊡æ forma videtur tantùm evacuari serum corporis superfluum aqueum, ceu vehiculum excrementorum, quod anteà erat vehiculum alimenti: sed etiam alia recrementa eliminantur simul. Diuresis enim lixivii ⊖si volatilis formâ vel eliminat sordes natas ex primis viis, & particulas ⊖ino-oleosas aut superfluas aut vitiosas ex tota massa sanguinea, aliaque huic permista, vel sero involuta, quæ tam primæ quàm secundæ digestionis errato genita sunt.

Quoad primas vias, patet ex usu & potu acidularum, quarum vis non ascendit diaphragma, sed operantur in primis viis, stomacho & mesenterio; & præter alias operationes insensibiles copiosissimum ⊡æ fluxum concitant; unde hoc ipso fluxu morbi chronici in primis viis stagnantes optimè curantur. Quod attinet massæ sanguineæ sordes, quæ per diuretica simul evacuantur, quàm proficuum sit in morborum curatione, vel ex eo patet, quod in statu præternaturali in morbis acutis non nisi materia cocta per ⊡m emitti soleat, nisi motu critico aliunde ablegetur; sicut ipsa *natura* sibi relicta non rarò in morbis *per diuresin soleat sublevare ægros*, idque *tàm in criticis, quàm non-criticis evacuationibus*, sicque nimias sordes præternaturales, massæ sanguineæ crasin vitiantes, eliminet. De motu autem critico res nota est; quoad alias sordes, Practici id testantur. Sic etiam quandoque pus in pleuritide, vel etiam pulmonibus suppuratis, per ⊡s salubriter evacuatur, de quo *vid. SCHENCKIUS Observat. l.2. pag.*243. & 252, item *HORSTIUS l.3. Observat.*10, *BORELLUS Centur.*1. *Observat.*17. & *RHODIUS Centur.* 2. *Observat.*15; quod non nisi per mistionem denuò cum sanguine fieri potest, & ad renes sic allatum, & secretum demum in his, ad vesicam ablegatum fuit; non secus ac *HILDANUS in Observat. Chirurgic. Centur.*3. *Histor.*39. mentionem facit purulentiarum ex abscessibus & ulceribus artuum per ⊡m expurgatarum, quale exemplum etiam in *Scriptis PARÆI* obvium est: sic *LINDANUS in Colleg. super Hartmannum* exemplum refert cujusdam fabri lignarii, ex casu costam in thorace frangentis, qui potu vulnerario diuretico sanguinem ex læsione in thoracem extravasum, unà cum urina salubriter excrevit. Notabilis non minus est historia, quam narrat *SCHENCKIUS l.3. Observat. de Splene p.*327. de quodam viro splenetico, qui à lienis tumore, & variis gravibus symptomatis supervenientibus 15. annorum continuis, annuatim bis vel ter per copiosum & spontaneum ⊡æ profluvium atramento simile liberatus fuit. Maximè igitur necessarius est ⊡æ fluxus pro purificanda massa sanguinea.

Imitetur ergò & Medicus naturæ motum, & pro occasione evacuet morborum causas occasionales per ⊡m, idq; eò magis, quò in ægris omnium jucundissima sit talis evacuatio, quia cum minori virium ægri detrimento minorique eorum molestia & periculo, eadem conjuncta est, modò non sit admodũ diuturna ac excessiva seu colliquativa, ut fit in diabete; cùm melior nõ sit via, ⊖ia massæ sanguineæ aut superflua, aut vitiosa tartarea & peregrina ex corpore eliminandi, quàm ut sero soluta lixivii urinosi forma emingantur; hinc ipsis etiam viis ⊡tiis vitiatis aut læsis mundificandis ac abstergendis, convenientissima est Diuresis. Patet hinc, quod usus evacuationis per ⊡m primariò conveniat in chronicis, seu ut aliàs vocantur, tartareis morbis, ex vitio sanguinis oriundis, aut in sanguinis mutata crasi constitutis, ubi omnium optima hæc evacuatio est, v.g. in scorbuto, malo hypochondriaco, cognatisq; affectibus, item in ictero nigro aut flavo, cachexiis, &c. optima sanè est (præmissis, quod observetur, primas vias abstergentibus) evacuatio per diuresin: notum enim est commune effatum Practicorum; quod in omnibus morbis tartareis evacuatio per ⊡m omnium sit commodissima. Quid autem sunt morbi tartarei? non nisi ab acido oriundi, vitio digestionis primæ in corpore nostro luxuriante, eoq; non ritè volatilisato, neq; debitè temperato; unde à tali acido fixiori dyscrasia contentorum, & varia læsio partium continentium, ortum habet. In hocce igitur acido tartareo, plus minus correcto ac temperato eliminando, optima evacuandi ratio est per ⊡m. Porrò ægri, quorum viscera in hypochondriis sita, ut lien & hepar, malè constituta sunt (cùm talis sit viscerum horum conspiratio, ut ratò unum sine altero videatur affectum) aut infarcta, tumida, plus minus scirrhosa; in his observatur pauca ⊡, eaque tenuis & pallida, utut tamen ægri hi ordinatiò, *HIPPOCRATE* etiam teste, sint salivatores; salivâ quidem abundante, sed urina ejus deficiente: si ergò sub cursu morbi legitimis alterationibus restituatur nonnihil labes viscerum, cessat salivatio, & ⊡æ copiosiores crassæ plus minus turbidæ excernuntur cum euphoria ægri, quod signum est, eos curari per diuresin. Ventilat hanc controversiam eleganter *LAURENTIUS Histor. Anatom. l.*4. *Quæst.*27, *LEVINUS FISCHER Tractatu de Foco Mali Hypochondriaci*, *ZACUTUS l.*2. *Medic. Principum Histor.*112. In his enim affectibus ⊡æ atramento simile profluvium, aut cui certè copiosæ intermistæ sunt arenulæ rubicundæ, seu potiùs ⊖ia concreta & ⊡ata, faustum est signum evacuantis naturæ, & sæpè insigne adjumentum affert: vid. *MOEBIUS pag.*556. Unde in morbis, ex viscerum horum culpa oriundis, alterantia & evacuantia diuretica sunt omnium optima: nec sudor, nec purgatio, excepto vomitorio, in principio morbi æquè conveniunt pro fomite morboso evacuando, quàm diuretica, quod ipse aliquoties observavi. Nam & acidulæ, chronicorum &

contumacium affectuum debellatores, præter substantiam mineræ Martis, qua acidos vitiosos sapores in primis viis destruunt, specialiter diureticâ virtute, quâ potenter pollent, sunt salutares: intelligendum hoc etiam est in malo hypochondriaco confirmato. In morbis acutis rariùs diuresis locum habet, sed frequentiùs diaphoresis, ipsius naturæ ductu, convenit. Interim, cùm sæpè in statu morbi copiosior ⊡ observetur, stimulum omninò per diureticum aliquod addere possumus; aliis tamen morbi temporibus sudor magis competit. Notetur enim axioma Practicum, quod hoc est: *Morbi, qui in centro corporis magis latitant, quales imprimis chronici, per ⊡ evacuationem postulant; contrà, quo magis peripheriam corporis occupant, vel ad eam vergunt, magis per sudorem curantur*; v. g. scabies, lues Venerea, &c. quo etiam febres malignæ cum excretione cutanea conjunctæ.

His per diuresin curandis morbis adnumero arthritidem & nephritidem. In præservatione arthritidis, præmisso vomitu, non meliora dantur remedia, quàm diuretica; & quando sudorifera nil proficiunt, diuretica officium suum faciunt. Curavi aliquando podagricum, paroxysmo imminente subitò præscribebam spiritum ⊖✱ci & spiritum cochleariæ, ut temperetur acidum: Consilium erat frustraneum; cogitabam de sudore excitando, & continuabam spiritum ⊖✱ci, sed nil profeci, quia ad sudorem adigi non poterat, potiùs superveniebat ardor ⊡æ dolorosissimus ob ⊖ia vitiosa, quæ cùm per sudorem non discuterentur, per ⊡m tandem deducebantur, & evanescebat podagra. Multi spiritum ☾i volatilem, & remedia ex scarabæis ad præservandos & curandos arthriticos usurpant, propter copiosissimum ⊖ diureticum, quod habent. Usus magnus Diureticorum est in nephritide & podagra extra paroxysmum, quanquam hæc calculum non frangant, neque, qua talia, præservent; nihilominus tamen vias ⊡rias abstergunt, & temperant acidum, calculi coagulatorem, & sic à crebriori calculi genesi præservant, sine quibus & aliàs in præcavenda lithiasi nihil fit. Quoad paroxysmum, de usu diureticorum lis est; facta autem distinctione, facilis est decisio. Calculus enim, qui urget ægrum, est vel major quàm ureteres, vel minor, vel æqualis: si est major, abstineamus à diureticis; nam movendo sic calculum, dolores exacerbamus: si minor est, studiosè diureticis utamur, ut citò ejiciatur: si est æqualis, eò magis maturentur diuretica, ne major fiat. In affectibus hydropicis abdominis, ascite & anasarca, nil melius est Diureticis: certum est, esse frequentem hydropis speciem seu asciten, quæ vitio renum contingit, ut testatur *HELMONTIUS*, in quibus urina fluit pauca, licèt multum potent. Restituatur ergò his fluxus ⊡æ, & præsentaneum sentiunt levamen. Hoc præstant bufones, in quibus insigne est ⊖ volatile nitrosum, simile ei, quod est in lumbricis, & egregiè diureticum est: sal hoc habent ex muscis instar cantharidum aut scarabæorum, quos avidissimè devorant, & in stomacho aut colo eorum reperiuntur: si turgent ⊖e volatili diuretico, à quibus hoc, tanquam hydropiseos remedium, bufones accipiunt. In ulceribus partium ⊡riarum, dysuria, obstructionibus renum & urethræ, utramque diuretica faciunt paginam, ut quicquid factum sit læsionis, abstergatur, & morbus imminens promoveatur; item in gonorrhæa vera & notha; ad quam pertinet simul fluxus mulierum albus, appropriatus aliis permista, optimè conducunt diuretica.

Hæc de eorum usu sufficiant; quem in reliquis adhuc affectibus præstant usum, ad longum explicatum videbitis in *HOFFMANNO de M.M. pag.* 275. *& sequ.* qui ipse *p.* 173. legitimam Diureticorum administrandi rationem sufficienter declarat.

Notetur autem Confinitas Diureseos & sudoris, cùm utraque sanguinem optimè purificet. Differunt sic:

1. Evacuatio per ⊡m magis convenit in morbis chronicis lentis successivè curandis; Sudor magis convenit in morbis acutis & malignis, massa sanguinea effervescente, &c.
2. Mediante ⊡ radices fixores morborum in primis viis stabulantes tolluntur, quod per sudorem non æquè fieri potest.
3. Per diuresin frequentiorem viæ ⊡riæ abluuntur & purificantur, quod non fit in sudore, qui potiùs partes intercutaneas eluit & detergit.

His præmissis, consideremus Indicantia, Permittentia & Prohibentia. *Indicantur* autem per diuresin recrementorum evacuandorum locus & motus: *Locus* si vel in primis viis & visceribus vicinis, vel immediatè in massa sanguinea stabulent recrementa morbosa; *Motus* ex symptomatum syndrome cognoscitur. *Permittentia & Prohibentia* in specie sunt vires ægri, quæ præ omnibus aliis optimè ferunt Diuretica; quia partitis vicibus operantur, cum minore œconomiæ animalis turbatione & agitatione. Hinc omni sexui diuretica turò & frequenter propinare possumus: habeatur autem ratio in gravidis, quibus non æquè possunt propinari, quia simul movent menses; imprimis faciunt id Diuretica vegetabilia & volatilia: contraria autem ratio in puerperis est, quibus à primis etiam partus diebus saluberrimo cum successu diuretica propinantur, ut sic lochiorum fluxus necessariò promoveatur, & uterus abstergatur, & quia diuretica plerumque sunt vulneraria, læsio uteri sub partu inducta consolidatur: Salubre igitur est *HELMONTII* consilium, ut lapilli cancrorum in vino puerperis post partum propinentur, ut uteri labes & tonus in puerperio relaxatus iterum restituatur. *Habitus ægri* quoque considerandus: succulentioribus tutiùs Diuresis suadetur; Tenuioribus & emaciatis minus convenit. Nam, experientia teste, corpora etiam maximè obesa per crebriorem ⊡æ fluxum insigniter fuerunt emaciata: non urgebo jam diabetem, quæ idem facit; Diuretica enim colliquescunt pinguedinem & succos corporis. Bina exempla refert *HELMONTIUS & PLATERUS in Observationibus.*

Quod jam remedia diuretica attinet, illa, quoad texturam sui, quâ operantur, sunt vel propriè sic dicta, vel impropriè talia. Posteriora sunt, quæ copiosam materiam latici ⊡rio, & per consequens materiam ⊡æ suggerunt, sunt quælibet potulenta copiosiùs assumpta: Propriè ita dicta talia sunt, quæ copiosam aut saltem crebriorem ⊡m reddi faciunt, sine eo, ut copiosioris laticis aquosi materiam suggerant. Hæc inter magna est varietas: *HELMONTIUS* satis accu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0384-6 DFG

accuratè in 9 classes distinguit : vid. *ejus Tractatus de Lith. cap.* 5. §. 17. Mihi verò, quoad texturam materialem, in quintuplici sunt differentia:

1. *Acida*, ut ♀, ∽ ⊖is, præsertim dulcificatus, succus citri, limonum, cydoniorum, &c.
2. *Urinosa* seu *alcalia*, tàm volatilia, quàm fixa: Ex fixis sunt ⊖♀, ⊖ genistæ, stipitum fabarum (si perfectè alcalisata sunt) ℞ ♀i, & ex his ⊖ibus parata lixivia, &c. Ex volatilibus ⊖ volatile succini, ∽ & ⊖ volatile ⊖*ci aut ⊡æ, lumbricorum terrestrium, &c.
3. *Salsa*, speciatim nitrosa, omnium optima & efficacissima, tàm fixiora, quàm volatilia: Ex fixis ⊕ ipsum probè depuratum, & plura diuretica vegetabilia, simul fere vulneraria, vegetabilia ⊖ so-nitrosa simul diuretica, ut sub amara, succo & ⊖e essentiali nitroso turgentia, intybacea cuncta, carduus benedictus, fumaria, &c: Ex volatilibus millepedes, scarabæi, succus lumbricorum; ipsi enim lumbrici ⊖e volatili ad nitrosam naturam vergente largiter dotati sunt.
4. *Testacea & Marina*, item *Terrestria* omnia, quæ calcinata corpus instar ♀æ relinquunt, ut lapilli cancrorum, testæ ovorum, ⊠i calcinati, &c. Præeminentiæ hæc est singularis marinorum ostracodermorum seu testaceorum præ partibus animalium duris terrestrium, quod marina calcinata relinquant ⊕ instar ♀æ, quod ▽æ affusione effervescit; animalium verò calcinata sunt insipida, & hoc non faciunt, exceptis testis ovorum, quæ ad illorum naturam potiùs accedunt.
5. *Sulphurea* seu *oleosa* temperata, quasi balsamica, rebus κατ' ἐξοχὴν dicata, ut terebinthina, juniperus, hujus præparata omnia, crocus, macis, rhabarbarum, &c. de quibus videatur prolixior *WILLISIUS Pharmac. Ration. Volum.* 1. *Section.* 4 *cap.* 12. *sequ.*

Si autem in specie consideremus Facultates remediorum diureticorum, *i.e.* quænam sit ista crasis materialis, ratione cujus tàm varia simplicia in effectu diuretico conspirent, de his videbitis in Hoffmanni Methodo Medendi pag. 169. & sequ. Noto imprimis, quod Diuretica propriè sic dicta sint in triplici differentia: Nam

1. Sunt, quæ imprimis impedimenta removent, seu eorum poros & ductus aperiunt, itaque permeabiles reddunt, v.g. raphanus, asparagus, ⊖♀, ♀ ⊕latus, item terebinthina, juniperus, &c.
2. Quæ copiosam ⊙m reddi faciunt, sine eo, ut materiam aquosam suppeditent, qualia sunt v.g. millepedes, scarabæi, ⊖ volatile succini, &c.
3. Quæ ⊙m copiosis contentis saturant, i. e. ut loquitur *HELMONTIUS*, quæ ⊙m reddunt abstersivam, ut copiosè, dum circulatur serum cum sanguine, abstergat partium continentium sordes, & imbibat partes heterogeneas sanguinis, utut ejus quantum non semper nec necessariò augeant: v.g. armoracia in scorbuto vel malo hypochondriaco, &c. ⊖ia volatilia acria &c.

Omnia hæc Diuretica, quorum quædam omnes has proprietates simul possident, continent in se copiosas particulas ⊖inas renum stimulativas (ad quem stimulum renum semper in quibusvis diureticis, plus minus licèt potentem, respiciendum) nunc volatiles, utcepæ, allium, raphani; nunc fixas, ut lapilli cancrorum, ⊖♀ fixum, absinthii, ononidis; sive hoc sal eorum diureticum sit plus minus acrius vel oleosum; sive urinosum lixiviale, ut in modò dictis diureticis simul vulnerariis; sive nitrosum, ut millepedes, scarabæi; sive temperatum oleosum: sub quo tamen, præter alios effectus irritativos, simul habent vim specialiter irritandi renes, occasione cujus stimuli, unà cum aliis concausis, sequitur crebior ⊙æ per renes transcolatio & secretio; simul autem est respiciendum ad hunc stimulum, quomodo alis simul modis operari queant. Utut quidem sapor ⊖sus primatum in vi diureticorum obtineat, nec hinc quædam diuretica habeant, ut sunt tàm acida, quàm alcalia; tamen hæc ipsa sub alterationibus, quas in primis viis subeunt, alium saporem, plus minus ⊖sum & nitrosum, acquirunt, ratione cujus acquisiti saporis, adeoque hinc mutatæ texturæ, operationem suam diureticam exerunt: adeò ut ob id non de his tantùm, sed de omnibus ferè Diureticis *HELMONTIUS Tract. Aditus Præclusus ad Condum Viscerum*; rectè asserere videatur, *Diuretica non esse talia in se, quàm talia fabricari in stomacho*; dum tempe sub digestione eorum ⊖ia in ⊖sa abeunt diuretica. Jam utut sint acida, quæ ⊙s movent, v.g. succus citri, limonum, ∽ ⊖is acidus, ∽ nitri, ∽ vitrioli, acidulæ etiam, &c. Quæstio tamen est de his, an sub saporis sui acidi ratione ⊙s cieant & renes stimulent? quod videtur erroneum: *Nam si suo acido sapore urinas impregnarent*, semper & necessariò ab his fieret stranguria & dysuria, quæ ex tantillo acido ⊙m inquinante oriuntur: Ergò acida non, nisi in primis viis ab assumptis temperata, & hinc à bile admista in ⊖sum saporem diureticum commutata, præter vim incisivam & alterativam, ⊙as movent. Alcalia verò volatilia & præsertim fixa, ac ipsa testacea, in primis viis non sine saporis sui ab acido stomachi immutatione, & plus minus facta saturatione, abeunt in ⊖sum quoddam, & sic non nisi sub sapore ⊖so plus minus abstersivo vim diureticam acquirunt. Hoc autem, quod sub sapore ⊖so diuretico imprimis operentur, confirmari videtur ex eo, quod & ipsa diuretica, quæ abundant ⊖e volatili alcali acri seu lixiviali, potentiùs operentur, si cum acidis mista propinentur, puta cum vino acidiusculo, quàm alio insipido liquore dissoluta; sive sint ⊖ia fixa sive volatilia: v. g. salia lixivialia fixa vegetabilium per spiritum nitri vel salis, diureticum aliàs, in ⊖sa abeunt acerrima quasi regenerata, potentiùs diuretica, quàm simplicia: hinc ⊕ ∽ ⊖*ci, cum sale ♀i parati, est potens

potens diureticum ⊖sum, & singularis acrimoniæ particeps: sic ♀ *crudus in* ▽ *solutus*, si *cum sale* ♀*i dissoluto* itidem, vel *oleo ejusdem per deliquium*, effervescentiâ præviâ *unitus*, sicque sub nomine dein ♀*i* ♀*isati* exhibeatur, fortius est diureticum, quàm ♀ crudus; uti & lapilli cancrorum potentiùs operantur, si cum aceto, non tamen exactè, saturati assumantur, ut & millepedes aut scarabæi ab aceto vel spiritu vitrioli temperati: nam & ipsa ⊡ est ⊖sa, & vegetabilia ferè omnia diuretica, quæ simul sunt vulneraria, in se abundant ⊖ alcali, sed temperato ⊖so, & ⊖e nitroso, ratione cujus illa sunt Diuretica efficacia. Patet etiam ex propriissimè dictis Diureticis, bufonibus, asellis, scarabæis, &c. quæ ⊖e volatili nitroso turgent; item conchyliis, marinis, &c. quæ ⊖ acre in se continere videntur, quod in digestione extraversum corrigitur, & in saporem blandè ⊖sum mutatur. Quare diuretica suprà enumerata quæcunque materialiter sub sensuali sapore suo ⊖so vim formaliter diureticam exerunt.

Considerandum jam paulò specialiùs, quomodo Diuretica pro multiplici eorum varietate sub sapore hoc salso formaliter vim diureticam exerant seu operentur, & quatenus effectum excretionis ⊡æ exserant? Ex hac autem consideratione mox patet, quod omnia diuretica vel materiæ evacuandæ vel organi evacuantis respectu, formaliter operationem exerant; hoc est, vel quatenus agunt in massam sanguineam ejusque vehiculum, laticem aquosum seu serosum, vel quatenus agunt in renes, eosdemque plus minus stimulando, sicque diuresin provocant.

Ea, quæ in *materiam expurgandam activa* sunt, respiciunt vel sanguinem, vel laticem ejus aquosum. Quoad sanguinem sunt ista, quæ attenuando & resolvendo, & suo modo fundendo, massam sanguineam ejusque serum simul quasi fluidius reddunt; & sub hac alteratione lotii copiam è toto corpore profundunt, v.g. millepedes seu aselli, scarabæi, lumbrici, & quæcunque ⊖ nitrosum volatile continent, cujus ratione simul & renes torpidos plus minus excitant. Pertinent huc etiam quælibet ⊖sa, tartarea & nitrosa. Ea verò, quæ respectu materiæ per diuresin expurgandæ operantur in laticem serosum, serum acrius reddunt, indeque absterfivum & viscidorum plus minus attenuativum, ac nonnihil colliquativum, & simul renum stimulativum, ut lapilli cancrorum cum vehiculo acido, HBæ diureticæ vi alcali volatilis ⊖si ferè operativæ, item acidulæ, ∼ ⊖is, &c. Atque hic est primus operandi modus Diureticorum in objecta, scilicet massam sanguineam. Quando verò *Diuretica operantur in organon*, renes nempe & vias ⊡rias, hoc triplici contingit modo:

1. Quatenus speciatim renum & viarum ⊡riarum tonum debitum conservant, fermentum renale confirmant & vim transcolatoriam renum & ⊡æ excretionem hac ratione non absque aliquali stimulo promovent, & quasi adjuvant; qualia sunt terebinthinata, juniperus & juniperina, alliata, crocus, rhabarbarum, macis, & similia aromatica oleosa, nephritica speciatim aliàs dicta.
2. Quatenus interdum acrimoniâ suâ volatili ⊖inâ renes irritant, stimulant, & ita excretionem frequentiorem reddunt: Talia sunt v.g. cantharides, raphanus & omnia raphanacea armoracia, & similia acriora; item nitrata, lumbricalia, bufones, asselli, scarabæi, &c.
3. Quæ ex materia terrea alcalina sub digestione prima degenerant in ⊖ suum acre diureticum, quod vias ⊡rias abstergens instar saponis, simulque fortuitò adhærentes sordes incidit, & simul removet, unde ⊡ copiosis saturatur contentis, & blandè ⊡ loca stimulantur; cujusmodi sunt testacea omnia, conchylia, marina, cancrina, item alcalia diureticorum fixa, &c. Confer. quo adhæc *HELMONTIUS de Lith. cap. 2.*

Quod attinet *primam Classem*, renibus dicatam, operantur quatenus cum urina potus ad renes translata, solent eos transcolationi aptos reddere, eorum poros vi suâ ⊖inâ omnem mucilaginem aut visciditatem, angustas renum vias infarcientem, incidendo, attenuando & resolvendo, eamque liquatam & absterfam educendo, successivè reserare, & vi aromaticâ fibras in tono recto conservare, in specie, si in affectibus renum dolorosis pori & fibræ arctantur & crispantur, ut nihil possit transire, ibi suavia aromatica renibus appropriata, mirè conveniunt.

Quod attinet secundam Classem, hoc faciunt, quatenus quidem ratione ⊖is volatilis acris attenuant & resolvunt massam sanguineam certo modo, quæ liquefacta copiosiùs per vasa renum colata uberrimè separare faciunt ⊡m, simul tamen sanguini talem, non sine aliqualis & singularis coagulationis modo, consistentiam conciliant, ut materia ⊖sa à reliquo sanguine sensim secedat, quæ sic præparata, facilè renum meatus subeundo, excernitur; unde talia diuretica accedunt ad naturam sudoriferorum, & modò ⊡m, modò sudorem proliciunt.

Quoad *tertiam Classem*, hæc operantur, quatenus in se continent ⊖ acre alcalinum, quod sub digestione prima in primis viis resolutum extravertitur, aperit vias ⊡rias, partium solidarum sordes à nutritione residuas abstergit, quas partibus aquosis (per attenuationem sanguinis, à ⊖ibus factam diureticis, partes aquosæ ab aliis fiunt faciliùs separabiles) involutas unà secum evehit, vi ⊖inâ acri ex massa sanguineæ vitiosa ⊖ia aliasque partes non rectè unitas, nec bene ipsi permiscibiles, quasi præcipitat, id quod ex coctione humorum est notum, imbibit & ⊡m saturat, ut hæc anteà pauca, tenuis, fiat copiosa, crassa, opaca, & copioso sedimento aut sublimamento impregnata, emittatur, qualia in cura morborum chronicorum, per diuresin instituenda, mirè conveniunt.

Distinguendi autem probè sunt hi tres operandi modi, dum operantur vel in massam sanguineam, vel in organon: seri enim ista & massæ sanguineæ certa alteratio ad promovendam diuresin omninò necessaria & præsupponenda est. Nam præter ea, quæ superiùs dicta, quod cocta non cruda evacuanda sint, id etiam ad massæ sanguineæ

per

per diuresin purgationem & evacuationem necessariò applicandum venit. Observatur enim, quod in affectibus chronicis, imprimis cum viscerum abdominis, vel epatis vel lienis aut alio vitio conjunctis, ⊡æ sit pauca ut plurimum & parca excretio, licèt fortiora propinentur, ut ut tales ægri ex *HIPPOCRATE* ingentes sint salivatores; cùm e contrà his curatis, aut subistorum curatione, per medicamenta ⊖ina sanguinis crasin alterantia, impedimenta vel tales scirrhos viscerum resolventia, copiosior, crassior, & turbidior excernatur ⊡. Ergò fieri hoc ex eo videtur, quod in talibus morbis etiam per potentissima diuretica pauca tamen fiat excretio, ex læsa viscerum functione, & vitiata sanguinis crasi; cùm talis massæ sanguineæ arcta sit textura, & particularum invicem cohæsio, ratione cujus parum de ejus massa, idquè ferè aquosum, parciùs per poros renum glandulosos & fibrosos possit transcolari & à reliquorum consortio secerni: unde alteratâ istâ sanguinis crasi, & renovatâ ejus miscela naturali, ut redeat naturalis motus fermentativus, restitutoquè viscerum officio, particulæ hetorogeneæ, præsertim ⊖inæ, ab aliis separatæ & ⊽atæ; à vehiculo aquoso imbibitæ, ita disponuntur, ut meatus renum facillimè ingredi, indequè per vias ⊡rias sub ⊡æ copiosæ forma cum euphoria ægri, excerni possint.

Unde in selectu diureticorum semper respiciendum est.

1. Ad scopum alterativum seu massæ sanguineæ plus minus correctivum; & simul
2. Ad scopum evacuativum, ratione cujus renes stimulando uberiùs ⊡æ fluxum hæc provocant.

Hinc pro vario morborum statu nunc hæc nunc illa seligenda sunt: e. g. lumbrici egregiè sunt diuretici, in quibus, propter vim ⊡riam evacuantem, simul insignis vis alterativa dyscrasiæ humorum, imprimis scorbuticæ, partibus nervosis infestæ, correctiva latitat; ut unum hinc sint ex primariis remediis, in quibus vis alterativa lateat singularis cum diuretica: sic Balsamus Copaybe, præter vim diureticam, specificus est contrà Gonorrhæam malignam seu veneream, utut & vim alterativam habeat certâ ratione renes afficiendi, & simul temperandi fermentum illud Venereum acerrimum, ratione cujus Gonorrhæa supervenit: lapilli cancrorum, præter vim diureticam, etiam virtutem cujusvis Acidi non adeò fixi primarum viarum absorbendi, & corrigendi, alterativam obtinent; Hinc in febribus intermittentibus, soda, &c. sunt egregii usus, quare semper, præter vim evacuantem, vis alterativa respicienda est.

Quoad *usum & legitimum Regimen* diureticorum, ante omnia tempus observetur, quâ ratione debeat fieri:

1. Conveniunt magis diuretica in morbis chronicis, quàm in acutis, pro scopo nempe diuretico: Nam utut prostent exempla crisium per ⊡m factarum, hoc tamen rarò fit, & in morbis non adeò acutis observatum est.
2. Magis in morborum statu & declinatione, coctâ materiâ morbosâ, minus in principio aut incremento; tunc enim fundendo sanguinem, vel attenuando humores, aut stimulando intempestivè renes, movent quidem, sed non promovent, turbant, sed nihil evacuant, sicquè subinde plus damni, quàm commodi inferunt.
3. Non, nisi præmissis Universalibus, primas vias abstergentibus & laxantibus, item si opus sit, cruditates massæ sanguineæ corrigentibus, aut non nihil Evacuantibus præmissis usurpandæ veniunt; alias enim metus est, ne præmaturo diureticorum usu ⊽entur nimis, seu copiosiùs moveantur ad ⊡ria loca corporis resoluti succi, quibus dein non ritè transcolatis varia de novo pathemata inferant. Hinc.
4. Magis in illis affectibus chronicis, vel à colluvie serosa, vel cum ea præter naturaliter retenta, & tartarea, ex ⊖e acido-⊖so natis, v. g. Scorbuticis & Hypochondriacis, vel his conjunctis: Nam non melior ratio est purificandi talia corpora, & ⊖ia exturbandi, quàm per ⊡m, & hinc diuretica sunt primaria remedia. In genere etiam evsarcis & succulentioribus subjectis magis conveniunt.
5. Genuina Hydragoga, seu serum Evacuantia, propriè loquendo sunt saltem diuretica: dem propter singularem, ægri statum seu idiosyncrasiam ea tutiùs propinantur in subjectis habitioribus, Phlegmaticis & sanguineis, quàm Cholerici & Melancholicis; cùm in his, pro tracto præsertim eorum usu, ad maciem & atrophiam disponant: sed non conveniunt nisi temperatis præprimis ⊖ibus acrioribus cum vehiculo urinoso evacuandis, illis enim acrioribus plus minus corrosivis persistentibus erosiones & exulcerationes, hinc mictiones cruentæ & similia mala, possunt concitari; imò varia pathemata nephritica, præsertim in dispositione ad lithiasin, facilè excitantur. Hinc.
6. Non nisi viis & meatibus urinariis patulis, & apertis, nec obstructis & infarctis existentibus, illa portigenda sunt; aliàs prius aperiendæ eadem, & impedimenta removenda, nisi vel dolorem nephriticum, vel ischuriam pertinacem, vel alia periculosa symptomata, inferre velimus: id quod circa calculum renum imprimis observandum, in quo non nisi circumspectus & moderattus diureticorum convenit usus: Unde Viscidum plus minus obstruens, incidendo & attenuando operantur, aut fluidum hoc reddendo, & postmodum diuretica, si necesse sit, administrentur.
7. Quoad quantitatem, partitis vicibus fiat urinæ fluxus, unde successivo & continuato usu talis instituatur.
8. Denique, ut promoveatur fluxus, blandior motus commendatur, ut sanguis rapidiùs circuletur, non tamen sudor sequatur.

Conferatur circa hæc pluribus *HOFFMANNUS in M. M. pag. 173. sequ.*

Quod attinet Materiam Medicam, ea petitur ex triplici Regno: In Minerali excellunt ☉ commune & ☉ata, tàm fixa quàm volatilia; Ex fixis Arcanum duplicatum Mynsychthii; Ex Volatilibus spiritus nitri dulcis; &, si huc referre licet, succinum, & ejus ⊖ volatile, quod Diureticorum apex.

Nitrum

per se Diureticum est, & ⊡æ fluxum promovet; imprimis tamen *artificiale* potentiùs præ vulgari observatur: paratur ex *spiritu nitri* & ⊖*e volatili quocunq*; e. g. *spiritu* ⊖*ci*, ex quo cum spiritu nitri striis elegantibus subtilibus conspicuum ☉, potentius præ communi, pro scopo diuretico habetur. Nitrum ipsum commodè permiscetur vel cum pulvere millepedum, vel sale volatili succini ritè parato, pro pulvere diuretico potenti, e. g.

R. ☉i p. iij.
⊖*is vol succini* p. j.
M. f. Pulvis.

Spiritus nitri dulcis, ritè & convenienti cohobatione præparatus, ⊡m etiam potenter pellit, præsertim in paroxysmis nephriticis, egregius est; calculum enim, si non sit in unam molem coagmentatus, diffriugere

 & im-

& imminuere solet; in illum verò, qui instar silicis jam coagulatus est, nullum habet jus. Præterea in morbis acutis, [illegible]æ provocationem postulantibus, proficuus est admodum.

Arcanum duplicatum

seu nitrum ⊕latum, etiam non postremum est, de quo jam superiùs. *Sal Commune*,

præsertim ejus ∼ ritè concentratus efficaciter [illegible]m stimulat, non saltem iste, qui ultimo △ examine extorquetur, sed, etiam qui beneficio concretorum terreorum concentratus deinde in liquorem fluit. Instar omnium sint testæ, ovorum Struthionis, quæ in spiritu ⊖is solutæ & abstractæ per deliquium suggerunt liquorem ⊖sissimi saporis, sed planè singularem, qui in affectibus diureticis, & diuresi opus habentibus, potenter [illegible]m provocat.

Sal Volatile succini

ritè præparatum & depuratum, non vulgariter, [illegible]m quoque stimulat egregie. Depuratur extrahendo cum ▽ rectificato, ab hoc aliquoties abstrahendo; ▽ enim oleum ejus detinet: hinc cum aqua solvendo, filtrando, evaporando, & denuò crystallisando; sic parum, candidum, & saporis specialiter acidi obtinetur. Sal hoc acido-salsum (componitur enim ex Acido & Urinoso volatilibus) [illegible]m potenter stimulat, & in calculo præservando & curando specificum est, præsertim sicum nitro vel nitratis, uti dictum, societur, utut etiam per se idem præstet. Aliàs quoq; ex succino ipso ⊖ *volatile* purum *urinosum* haberi potest, si destilletur cum *calce viva* & *nitro* per ◯m tubulatam, instar clyssi: sic cum copioso ⊖e volatili parum admodum olei ejusdem provenit, quod curiosum est. Huc quoque *liquor C. C. succinatus Michaelis* pertinet, qui in apoplexia & calculo probatus est.

In regno vegetabili verò eminent omnia Raphanacea, in specie verò Raphanus Orbicularis, & hinc Rusticanus seu Sylvestris & Armoracia dictus, Alliata cepæ, &c. quibus præ aliis adnumero Persicariam acrem, quæ mirabile est. Diureticum, & simul Præservativum Nephriticum, Alkekengi, parietaria, pastinaca, fœniculum, hedera terrestris, viola, absinthium, radix vincetoxici, petroselini, terebinthina, vel hujus loco, pro scopo imprimis diuretico, Balsamum de capaibe, juniperina, in specie Malvaticum juniperinum, succus betulæ, camphora, &c. Denique ♀ & tartarea volatilia, ∼⊖♀i volatilis, ∼♀i, &c. commendatissima remedia sunt; quo pertinet imprimis spiritus carminativus de tribus.

Raphanus Orbicularis

imprimis seu rotundus excellit: in succo suo pollet ⊖ volatile acri, & perquam penetranti turgido, reliquum corpus detracto succo iners est: succus autem ratione acrioris ⊖is incidit & dissolvit quaslibet sordes, primas vias aut loca [illegible]ria obsidentes, & incisa copiosè per [illegible]rias vias amandat, simulque renes insigniter stimulat. Præter usum hunc diureticum est etiam egregium incisivum ad mucum viscidum ventriculi & pectoris, pro facilitanda & promovenda exscreatione; unde etiam à quibusdam inter Vomitoria mitiora refertur succus hic, qui incidendo & resolvendo stimulat aliquomodo interdum vomitum. In usu hinc est succus recens expressus cum saccharo candisato præparatus; vel imitemur in usu *Timæum incæsibus*, qui

Rec. *succi rec. expr. Raphani* Cochl. ij.
Vini Malvat. seu *Hispan.* Cochl. iij l. jv.

Mixta propinat, & præter remedium diureticum nobile Calculi propulsivum ab eo asseritur.

Potentioris virtutis est

Raphanus Rusticanus, Meer-Rettich/

si radix e. g. incisa in ▽ infundatur, & vase clauso in loco frigido servetur, ac postea filtratum utatur, imprimis calculum potenter emitti facit. Si paretur infusum unà cum radice helenii, egregium est remedium in ventriculi affectibus, præsertim scorbuticis, spleneticis, aut melancholicis communiter dictis, ubi intentionem habemus evacuandi per [illegible]m; de cujus usu probato *Laurentius in Controvers. Anatom.* agit. Raphanus Rusticanus infusus Vino, addito cochleariæ succo, in hydrope miram curam per [illegible]m nuper absolvit.

Juxta hunc sunt

Alkekengi,

imprimis baccæ ejus, sapore sub amaricante quasi nitroso præditæ; suggerunt succum propter ⊖ nitrosum essentiale egregiè diureticum, qui expressus blandeque inspissatus extractum diureticum, relinquit. Præter vim autem diureticam, in ⊖e nitroso abstersivo fundatam, prosunt quoque vi anodynâ, quia ex solanorum genere sunt; unde quibusdam species ejus baccifera vocatur, quæ in affectibus nephriticis dolorosis optima sunt. Infunditur autem in ▽, aut baccæ exsiccatæ, aut ex succo paratum Extractum succosum, assumuntur.

Parietaria

propriè talis seligenda, quæ in parietibus & muris antiquis crescit propter ⊖ ♆æ nitrosum, ac in ⊖e nitrosum factum, quod à pluviis resolutum, unà cum nutrimento eidem suppeditatum, & exinde in hac digestum, vim diureticam acquirit; alia enim, quæ in locis pingvioribus colligitur, minus talis observatur: sic relatum mihi in Anglia, Medicum ibi quendam syrupum ex ea cum saccharo candisato in usu habuisse, quo in hydropicis propellenda [illegible] egregio cum successu usus dicebatur.

Pastinaca,

præsertim lutea, sicut Apiorum, Petroselinorum, & Pastinacarum, totum genus diureticum est; ita in specie succus hujus: novi enim exempla Ischuriæ desparatæ mediante hoc succo expresso curatæ, aliis remediis irritis. Sine insigni acrimonia pellit [illegible]m, seu, ut *HELMONTIUS* loquitur, consolidando quasi renes, acre illud potius demulcendo, quod Ischuriam excitabat, prodest.

Fœniculum

Aromaticum vulgare, svave simplex, blandum diureticum est; præter vim cruditates acidas primarum viarum, & inde natas flatulentias corrigendi, virtutem quoque obtinet svaviter afficiendi renes, & [illegible]æ fluxum promovendi; in quem finem convenit Decoctum radicis ejus cum lumbricis egregium diureticum.

Viola

flores egregii sunt temperativi cujusvis acris, præsertim ⊖si, & hac ratione inter anodyna referuntur, & affectibus pectoris, à ⊖so seu acri sero ortis, imprimis conferunt. Semina ejus nobile sunt diureticum; vim enim simul obtinent blandè laxativam alvi; hinc aliis nephrocatharcticum dicitur, blandè stimulando [illegible]m in paroxysmis nephriticis pro laxanda simul alvo (quæ tunc temporis est clausa) sine pari est:

Rec. *sem. violar.* ℥ij l. ℥ß.

& l. *ex solo*, vel *addito sem. papaveris* (pro scopo anodyno (vel *semine lithospermi* (pro intendenda diuresi) paretur c. △ *petrosel.* Emulsio, addendo *lapillos percarum* (specifici sunt) vel etiam, quibus tamen præstant, *lapilli cancrorum.*

Mixta propinentur, & erit remedium svave diureticum in affectibus partium [illegible]riarum, blande simul alvum laxans, sicque duo usus simul præstans.

Betula

recte succedaneum ligni nephritici habetur, imprimis ejus succus, vel ex cortice perforato, vel ramulis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0388-9 DFG

ramulis ejus incisis, effluens, hincquè collectus, egregiâ vi diuretieâ pollet; unde inter calculi præservativa, succi hujus usus planè singularis est, & omnibus præfertur, de quo vid. *Helmontius de Lithiasi.* Præter hanc vim nephritico diureticam, aliam vim etiam singularem obtinet, ut verno tempore haustus, subinde massam sangvineam purificare valeat, hoc est, ita modificet ejusdem motum fermentativum, ut quælibet heterogenea ☵ata nunc per ⊡m nunc per sudorem exterminet; quare scorbuticis, ictericis, scabiosis, item cachecticis, perquam proficuus est liquoris hujus potus. Observatum quoque ex usu ejus scabiosos quosdam fuisse redditos, dum sc. salia heterogenea ex massa sangvinea secreta, & intra cutim defixa, scabiosa illa pathemata produxerunt. Utendi modus est, ut persebibatur matutino tempore, vel blanda fermentatione, ad quam valde proclivis est liquor hic musteus, redigatur in liquorem potulentum quasi vinosum, & ita ad usum servetur, aut sine fermentatione per suffumigationem cum sulphure diu asservari potest; vel etiam abstractione phlegmatis insipidi redigi potest in consistentiam Rob seu Extracti, quod vel cum spiritu proprio, aut cum aquis appropriatis solutum, sive cum Malvatico juniperino propinari poterit.

Hedera terrestris

planta est quidem exilis, sed in usu medico non postrema. Præter vim diureticam excellens est vulnerarium internum: Prioris nomine non tantùm ad hydropicos perfluxum ⊡æ sublevandas egregie prodest, in quem finem cum absinthio in specie propinetur; sed etiam ad præservandum calculum, item ad medicandos affectus, partes ⊓rias affligentes, item in excoriationibus renum & vesicæ, multum confert: Ratione virtutis vulnerariæ in sangvine grumoso, ex casu ab alto dissolvendo, & noxa ab eo inducta consolidanda, speciatim in vulneribus pectoris & pulmonum, præstat; unde in hæmoptysi ex quacunque causa, in apostematibus pleuriticorum & empyematicorum polychresta, & nunquam in his omittenda est.

Juniperi

lignum usu & efficacia non cedit ligno guajaco & sassafras, exoticis, unde commodè in horum locum possit substitui, usu diuretico, diaphoretico & catarrhali. Baccæ ejus speciatim nostræ considerationis sunt, in quibus quasi concentrata est vis singularis diuretica, & usitatissimè non saltem ⊡æ fluxum promovent, sed in specie renes quoque abstergunt vi aromaticâ balsamicâ, & dispositionem renum nephriticam, in fermento vitioso sitam, ratione cujus etiam ex quibusvis eduliis calculus semper regeneratur, optimè corrigunt, & ita à calculo præservant. Ut taceam, quantum aromaticâ suâ virtute quævis juniperina nervoso systemati ejusquè affectibus conducant, imprimis oleum datum, excellens renum confortativum & præservativum calculi; sicut rob eorundem pro eodem & simul stomachico usu frequenter quoque adhibetur. Ex hoc *rob* cum *spiritu baccarum juniperi fermentativo* paratur elegans *Essentia*, *Elixyr & Malvaticum juniperinum*, suavissimum Diureticum, & egregium antinephriticum.

Terebinthina;

sive sit communis laricea purior; sive Cypria, exarbore terebintho destillans; rectè *Balsamum septentrionale* à *Starckio in Pyrotechn.* vocatur: quasvis proprietates, Balsamo Orientali genuino adscriptas; exserit: in specie usus diureticus & nephriticus est insignis, cùm nihil magis renes purgare communiter dicatur, quàm terebinthina, quos suavi odore singulariter afficit, & talem in ⊡ texturæ alterationem efficit, ut ⊡ violas spiret, quod etiam per clysmata injecta & diutiùs retenta præstat. Vi ergò balsamicâ fermentum renum putrefactivum, unde calculi fiunt, corrigit, & sic egregium calculi præservativum existit; simulquè ☿e suo acuendo ⊡m, renes abstergit: simili ex causa Gonorrhææ virulentæ optimè succurrit, non secus ac dysuriæ, excoriationibus, & similibus partium ⊡riarum vitiis, eadem ratione medetur: Quantum pectori & fluori muliebri conferat, quia non est hujus loci, transmitto. Vis ejus fundata est in ☿e volatili oleoso, quo insigniter turget, pauco, utut sufficienti acido saturato, quorum ratione omnes istius usus & effectus, externè & internè, balsamicos præstat.

Quoad modum utendi, olim sub forma potionis lacteæ dissolvebatur cum vitello ovi, mista cum Vino Malvatico, sicuti hæc forma sæpiùs occurrit in *Observat. Plateri*: sed quia potio nauseosa est hodiè ferè ♃ destillatum seu spiritus, & pilulæ excocta, usurpantur. Oleum destillatum fit, liquefactam terebinthinam miscendo cum arena; quæ enim per vesicam fit destillatio, ejus est castratio, cùm multum substantiæ ☿is volatilis oleosi tam in phlegmate, quàm vesicæ adhærendo, diluatur, & ipsum, quod inde habetur ♃, minus efficax, subtile & spirituosum, observatur. Destilletur igitur potiùs, mista cum ∴, per ☾m igne blando in ∴, sic ♃ subtile prodit, penetrans, & perquàm efficax. Pilulæ fiunt vel cum sola, vel cum additis. Ex sola, si cum blando igne exhalent & ∼ volatiles & phlegma accidulum cum oleo volatili massa relicta spissior redigatur in pilulas, vel cum △ communi vel cum data quadam, assumendas: hæ, utut spoliatæ sint subtiliori oleo, non tamen inanes sunt in doloribus nephriticis nothis, circa regionem lumbarem perquàm contumacibus, qui malè vulgò calculo, dem Zendenstein/ tribuuntur. Cum addito fiunt modò, quem docet *Myuspchthius in suis pilulis terebinthinatis*, qui videatur in *Armament. Chymico.*

Superest

Tartarus,

qui nihil est aliud, quàm ☿ essentiale vini, concretum ex acido vini, saturato copiosis particulis urinosis & terreis fecum vini, una cum pingvedinis interpositione; rodit enim acidum vini feces terreas pingviores, cum quo simul concrescunt in concretum acido-☿sum enixum, quod vocamus Tartarum. Simili ratione ex aceto, tanquam tartaro liquido & ☿♀ fit concretum simile tartaro; aut sicut cum vino, aut quocunque alcali alio, facilè confici potest ♀, similis genuino: & hæc compositio mechanica docet ipsam ♀i generationem naturalem.

Quoad usum diureticum, usurpatur hic vel in substantia, vel ejus ∼, vel sal, vel inde paratum ♃ per deliquium & R. In substantia usurpatur sub nomine crystallorum ♀i & cremoris ♀i, qui nihil aliud erit, quàm ♀ depuratus; est egregium incisivum viscidi, ejusquè abstersivum, diureticum, simulq; blande laxativum; propter quos usus Hypochondriacis, Nephriticis, Cachecticis, Febricitantibus intermittentibus, &c. medicina polychresta est in tartaro, sivè solitariè usurpetur, sive subigantur crystalli, diuterendo cum pulvere coralliorum, quod dicitur esse specificum febrile Kergeri, sive cum Marte-

fiat Tartarus Martialis. Hauriatur autem in jusculo fervido vel carnis vel gallinæ, probè subigendo; sic enim meliùs solvitur, & extra corpus dissolutus tutius & melius in corpore operatur. Spiritus ejus urinosus ritè rectificatus, ⊖e volatili nonnihil oleoso turgidus, nobilissimum est Diureticum, & Sudoriferum optimum, in specie Correctivum Acidi vinosi vitiosi, & malis inde ortis proficuum: Nempe specialem adhuc in radice habet convenientiam quandam cum sua matre, vino; unde dictis morbis apud nos corrigendis conveniens imprimis est ejus usus. Parum tamen est quod suggerit ∽ urinosi, & propter fœtorem nauseosæ est præparationis: unde potius in usu sunt ∽ clyssi formes ex tartaro parati, qualis imprimis est ∽ *carminativus de tribus*, ex ana ♃, & *nitri*, cum parte tertia ⊖♃ vel *cinerum clavellatorum* aut ♆, per ♁m tubulatam ritè destillatus in receptaculum, cui ♈ ♃*isatus* infusus sit; & ℞ ☉*aris nephritica Ummelungii*, quæ præparatur ex ana ♃*i*, *nitri*, *minera antimonii & silicum Saalfeldianorum* ☉*arium*, qui maculas & fibras quasi ☉ares habent striatos; pulverisatis his admiscendo ⊖ *in* △ *calida solutum*, subigendo probè, & reponendo aliquamdiu in cella, sæpiùs agitando: destillantur postmodum per ♁am tubulatam cautè, ne impetu fulminante omnia diffringant: liquor prodit urinosus, coloris nonnihil aurei, egregius propter ⊖ volatile ♃i nonnihil oleosum: nam parum ♃is antimonii est, quod continet, & nihil, quod ex silicibus habet: parum igitur respectu hujus præstare potest. Dosis ʒß vel ʒj. Hujusmodi ∽ clyssiformis ♃i in morbis quibusdam chronicis, v. g. hypochondriacis, scorbuticis, cachecticis, præmissis præmittendis multum solaminis afferunt. Sal præaliis acre admodum, egregii usus est; præter alios notatur vis ejus insigniter abstersiva & diuretica, quam ejus imprimis oleum per deliquium habet, quod internè assumptum multi usus est; præter vim enim primarum viarum abstersivam, etiam ⊡s potenter ciet. Paratur hinc ♃i ℞ quæ propriè loquendo est non-ens: nam perfectè calcinatum ⊖ nullam deponit ℞m; sed quicquid ℞a est, id habet à ♃e carbonum incensorum, & ab alcali ♃i imbibito; unde etiam usque ad cœruleitatem calcinari debet, quo elegans & rubicunda ℞ obtineatur; quæ si ritè parata fuerit, acris & urinosa est, egregium quoque diureticum est contra calculum, & pro muco acido primarum viarum corrigendo polychrestum remedium: *paretur* tamen non vulgari modo cum spiritu vini, sed *beneficio* ∽ *tartari cum spiritu vini rectificati.* Cum hac quælibet Resinosa, aliàs insolubilia, in Essentias rediguntur. Paratur etiam ℞♃*s acris* ex *tartaro* & ♆ coctis vel calcinatis, hinc extractis & inspissatis; quod cum ♈ digeritur, & ad usum servetur.

Ex Regno Animali, præter ⊡m humanam & inde natum ⊖✳, ejusquè spiritum, principaliora sunt ♋i, præsertim eorum lapilli, lumbrici, & eorum ∽ per putrefactionem, ∽ Cornu cervi, bufones, scarabæi majales, Cantharides, qui potentissimum sunt Diureticum, ritè vino infusi; testæ ovorum, asselli, stercus columbinum, &c. Ex marinis testæ cochlearum, conchylia, &c.

Quoad

Cancros fluviatiles,

in his egregia est vis diuretica, per se alias nota, cum qua juncta in toto concreto, & præsertim in eorum sic dictis lapillis, vis temperativa cujusvis acris acidi, & in specie virtus singularis vulneraria (sicut in regno tàm vegetabili quam animali observare est, multa diuretica esse simul egregia Vulneraria) pollent ⊖e volatili urinoso temperato; sicut omnia Marina, & præsertim molliores eorum partes, ⊖ minus acre & oleosum habent; unde refrigerare vulgò dicuntur, hinc quasvis inflammationes & dolores sistere, ophtalmias sedare, &c. rectè dicuntur: item in doloribus capitis à causa, ut vocant, calida, ut & affectibus nephriticis, ex acri acido vitioso renes infestante egregium sunt Anodynum in specie autem considerandi sunt sic dicti eorum lapilli seu oculi, quasi nucleus cancrorum medicamentosus; præter vim enim absorbendi & corrigendi quælibet Acida primarum viarum (utut in fortioribus non æquè sufficiant acidis) acquirunt texturam exinde ⊖sam, egregiè abstersivam & diureticam. Ex hisce duobus, quod in nucleo suæ texturæ alcalini volatiles simulque terrei sint, acquirunt texturam ⊖sam, & vim diureticam, hincque omnis eorum lapillorum usus derivandus est. Propinantur nunc in pulvere; melius autem in haustu vini acidiusculi, vel in vehiculo quodam cum aceto acidulato; sic enim aliquantisper ab acido aereo, potentiùs acidum in corpore stabulans faciliùs inbibunt, & perfectè diuretici evadunt. Si examini Chymico subjiciantur, præter phlegma, ⊖ volatile & spiritum urinosum, in parva quidem quantitate, cum oleo fœtido suggerunt, cum spiritus admodum sit concentratus in concreta: remanet ⊕, △æ affusione instar ♆æ effervescens, præsertim recens, quod omnium marinorum in hoc puncto, uti dictum, proprium est.

Lumbrici terrestres

sequuntur, qui multi usus sunt, tam propter vim alterativam, imprimis antiscorbuticam, quàm etiam diureticam: turgent ⊖e volatili nitroso (cum putrefacti facile in crystallos nitrosas abeant) abstersivo insigniter diuretico, sed tamen simul acidi scorbutici specifici, præprimis systema nervosum affligentis, egregiè correctivo (ubi unum ex primariis specificis sunt) & arthritidem vagam excitantis alterativo, ubi non solum alterando, sed & alterata pervias ⊡rias copiose educendo operatur. Utendi modus est vel in forma pulveris, quando per blandam phlegmatis evaporationem exsiccati sunt; vel sub forma decocti; decoquendo eos cum vegetabilibus appropriatis pro decocto diuretico; sicut alias cum radice fœniculi decocti lactis proventum augent; vel commisceantur cum vino conquassati seu triti, colentur per linteum, & propinentur pro scopo diuretico tam hydropicis, quàm imprimis scorbuticis: si autem cum lacte aut sero lactis vivi contusi & percolati propinentur, in affectibus præsertim scorbuticis vagis, subinde perquàm contumacibus, conducunt. *Spiritus volatilis urinosus* paratur vel per se, vel per putrefactionem: per putrefactionem abeunt in liquorem lutei coloris; in fundo ⊕ nigra remanet seu subsidet; pelles verò supernatant: qui liquor datus dat spiritum penetrantem subtilem urinosum, cujus dosis ʒß, si ritè rectificatus fuerit. Pelles autem si cum terra subsidente in apricum vel terram projiciantur, copiosissimè inde regenerantur lumbrici. Ex non putrefactis, item per destillationem, addito alcali fixo, vel calce vivâ permixtis, prodit ∽ urinosus; paucus tamen, nec adeò penetrans ac volatilis, quàm iste per putrefactionem.

Scarabæi

Unctuosi pro ⊡ provocanda & calculo imminuendo egregiè faciunt: vid. *Glauberus de hac Cura.*

Cantha-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0390-2 DFG

Cantharides

post hos, sunt potissimum diureticum, qui nativâ sub facie minus tutò usurpantur (ut à quibusdam Aphrodisiacis addantur; observatum enim est, quod, præter priapismum, subindè mictum cruentum excitarint) non secus, ac totus scarabæorum exercitus, cujus species sunt cantharides, huc referendus est. Usurpantur communiter in forma liquida infusi in Vino ad imitationem *BARTHOLINI Centur. 5. Histor. Anatom. 82.* præter copiosam ☵m, quam evacuat hoc ▽, est insuper remedium in gonorrhæa proficuum, & sine noxa adhibetur. Tutissimum autem est, ut propinetur ℞.

Rec. *Canthar.* ℥ß.
⊖♀ ʒvj.

Irrorentur c. s. q. △æ, & in formam pultis dilutioris seponantur in locum tepidum, aliquando irrorationem continuando, si sint exsiccati: si igitur per ♂♃ 8 vel 10 steterint, affundatur pulveri ▽ ♄*isatus*, & eliciatur ℞, quæ propter coloris gratiam *pulv. vermium cochenillæ* (qui similiter species sunt cantharidum, & egregii diuretici) potest tingi, evadit sic essentia gratissimi coloris. Si quandoque supervenit mictus cruentus, curatur statim peruberiorem haustum lactis, præcipuè cum sale ♄i. *Ex scorpionibus* simili modo, *vel solitariè, vel cum cantharidibus mistis*, similis *Essentia* potest extrahi.

Testæ Ovorum

sunt concretum quasi hermaphroditicum; simul enim de regno minerali & animali participant: materiam nanciscuntur ex lapillis seu calculis, quos devorant gallinæ, quorum subtiliores particulæ in ventriculo, sub mucilagine sua glutinosa, agglutinantur in substantiam testarum. Patet hoc, quod si gallinæ inclusæ sine lapidibus vel arena nutriantur, ova sine testis, Windeyer dicta, excluduntur; lapilli enim hi dissoluti in concretum testarum postmodum abeunt. Chymiæ autem examini subjectæ testæ, ratione substantiæ animalis suggerunt spiritum volatilem urinosum cum phlegmate pauco, & oleo fœtido; contrà, quatenus de natura minerali participiant, relinquunt ⊖, affussione △æ instar ♀æ effervescens. Egregium sunt Diureticum, si ipsæ testæ pulverisatæ, vel quod aliis magis placet, recipiantur testæ ovorum, è quibus exclusi sunt pulli, quæ mediante fotu certam alterationem simul passæ: hæ pulverisatæ, & in Vino propinatæ, ☵m satis fortiter proliciunt; quin etiam à quibusdam nomine præservativi singularis Calculosis commendantur ad calculorum genesin, & paroxysmos nephriticos inhibendos.

Asselli seu Millepedes

in promovenda ☵ singularis usus sunt; turgent ⊖e volatili nitroso simili, quo lumbrici impregnati, acriori tamen in his. Abundant autem hoc ⊖e ratione nutrimenti, uliginis scilicet, quæ intra rimas parietum colligitur, mediante qua ⊖ nitrosum in ♀, quo murorum parietes construuntur, sub nutrimenti facie una assumitur, & in corpore alteratum, ⊖ hoc nitrosum constituit; hinc optimi sunt Asselli, qui intra rimas parietum colliguntur. Si igitur *horum* leniter *exsiccatorum* ♂ cum *floribus nitri Mynsychthis* misceatur, habetur forte diureticum. Possunt etiam infundi in ▽, uti cantharides, & liquor filtratus propinari, v. g. putrefacti spiritum urinosum volatilem fortiter diureticum, & potentem satis, suggerunt. Plura vide bitis in *Laurembergii Tractatu de Calculo*, & *HORATIO AUGENIO Tomo 2. l. 9.*

Stercus tandem *Columbinum*

sequitur. In genere prius notandum, avium stercora quælibet esse acriora, & nimis nitrosa, aut magis ✱ealia, quam animalium reliquorum terrestrium; idque partim ex digestionis ratione, cùm avium contenta, præsertim bilis, admodum acris deprehendatur, unde etiam acriora sunt excrementa; partim etiam ☵æ ratione, quæ cum à renibus non ad vesicam, sed ad intestina in avibus devehatur, mista hinc excrementis stercus magis acre reddit. Eminet autem columbinum, quod acerrimum est, & si moderate calcinetur, & ⊖sum perfecte nitrosum suppeditat, egregiè diureticum; unde ad nephriticos & hydropicos multum laudari solet affectus.

Ex his Diureticis seu urinam pellentibus remediis possunt tales parari formulæ:

Rec. ♄i ☵*lat.* gr. xv.
⊖*is genist.* ℈ß.
M. f. pulvis, d. s.
Harntreibend Saltz
vel

Rec. *lapill.* ♋ *præp.* ℥ß.
♄i ☵*lat.* ℈j.
⊖*is sterc. columb.* gr. xv.
vol. succini ℈ß.
M. f. Pulvis.
div. in 3. part. æqu. s.

Harntreibende Saltz-Pulver in Weine zu nehmen.

Rec. *lapill.* ♋ *præp.*
matr. perlar. præp. à gr. viij l. ℈ß.
⊖*Xci* gr. xv ad ℈j.
M. f. Pulvis,

calculi præventum præcavens, in ischuria & febribus intermittentibus, ante paroxysmum exhibitus commendatus

Sub forma ∽:

Rec. ∽ *lumbricor. terrestr. per putref.*
⊖*Xci* à ʒij.
m. d. s.

Harntreibender spiritus 40 biß 50. Tropffen/ bis in die.

Assumatur in haustu vini aliàs fit sudoriferum; in vino verò ratione acidi mutatur in ⊖sum

Mixturæ Diureticæ:

Rec. *Malvat. juniper.* ℥jv. l. ℥vj
℞ *nephrit.* ℥ß.
m. d. s.

Urintreibender Wein 2. oder 3. Löffel voll.

Malvaticum juniperinum fit ex *spiritu baccarum juniperi*, *Rob juniperino* affuso & digesto.

Rec. △ *ononid.*
heder terr.
petrosel. à ℥j.
Malvat. juniper. ℥iß.
∽ *lumbr. terrestr.* (basis) *per putrefact. parat. & probe rectific.* ℥iij.
⊖*Xci* ℥iß.
Syr. hed. terrestr. ℥j.
m. d. s.

Harntreibende Mixtur.

Dosis 2. 3. l. 4. cochlearia subinde repetendo.

Ubi renum nimia incalescentia, aut dispositio horum inflammatoria, aut adjuncta febris, volatilium aut taliter calidorum usum prohibeat, tunc diuretica refrigerantia, & effervescentiam sanguinis compescentia, possunt præscribi:

Rec. △ *genist.*
hyper.
petrosel. à ℥j.
✳ ℥vj.
lapill. ♡ *præp.* (basis) ℥ß.
℞ ⊕ *lat.* gr. xv.
∽ ⊕ *dulc.* ℥ß.
Syr. de succo hed. terrestr. ℥ß. M.

Vina Diuretica:

Rec. *Canthar. pulveris.* ℈j.
Infund. in
Vini Rhen. opt. ℥iij. l. jv.

stent in loco calido per aliquot, ℞ & filtrentur per chartam bibulam.

d. s.

Harntreibender Wein.

Hujus infusi cochl. j. permiscetur aliis 7. cochlearibus *jusculi gallinacei*, *vini* l. *cerevisia tepida*, de qua mistura tempore matutino, & quidem primo die cochlear unum, altero die 2, & sic consequenter adscendendo, propinentur.

Rec. *Milleped.* No. x. xv. xvj. l. xx.
Misc. c. △. *appropr. quadam* l. *Vino.* terantur probè, trajiciantur per linteum, & propinentur pro usu stimulandi ⊡m.

Occasione Diureticorum & Nephriticorum jam explicatorum colophonidis loco Præservatio & Curatio Calculi in genere paucis ad nectenda venit.

Præservatio Calculi consistit in duobus:

1. Ut destruatur Acidum ex primis viis ad renes delapsum.
2. Conserventur Renes, & præcaveatur corruptio fermenti Renalis, & consequenter putredo ⊡æ.

Hinc quoad I. Commendantur lapilli animalium, testacea, lapilli cancrorum, corallia, silices, item lixivium tale, in quo silices candefacti extincti sunt; quæ omnia Acidum præternaturale in primis viis imbibunt & destruunt, hinc calculi coagulationem prohibent.

Quoad II. adhibeantur ea, quæ præservant à putredine renali, qualia sunt balsamica, terebinthinata, crocus, anisum, macis, allium, alliata singulis pleniluniis & noviluniis usurpata, semendauci, & cherefolium ab *Anglis* & *Helmontio* laudata, & similia renibus dicata.

Curatio Medica, quæ consistit in dissolutione Calculi jam facti, difficillima est, quia tanquam concretum ⊖sum, de utroque ⊖e participans, à nullo potest aggredi & dissolvi: & licet extra corpus solvatur, hoc tamen non fit in corpore, quia omnia medicamenta in primis viis alterantur, & virtute suâ medicâ plus minus spoliantur: Universale enim Calculi in corpore solvens nondum fuit à Medicis inventum, utut simpliciter non sint neganda talia remedia sublimiora, quæ calculum confringunt, licet rara & pauca. *AUGENIUS* & *LAUREMBERGIUS* Asellos calculos comminuere dicunt.

Pergo ad quartam speciem Evacuationis Generalis, nempe ad

ARTICULUM IV.

DE SUDORIS EVACUATIONE.

QUartus Evacuationis universalis modus est per sudorem, seu artuum diaphoresin. Hanc quod attinet, nil aliud est, quàm aucta insensibilis corporis Transpiratio: Sudor enim non est Evacuatio naturalis; siquidem non sudamus naturaliter; transpiramus naturaliter. Quando igitur Sudor accidit, tunc omnis vel est non naturalis, vel præternaturalis; sive in morbis sit symptomaticus, sive criticus: nam qui ex exercitio in loco cálido sudat, non naturaliter & excausis naturalibus sudat. Alias continuò unâ die naturali ex massa sangvinea per corporis porosam cutim mediante insensibili Transpiratione tantum evacuatur, quantum per alvum 15. dierum cursu deponimus, teste accurato *SANCTORIO in Medic. Statica Sect. I. Aphor.* 60. quæ moles, si vel dimidia tantum esset, satis superque sufficeret. Cum igitur tam copiosa sit Transpiratio naturalis, ut unusquisque quasi atmosphæram circum se habeat continuò, non mirum est, si tanta ejus sit usus & necessitas, ut sine hoc corpus sanum & vegetum esse nequeat, & ex impedita eadem oriantur morbi.

In hujus autem locum substituit ars, naturæ imitatrix, sudorem, Transpirationem scilicet sensibilem factam & magis auctam, ex qua præservantur vel curantur morbi; de quo vid. *citatus Tractatus.* Unde facile patet, quantum evacuatio per sudorem valeat, cum & prudens mater natura non tantum quam plurimos acutos morbos criticâ per sudorem transpiratione feliciter curat, sed etiam non criticè, in specie in intermittentibus febribus ordinariò quosvis paroxysmos fausto sudore finit: imò in malignis febribus. Hoc totum ejus est negotium, ut per poros cutis malignitatem & hetetogenea, nunc tanquam causam nunc tanquam productum morbosum, ex massa sangvinea per sudorem expellat, cujus vestigia non raro sunt petechiæ, pustulæ, & similia exanthemata, per corporis peripheriam disseminata, adeò, ut verissimum sit illud Pronunciatum Practicorum; *Nullam omninò febrem perfectè nec tutò sine recidivametu posse curari, nisi in fine maduerit corpus, & diu satis sudore defluat.*

Sequatur ergò naturæ ductum *Medicus*, ut sæpius auspicatò provocet quibusvis in morbis, primariò cutaneis, sudorem, quia sæpius hujus imminet necessitas, cum certum sit, tertiam morborum partem curari posse cum sudore, vel aucta saltem insensibili transpiratione. Ad minimum verò semper in praxi observetur, ut si non sudare possint ægri, saltem pori cutis serventur aperti & in aucta diaphoresi, unà cum blanda quiete somni, ne iis occlusis aut augeatur præsens morbus, aut super induceatur ipsi novus.

Modus autem, *quo fit Sudor*, vel qua ratione transpiratio in tantum augeatur, ut fiat transsudatio, optime comparatur cum sudore sub exercitiis & vehementiori motu corporis excitato. Octo autem in genere circa Sudorem observanda sunt phœnomena, sive fit naturalis, sive non naturalis, sive artificialiter occasione cujusdam præternaturalis provocetur. Casum proponam: v. g. occasione vel causæ cujuscunque externæ, v. g. exercitii, & motus corporis & artuum, sub quo sudamus, caloris ambientis intensi, vel medicamenti sudoriferi assumpti, observamus

1. Quod sangvis incipiat longè velociùs & celeriùs circulari; musculi enim nunc contrahuntur, nunc relaxantur: unde vasa sangviflua contrahuntur & relaxantur seu patula fiunt, adeoque motus sangvinis circularis continuatur, unde ordinariò supervenit pulsus celeriot & frequentior.

2. Sangvis

2. Sangvis ita circulatus exfrequentiori per pulmones, & cor, & totum corpus transitu, insigniter rarescit, hinc ex celeriori & vehementiori intestino fermentativo particularum motu corpus intensius incalescit, unde etiam pulsus deprehenditur major.
3. Eadem massa sangvinea ex dictis causis attenuatur, adeoquè liquescit & plus minus resolvitur, & longè fluidior ac tenuior redditur, quò superiùs dictis addito pulsus perfectè undosus seu celer & frequens major observatur; pulsus autem parvus in sudore malum signum est, præsertim in febribus malignis: & non tantùm omnes sangvinis, aliorumquè corporis contentorum liquidorum, quorum motus à sangvinis motu plus minus dependet, in partibus vel coagulationes vel stagnationes aut præservantur aut tolluntur, & præcaventur; sed præterea quoque partes ejus heterogeneæ ex materia ita attenuata uberius separantur, & facilius ⊽antur.
4. Dum ita circulatus attenuatur & resolvitur sangvis, & à concepto calore magis agitatur, latex ejus aquosus, commune nempe excrementi & nutrimenti vehiculum, ex attenuata & resoluta massa insigniter diluit universam agitatam massam sangvineam, & simul copiosius imbibit & absorbet particulas massæ sangvineæ heterogeneas, seu non ritè nec intimè eidem commiscibiles, aut permistas, separatas & ⊽atas, ex quibus imbibitis, cum sint de natura ⊖ium, sudor nunc ⊖sus, nunc acido-⊖sus, nunc alius saporis, observatur.

Naturaliter omnis sudor est ⊖sus; præternaturalis autem provarietate ⊖ium imbibitor variat; interdum insigniter acidus odore & gustu, pruriginosus, &c. Curavi aliquando mulierem, arthritide vagâ laborantem, cum febre tertiana gravi; sudor erat tum acidus, ut eum perceperim, quando penes lectum starem, & aperiretur stragulum. Sudores quandò dulces aut insipidi quasi apparent, malum signum est, præprimis in febribus malignis; quia indicant naturam fatiscentem.

5. Dum idem latex ita massæ sangvineæ particulas ⊖sas imbibit, circulatur cum sangvine per partes solidas, præsertim subcutaneas, hoc serum ⊖sum; sicque simul abluit & abstergit ⊖se dine suâ imbibitâ instar lixivii aut liquoris saponarii partes quasdam solidas, abraditque eorum sordes, vel causæ efficientis vel materiæ necessitate genitas & coacervatas, easque ita solutas unà exportat.
6. Fit, ut hæ cum sanguine circulentur ulterius, ad extrema corporis & capillaria vasa transeant; ita ut, dum sangvis per arterias velocius pellitur, vix cum tanta velocitate resorberi possit intra venas, fit hinc, ut subaliqua mora serum, istis particulis heterogeneis mistum, subintret glandulas miliares intercutaneas, quas largiter impregnat; de quibus *Steno ex Malpighio videatur.*

Ex his

7. partim beneficio caloris tunc in corpore intensioris, partim beneficio fibrarum sese blandè constringentium, largius & copiosius, guttularum licet minutissimarum forma, evacuatur, sicque etiam omnia fermenta peregrina, & aliunde suscepta contagia, potentes internarum calamitatum Autores, v. g. febrium malignarum, aut diarrhæarum contagiosarum, optimè eliminantur, donec cessante sangvinis fluore hic denuò in debitam abeat consistentiam, sicq; latex aquosus ipse denuo intime uniatur, unde fermentatio fit placidior, circulatio tardior, calor sensim remittit, & pori denuo connivent.

Facilitatur autem imprimis Sudor, quando meatus & pori, tam vasorum capillarium quam glandularum miliarium patuli fiunt exblanda humectatione & blando calore, indeque resolutis fibris nerveis:

Quod si

8. pori isti etiam non sint rite aperti, seu ductus glandulosi non satis laxati, ob ambiens frigus; fit, ut loco sudoris suppressi ut plurimum ordinario superveniat largior ⊡æ fluxus: id quod ex ⊡ potus tempore hyemali & æstivali videndum: Hyeme plus mingimus propter paucam transpirationem, quam æstate; & æstate plus sudamus, quam hyeme; unde in diabete, ⊡ crebrius excretâ, cutis exarescit.

Eadem igitur Phænomena sub Sudoris artificialis excitatione observanda veniunt à ⊖e volatili e. g. quodam propinato.

Ad sudorem ergò *duo* quasi imprimis, ut debitè fluat, *requiruntur*: nempe

1. respectu materiæ excernendæ certus sangvinis, & seri, ceu communis nutrimenti & excrementi vehiculi, status.
2. Respectu partium, perquas fit excretio, certa & determinata cutis ejusq; pororum conditio.

Quoad sangvinem & serum, massæ hujus status requiritur, ut sit talis, ne condensatus nimium nec nimis rarefactus existat, adeoquè in æquabili mistura seu textura ac consistentia sit constitutus, quo ritè rarefieri & attenuari, & sic seri latex ex eo extricari commodius & secerni, totaquè massa rapidius per vasa circulari, hinc etiam suâ sponte postmodum in debitam consistentiam redire queat: Alias enim in condensato nimis sangvine rarefaciunt quidem plus minus integram massam Sudorifera assumpta, sed non nisi repetitis vicibus exhibita, aut tandem difficulter sudoris effectum præstare valent; in resoluto verò nimis eodem magis per medicamenta resolutus sangvis tam intime serum & sangvis mista & juncta existunt, ut nulla specialis fieri possit secretio, quin magis attenuatus & liquefactus sangvis virium majorem prostrationem & fatiscentiam inferat. Certe magnum momentum situm est in tali sangvinis constitutione; hinc enim fit interdum, ut consveta Sudorifera parum operentur, quæ aceto vel simplici vel medicato diluta, non sine fructu solent propinari. Evenit interdum in febribus malignis, quod ex potentissimis Sudoriferis negutta sudoris veniat, infausto omine; si autem cum ♁alibus propinantur blanda acida, tunc demum sudor sequitur: sic enim v. g. Theriaca cum aceto propinata in statu longè potentiùs operatur, minorique cum dispendio, quam solitaria usurpata; sic ut pariter ℞ Bezoardica & aliquam ∽ vitrioli acidi partem recipit: & hæc acidorum permistio, præsertim in remediorum aromaticorum oleosorum adeoque calidiorum usu, probè observanda venit. Probabilissimum ergo tali in statu videtur, quod massa sangvinea penitus sit liquefacta, ac debitam consistentiam perdiderit, unde omnia sint mista, ut latex aquosus non possit secerni, ideò acida blanda, succus citri, ∽ nitri dulcis, &c. in parva dosi adhibentur, ut massa sanguinea ad debitam consistentiam cogatur, ut fiat laticis aquosi secessio à toto concreto.

Partium, per quas fit excretio, glandularum nempe intercutanearum & fibrarum cutanearum, plus minus poros stringentium vel laxantium, *conditio* in eo

eo consistit, ut non tantùm glandulæ apertæ & officio transcolatorio aptæ existant, sed etiam ut fibræ imprimis nerveæ debitum habeant tonum, respectu cujus fibræ nec laxæ nimis, nec etiam nimis strictæ, sed in media tensione, esse debent: Non nimis laxæ, quod evenit v. g. in syncopizantibus, aut quibus alias vires jam deficere incipiunt, aut quibus ex vitiato corporis habitu aliàs fibræ istæ laxiores & patentiores existunt; in talibus enim non tàm excerni naturæ conatu, quàm potiùs spontaneo motu effluere solet materia sudoris; imò in tali statu fibrarum nimis hiantium subinde non tàm sudor, quàm ros nutritivus, pro partium externarum solidarum nutritione hinc inde appositus effluit, & *sudorem* inde plus minus *glutinosum* constituit: Nec tamen strictæ nimis esse debent fibræ, ne occlusis hinc poris, & contractis meatibus intercutaneis, quævis sudoris supprimatur excretio, & hinc major massæ sanguineæ perturbatio & ebullitio ex Sudoriferorum usu superveniat: id quod accidere solet, quando quacunque ex causa irritatis spiritibus, & hinc continuato undique elastico impetu diffusis stringuntur fibræ, & pori occluduntur; id quod non rarum est malignis in febribus, præsertim petechialibus, in quibus spiritibus animalibus, à maligno fermento afflictis, stringuntur fibræ, clauduntur pori, & inquieti & insomnes sunt ægri, & ex præfata causa simul sudoris transitus impeditur. Ergò moderata sit fibrarum strictura, sive tonus earum sit naturalis, & ita constitutus, qui sufficiat, ut fibræ blandè à ☉ioſero stimulentur, & plus minus irritatæ exprimant contenta ex glandulis, & sic sudoris excretionem efficiant.

Ex his duobus Sudoris requisitis semper ratio petenda, quare alii post propinata Sudorifera facilè, alii non aut difficulter sudent? Sic etiam reperiuntur quædam subjecta, quæ adeò difficulter sudant, ut faciliùs ex pumice ▽, quàm ex illis Sudor, eliciatur. Vitium plerumque situm est in glandulis intercutaneis, in specie quidem poris horum non hiantibus, nec sudorem largum excernentibus: quo etiam pertinet cutis densior, in qua propter pororum occlusionem difficulter id, quod Sudor est, potest elici & transcolari. Obesi sic indifferentes sunt ad sudorem; quidam enim facilè, quidam difficiliùs, sudant, ita ut obesitas, quâ talis, nihil ad sudorem provocandum vel inhibendum faciat. Hinc qui robusti sunt, cæteris paribus largiùs longè sudant, quàm qui debiliores; in illis enim ob spirituum impetum motorium cor & ejus contenta rapidè moventur, unde copiosiùs sequitur sudor; cùm imbecilliores ferè difficiliùs sudent, spirituum motu tardiùs circumpellente contenta, quare vix sudor in extremis exstillat. Præter hæc sæpiùs in febribus malignis, hisquè cognatis ardentibus, nullus fit sudor ex nimia sanguinis dissolutione, quo fit ut mistionis ejus vinculo laxato ea tota diffluat, cum pulsu parvo sed celeri & frequenti, vel aut tardo & raro, unde partes ejus laxiùs unitæ & ferè confusæ nullam aquosi laticis permittant separationem, sicquè sudori ferorum usus, à quibus adhuc magis dissolvitur, fit frustraneus. Quod si verò sudoriferis tunc addantur temperata Acida, imprimis acetum, vel simplex vel sumbucinum, &c. à quo moderatè & leniter redeat sanguis ad debitam consistentiam cum quadam particularum non benè miscibilium & heterogenearum ☵ ation e, tunc non sine fructu solent propinari, imprimis si aliquoties hoc reiteretur, ut suprà jam dixi. An sudor etiam immediatè ex primis viis ad corporis circumferentiam feratur? Vid. *DEUSINGIUS de Depravat. Alimenti, & defens. Bilsii dogmatum.*

Hisce ita præmissis facilè patet ratio, quomodo Sudor per auxilia excitetur? Nempe auxilia sudorifera sunt vel primaria vel secundaria. Primaria talia sunt respectu massæ sanguineæ & reliquorum contentorum, per sudorem purificandorum; Secundaria verò respectu fibrarum & pororum intercutaneorum: Hinc posteriorum respectu talia diaphoretica sunt papaverina, opiata, &c. quæ non nisi vi anodynâ, spasmum & contracturam fibrarum intercutanearum partium laxendo, sudoris fluxum promovent; hinc tali in casu opium tàm nobile audit Sudoriferum, ut & Theriaces & Mithridatii compositiones, à tot annis adhuc famosas, ceu unum ex primariis ingrediatur, quatenus & irritationem molestam quocunque in loco sistit, & spirituum impetum sopit, & hinc fibrarum cutanearum strictura, & inde natam pororum occlusionem, solvit.

Facit quoque huc tegmen corporis cum stragulis, dum calor ambiens instar stupsæ sicæ se habet, unde blando calore fibræ suaviter affectæ laxiores fiunt, hinc magis hiscunt pori, & ita sudorem efficiunt. Pertinet huc quoque litus corporis, veteribus in febribus vel aliis morbis magis usitatus; quamvis etiam superiori anno in peste Viennensi à quibusdam felici cum successu fuerit adhibitus, ad promovendas pustulas, petechias, maculas, &c. in subjectis difficulter, propter cutis ineptitudinem, sudantibus: Quo in casu

℞. ▽ *chamom.* ℥ij.
☉ l. *crudi* l. *præp.* ℥ij.
♋ *scorpion.*
chamom. à ℥j.

Ebullire sinunt ad consistentiam Linimenti l. Litus fluidi; hoc ipso pectus, dorsum & abdomen, felici cum successu calidè illinunt. Nempe ♋a suaviter tactu leniunt fibras, easquè laxiores & molliores reddunt, dum spicula nitri, easdem irritando non nihil, faciunt, ut partim provocetur sudoris materia ad cutim, partim provocata sub tono fibrarum naturali suaviter expellatur.

Innimia autem dissolutione sanguinis, uti in febribus malignis, talia præscribenda:

℞. ▽ *flor. samb.* ℥j.
✱ l. *sambac.* ℥ß.
el. diascord. Fracastor. ℥j.
♄ij *diaphor.* ℈ß.
camph. gr. jl. ij.
syr. acetos. citri ℥ß. M.

Vel

℞. ▽ *galega*
scorzon.
cordial. Herc. Saxon. à ℥j.
∽ *theriac. camphorat.* ℥iij.
℞. *flor. paon.*
aquileg.
El. diascord. Fracastor. à ℥jß.
syr. Acetos. citri ℥ß.
M. d. s.

Außtreibender Stänck-Tranck auff etliche mahl.

Medicamenta ergò sudorifera & diaphoretica interna primariò fere operantur, quatenus sanguinem attenuare, & suaviter resolvere poterunt. Consistentia equidem sanguinis naturalis simpliciter est à mutua textura & connexione partium minimarum, ejus massam componentium. In ea autem textura & particularum cohæsione dominantur potissimum particulæ oleosæ (est enim sanguis liquor quasi saponarius) particulas ☉inas temperantes; & ita mutuo nexu coëuntes; speciatim texturam hancce constituunt oleosæ particulæ ratione occultati

tati acidi, cujus medio cohærent reliquæ particulæ in massa quasi una homogenea: hinc etiam experimenta infusoria docent, acida plus minus coagulare & stringere sangvinem; contrà alcalia seu urinosa, tàm volatilia quàm fixa, attenuare & resolvere sangvinis consistentiam.

Remedia igitur *diaphoretica primaria* talia erunt, quæ *operantur quatenus oleosum acidum* massæ sangvineæ *plus minus temperare*, atque ita texturam inde natam vi alcalinâ dissolvere possunt. Jam verò hæc ipsa auxilia primaria iterum duplicis observantur differentiæ; quædam enim *sunt positivè*; quædam *privativè*, ut sic dicam, talia. Quæ *positive talia*, erunt v. g. ista, quæ sunt substantiæ solubilis, plus minus volatilis, adeoque ultra primas vias, etiam in massam sangvineam, & alias corporis regiones penetrantis, quæ ipsa positivè agunt in sangvinem, ejusque texturam attenuant & resolvunt. Talia igitur sunt imprimis, quæ pollent substantiâ urinosâ, tàm volatili quam fixa, v. g. sal volatile & ♒ cornu cervi, fuliginis, ♁ Xci, ⊡æ, cranii & sangvinis humani, viperarum, ♀i volatilis; fixa autem verbi gratiâ sal absinthii, fumariæ, cardui benedicti, ♀i, ♁ centaurii minoris, vincetoxici, &c.

Porrò subjecta hæc vi urinosâ operativa sunt vel *macra* modò dicta, vel simul *oleosa*: Illa conveniunt, ubi sine insigni caloris intensione provocare volumus sudorem: hæc ubi simul calorem corporis intensiorem reddere animus est: adhæc volatilia oleosa, in recessu ♁ina, parili ratione potentia sunt Sudorifera, ut ♒ volatiles, v. g. spiritus florum sambuci, rorismarini, &c. item ℞a destillata, ut ♒ & ℞ destillatum tartari fœtidum probè rectificatum, item ligni gvajaci, buxi rectificatum à fætore; quæ ℞a cum nihil aliud sint, quàm resinæ vi △ colliquefactæ, patet, quod hâc ratione etiam ipsa resinosa concreta vim sudoriferam exinde obtineant. Hinc essentiæ resinosæ lignorum, essentiæ theriacales ex aromaticis acrioribus, adeoque resinosis volatilibus, ferè constantes, item succus stercoris equini; in specie camphora potens & nobile est Sudoriferum, quæ omnibus Sudoriferis in statu maligno addatur: Omnia enim alcalia, vel pura vel oleosa, absorbent acidum, sicq; attenuant & fundunt effectivè sangvinem, & propriè ad Sudorem illum disponunt.

Privativè Sudorifera dicta sunt concreta fixiora, tàm terrea quam ♃a metallica & mineralia fixa, quæ alcali occultum gerunt in sinu suo, & ultra primas vias haud penetrant, nihilominus suo modo quasi per accidens sudorem profluere faciunt, ut C. C. ustum & sine igne, ossa hominis sine igne, & similia calcinata, specificum febrile Crollii & Strobelbergeri, ♀ sigillata, maxilla lucii piscis, lapilli cancrorum, unicornu fossile, ♂ diaphoreticum, Bezoardicum minerale simplex & compositum, ☉ diaphoreticum, ♃ antimonii, aliaque similia.

Omnia hæc materialiter ultra primas vias non deferuntur, sed in primis viis saltem operandi vim suam exerunt, & ab his sudor elicitur, quatenus Acidum ibidem stabulans tàm naturale imminuunt, quàm præternaturale vitiosum in specie infringunt, imbibunt & alterant, occasione cujus aliàs vel irritando præcordia fibræ intercutaneæ stringuntur, vel massa sanguinea turbatur, quo minus possit subsequi sudor. Sive igitur naturale sive præternaturale & malignum sit Acidum, imbibendo hoc & enervando corrigunt, & ita, dum sanguis Acido est destitutus, corpus ad sudorem disponunt. De his non elegans est *Discursus BECCHERI in Physica Subterran. l. 1. pag. 394.*

Dixi Sudorifera vi urinosâ nunc simplici nunc temperatâ oleosâ, operari; hinc Acida, qua talia, sudorem non provocant. Duo tamen sunt casus celebriores, in quibus Acidis volatilibus uti necesse habemus.

1. Quando Cruditates viscidæ, pituitosæ, seu chylus crudus non debitè assimilabilis massam sanguineam inquinant, & non tantùm motum ejus fermentativum impediunt, sed etiam fusionem in sudorem inhibent, e. g. in lue Venerea, ubi Acida volatilia, e. g. spiritus lignorum, & similia, aliis præsertim sociata, sunt optima Sudorifera, incidendo & attenuando viscidum, & ita impedimenta sudoris imminuendo.
2. Quando usurpantur Sudorifera plus minus aromatica, oleosa volatilia; uno nomine: Sudorifera nimis calida, quæ potiùs æstum sanguinis intendendo, & sic per Accidens potiùs massam sanguineam in motum concitando, quàm eandem fundendo, sudorem provocant: Consultissimum hoc in casu est, ut cum aceto vel simplici vel aceto destillato permisceantur, quæ sociata egregiè sudorem provocant, & nullo modo debilitantur adeò ægri, quàm ex talibus Sudoriferis aromaticis solitariè usurpatis frequenter contingit. Usu hoc venit in Theriaca, & similibus compositionibus fortiter aromaticis, quæ in febribus malignis, utut sequatur sudor, adhibita tantum operantur cum insigni corporis æstuatione, & virium ægri fatiscentia: si autem propinentur cum aceto, reverà largius sudant, & minus debilitantur, longèquè melius inde habent ægri, quod aliquoties expertus loquor.

Sequitur porrò ex his, pro sudore eliminando non semper quævis remedia promiscuè usurpanda, sed subinde certum selectum Sudoriferorum instituendum esse; partim quatenus scopus est nunc privativè operantibus, nunc positive massam sangvineam nimis agitantibus turbantibus & fundentibus insistere, quæ agitatio autem & fusio non semper est utilis & tuta; partim quatenus pleraque Sudorifera præter hanc vim generalem ratione texturæ appropriatæ materialis habent vim specificam simul alterativam junctam in quibusdam morbis, secundum quam conveniunt; sicut superius quoque de Purgantibus & Diureticis monitum. Hic v. g. in diarrhæa & dysenteria C. C. sine igne meliora præstat, quam ♃ alia; ♁ volatile viperarum meritò præfertur ♁i volatili succini, in affectibus catarrhalibus, quam alia Sudorifera; in ligno sassafras vis specialis lymphæ alterativa seu catarrhalis ad est; in corylo, prætervim sudoriferam, specialis vis antiepileptica; in buxo vis singularis dolorem sedativa seu anodyna observatur; in cymis abietis seu pini, præter vim diaphoreticam, etiam vis egregia antiscorbutica notatur, sicut in cinnabari antimonii, præter vim diaphoreticam, singulariter anodyna & malignitatis, correctiva latet; rob juniperi & simul notabile diaphoreticum, & simul diureticum egregium est; rob autem sambuci, præter diaphoreticam vim, in specie erysipelati convenit; & sic consequenter in aliis. Respectu igitur harum sociatarum virtutum, plus minus alterativarum, subinde selectus venit instituendus.

Usus & *Effectus* Sudoris in genere est vel perse, vel per acidens; h. e. vel intenditur a natura & medico, vel citra intentionem supervenit. Usus ejus in se est in genere

1. Ut Sudor sit universale sangvinis, & partium, quarumvis solidarum, imprimis mollium, &

particulare peripheriæ corporis, mundificativum & absterſivum. Hinc enim notum eſt, quod in febribus contumacioribus, item in ſcabioſis, aliisque morbis externis & cutaneis, Sudoris fluxus ſit auſpicatiſſimus: unde, quando quis contagia vel fermenta peregrina undecunque etiam hauſerit, pro his evacuandis, & tàm ſangvinem quàm partes ſolidas ab hoc hoſte liberandis, optimè conducunt.

2. Dum ſub ſudore inſigniter attenuatur & reſolvitur, & quaſi liqueſcit maſſa ſangvinea, Sudor hôc ipsô eſt Præſervativum ſangvinis coagulationis, aut ejus plus minus grumeſcentiæ, omniumque humorum ſtagnationis. Hinc eſt, quod in febribus ardentibus continuis cum inflammatione conjunctis, v. g. pleuritide, hepatitide, angina, eryſipelatibus quibusvis, in quibus ſangvis ad ſui grumeſcentiam plus minus eſt diſpoſitus, plus prodeſt unicus ſudor, quam 10 purgationes, & centies repetitæ venæ ſectiones, aliàs in hoc puncto ſatis ſolitæ.

3. Dum ſangvis ſub ſudore rapidius hinc inde circumfertur, etiam conſequenter aliorum ſuccorum contentorum motus localis acceleratur, fit inde, ut Sudor motum illorum localem promovendo, quamvis ſtagnationem præternaturalem, aut coacervationem quodam in loco, niſi nimis ſint confirmata, & inde natos tumores, præcaveat.

4. Cum motus localis corporis ſit tantùm neceſſarius, adeoque nobilis ad vitam ſanam, ut ſecundùm *HIPPOCRATEM Sanitatis ſtudium* ſit, *non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores*, ſivè motu moderatè exerceri; ſanè in iis, qui motui locali non poſſunt incumbere, ut ſenes & obeſiores; pro vita tamen ſana conſervanda vicarius motus ſit Sudor crebrius repetitus. Effectus Sudoris per Accidens, eſt

1. Interdum Evacuatorius: Fieri enim non poteſt, quin ſæpius eo repetito, nutrimentum tam in partibus ſolidis aſſimilandum, aut aſſimilatum, quàm adhuc in maſſa ſangvinea fluctuans attenuetur, reſolvatur, & quaſi fatiſcat, ac unà cum ſudore eliminetur: cujus diſceſſu ægri ut plurimum emaciantur.

2. Debilitativus: dum ſemper plures manipuli ſpirituum influentium ſimul emittuntur, quorum defectu corpus neceſſariò debilitatur.

Ex his patet, conferre Sudores in ſpecie in affectibus tàm acutis, quàm chronicis. In acutis quidem cum febribus utramque faciunt paginam, ſive benignæ ſive malignæ fuerint: In benignis ex maſſa ſangvinea optimè per ſudores eliminatur materia cocta, hoc eſt, heterogeneæ partes & fermenta, quæ per poros naturaliter ſub forma fuliginum, in guttulas tamen ex occurſu rei frigidæ coagulabilium evaporare; artificialiter verò ex aucto quanto in guttas, & auctis guttis in ſtrias ſudoris abire ſolent: In malignis fermentum corruptivum non niſi, & quidem ſubitaneò, per ſudorem eliminari poteſt aut debet; hinc eſt, quod fermenta illa, quæ contenta inficiunt, unde ferè morbi acuti oriuntur, quâ datâ portâ eliminantur & erumpunt. Sic in dyſenteriis, diarrhæis epidemicis, & omnibus alvi fluxibus, benignis & malignis, egregiè confert Sudor; quo benè fluente dejectio notabiliter imminuitur, & malignum fermentum hauſtum ſimul exterminatur. In morbis acutis ſine febribus ad ſtaſin ſeu ſtagnationem ſangvinis, & hinc corruptionem ejus inhibendam, optima ſunt Diaphoretica: unde in apoplexia præmiſſis præmittendis, modò provocari poſſit ſudor, æger in longè meliori erit ſtatu; item in paſſione hyſterica, ubi ad impediendam contentorum ſtaſin eum in finem repetitæ venæſectiones inſtituuntur, convenientiſſimus & auſpicatiſſimus eſt ſudor; item in affectibus catarrhalibus, præſertim ſuffocativo, qui fit ex motu ſangvinis per pulmones impedito, & hinc nata ſyncope cardiaca, uſitatiſſimus eſto Sudor. Sic etiam in chronicis & minus acutis morbis, ac cum minori ſangvinis turgeſcentia junctis, maſſam ſangvineam tamen & partes ſolidas ſimul afficientibus, ſæpius Alterationis, interdum Evacuationis ſcopo inſtituitur Sudoris provocatio: ſic enim in morbis articulorum quibusvis, arthride, tàm vaga quàm fixa, tàm vera quàm ſcorbutica, malo iſchiadico, in paralyſi, & quibusvis ejus ſpeciebus, lue Venerea, affectibus partium externarum doloroſis quos Rheymatiſmos vocant, & ex catarrhis oriri dicunt; in his omnibus Sudorifera utramque faciunt paginam, alterando & attenuando viſcidum, promovendo celeriorem ſangvinis circulum, reſolvendo ſuccos hinc inde coagulatos aut ſtagnantes, hincque mundando maſſam ſangvineam & abſtergendo; meliùs enim non eliminatur excrementum in nervis & partibus muſculoſis artuum hærens, quàm ſi per Sudorem evacuetur. Denique in morbis intercutaneis omnibus, v. g. tam ſcabie quavis, quam maculis malignis hinc inde erumpentibus, in puſtulis, tuberculis vagis cutim afficientibus, neceſſe eſt, ut ante omnia per Sudorem mundificetur ſangvis, & peripheria corporis ſic abſtergatur, cùm ſine his etiam repetitis, impoſſibile ſit hos morbos curare. Quibus affectibus particulariter conveniat? & quânam methodo legitimè in uſum vocanda ſint Sudorifera? videbitis in *MOEBII Inſtitut. pag. 558. VVALÆO p. 62. ſequ.* & *HOFFMANNI M. M. l. 1. cap. 11.*

Quoad Indicantia, Coindicantia & Contra-indicantia; Indicantia ſunt locus & motus materiæ: Locus, ſi hæreat in maſſa ſangvinea, aut in partibus extimis ſolidis; quod ſi accedat motus naturæ ſponteneus, quando nempe corpus turget, aut habitus corporis turgidus eſt, & ſi leviter madet corpus, innuitur motus naturæ ad habitum corporis, & evacuatio per ſudorem. Contra-Indicantia & Coindicantia ſunt circumſtantiæ: nempe cum ſudore ſimul ſemper aliquantiſper vires corporis dejiciuntur, propter ~ copioſiùs exhalantes & deperditos, & repetito uſu corpus maciatur roris nutritivi nimiâ reſolutione, & ſudoris formâ evacacuatione; unde in febribus malignis ſudores nimii non conducunt, quia ſpiritibus exhauriuntur ægri, & emaciantur. Ergò Sudor non, niſi viribus adhuc conſtantibus, provocandus, & habito ſubjecti patientis plus vel minus ſucculenti reſpectu, crebriùs aut rariùs eliciendus; ſi verò ſint proſtratæ, lenis diaphoreſis ſufficit. Aliàs omni ſexui, omni vitæ generi, &c. ſudor convenit, modò virium habeatur ratio. Habitus corporis etiam valet ad ſudorem, vel facilitandum vel impediendum: qui habent venas amplas, ſangvinem turgeſcentem & ſpirituoſum, cutim raram & poroſam, &c. his ipſis faciliùs, tutiùs, & minori cum virium detrimento poſſunt propinari Sudorifera; qui verò corpore ſunt nimis obeſo, venas habent anguſtas, cutem denſiorem & firmiorem, difficilius & cum minore commodo Sudores ferunt.

Quoad tandem *legitimum regimen Sudoris* & diaphoreſeos, 1. in omni ſudore, aut ſaltem ut plurimum, ægri, plus minus tamen, ob ſpirituum diſpendia non parum debilitantur, & repetito uſu per nimiæ maſſæ ſangvineæ diſſolutionem, &

& roris nutritii unà cum ſudore attenuationem, & cum ſordibus excretionem plus minus emaciantur: unde propter virium perditionem Analepticis, & *Acidis moderatis* imprimis, ægri *poſt ſudorem peractum refocillentur*, ut ipſi citius ſe recolligant, & attenuata maſſa ſangvinea blandè denuò & coëat, & iterum condenſetur, debitamque & naturalem texturam & conſiſtentiam ſucceſſivè recuperet, atque obortus ex aucta ſangvinis agitatione nimius æſtus ſic extingvatur: v. g. Acida temperata ex citro, berberibus, ribibus, cydoniis, &c. item ℞ æ acidulæ, bellidis, &c. vel Julebi aciduli cum ſpiritu vitrioli vel ſpiritu nitri dulci, vel ſalis poſt ſudores ad ægros debilitatos reſiciendos, & vires plus minus labefactatas reſtituendas optimè conveniunt.

Rec. ▽ *aceroſ.*
ſcorzon.
cordial. Herc. Saxon. à ℥j.
℞ *fl. bellid.*
aquileg. à ℥jß.
℩ ⊕*i dulc.* ℥j.
ſyr. rubi idæi ℥j.
M d. ſ.

Stärck-Tränckleln Löffel-Weiſe.

vel

Rec. ▽ *fontan.* ℔j.
ſucci citri
cydon. à ℥iß.
℞ *fl. bellid.* ℥iij.
ſyr. aceroſ. citri,
rubi idæi à ℥ij.
℩ ⊕*i dulc.* q. ſ.
M. d. ſ.

Kühl- und Stärck-Julep.

vel

Rec. *Conſ. pulpæ citri* ℥j.
aceroſ. ℥ß.
aber. ſ. △*e*
pulv. epat. rubr. à ℥ß.
cryſt. min. ♃*i* gr. xv.
c. ſ. q. *ſyr. aceroſ. citri* f. Electuar.
d. ſ.

Kühl und ſtärck Lattwerge auff etliche mahl.

Irroretur adhuc cum ℩ ⊕*li* aliquot guttulis.

vel

Rec. *Conſ. pulpæ citri* ℥ß.
Conſ. alcherm. ℈j.
pulv. epat. r. ℈ß.
c. ſ. q. *aceroſ.* citri f. Bolus.

2. In morbis acutis cum febre, imprimis ſi ſcopo Evacuationis ſimpliciter inſtituantur, & quidem in morbo acuto maligno, ſeu maligna febre, quantocyus Sudor inſtituatur, ad fermenti maligni plus minus correcti acceleratam dejectionem promovendam, ne diutius incorpore retentum contenta inde, tam humoroſa quam ſpirituoſa, inquinentur & corrumpantur. Unde in febribus peſtilentialibus, imò ipſa peſte præmiſſo, ſi opus, Vomitorio, mox ad Sudorifera fortiora fiat acceſſus, pro evacuando cum ſero fermento heterogeneo, item in febribus acutis cum inflammationibus partium, v. g. in eryſipelate, pleuritide, peripneumonia, angina, hepatitide, nephritide, &c. ſudor appropriatis quantocyus proliciatur, qui longe citius & tutius in talibus, quam venæ ſectio alias crebrius & male uſitata, hæc curat. In febribus benignis pro ſcopo Evacuationis conſultum eſt, prius expectare coctionis ſigna; alias enim, niſi jam facta fuerit coctio, ſeu ſubſtantiæ heterogeneæ plus minus corruptæ ☵atio & ſeparatio, per Sudorifera turbatur maſſa ſangvinea, & vel nullus ſequitur ſudor, vel nudus latex ſangvinis aquoſus cum copioſis ſpiritibus volatilibus ſaltem elicitur, & nihil vitioſi evacuatur, & ſic plus nocumenti, quàm emolumenti accerſitur. Si autem expectetur coctio, tunc per blandum Sudoriferum cum euphoria poteſt eliminari quodvis hetarogeneum, ad imitationem ſcilicet providæ naturæ, quæ criticos ſudores non, niſi in declinatione morborum materiâ coctâ inſtituit in acutis; non ſecus ac non niſi ſub finem paroxyſmorum febrium intermittentium, & ſub eorum motu, ex parte jam coctâ materiâ ſudorem movet, & cum eo materiam coctam evacuat; ſicut & variolas, morbillos, petechias, &c. non niſi poſt aliquot dierum febrim, circa diem quartum vel ſeptimum ſalubriter & ſufficienter expellere ſolet. Illuſtratur hoc etiam per febres eryſipelati aut pleuritidi junctas. In morbis ergò & febribus benignis vel abſorbentia ſeu moderatè Figentia præmittenda, vel Sudoriferis & diaphoreticis addenda; alias incaſſum laborabitis: imò non raro poſt ſolum hujusmodi abſorbentium, Præcipitantium dictorum, uſum ſpontanei ſalubriter ſequuntur Sudores. Adeò ut hæc confirment ea, quæ ſuperius dicta circa *Aphoriſmum HIPPOCRATIS* de Coctis evacuandis, tàm de Purgantibus, quàm de Diureticis & Sudoriferis intelligendum; cùm certum ſit, & univerſaliter verum, nihil poſſe ſeparari ex liquore, cujus porulis intimè unitum eſt, ejusquè componentibus particulis permiſtum, ſine præcedente ☵ationе ſeu ſeparatione, i. e. exporulis extruſione. Sed hæc non neceſſe eſt, ut rigoroſè adeò obſervetur in morbis & febribus malignis, utut non raro quoque in his coctionis ſigna ſint attendenda.

3. Sudor ſubinde in morbis tàm alterationis, quam evacuationis gratiâ, inſtitui ſolet: Alterandi ſcopo, ut viſcidum attenuetur, acidum corrigatur, maſſæ ſangvineæ circulatio promoveatur, hinc coagulatorum aut hinc inde ſtagnantium contentorum reſolutio acceleretur: v. g. in cachexia virginum cum menſium obſtructione, ſicut talibus motus corporis fortior & frequentior imprimis convenit; ita hujus loco ſudor matutinis horis prolicitus egregiè conducit: In affectibus paralyticis optima pro ſcopo alterativo ſunt Sudorifera, pro motu contentorum quorumvis promovendo: in lue Venerea incipiente repetiti ſudores morbum curant, partim alterando acidum ſpecificum, partim viſcidum incidendo, & correctum eliminando: in ſcabie Topicis præmittenda ſunt Sudorifera, partim ut corrigatur fermentum intercutaneum partim ut per poros corporis abſterſum eliminetur, ne tàm facilè recidivet morbus.

4. Obſervetur quantitas, tàm continua quàm diſcreta, h. e. an multum vel parum, aut ſæpius an parcius, ſudor provocandus? quod imprimis docet morbi & ſubjecti conditio: quo enim morbus magis chronicus, eò crebrius repeti poſſunt ſudores: quo ſubjectum magis corpulentum & ſucculentum, eo copioſiores & crebriores fert ſudores: quo magis emaciatum, & ſuccis exhauſtum, eò minus.

5. Ad hoc etiam, quo ritè propinentur Sudorifera,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0397-3 DFG

observetur sedulò, ut primæ viæ sint probe mundatæ, & à sordium vitiosorum caterva liberatæ; alias dum sub æstu funduntur quælibet contenta, facilè fieri potest, ut contenta viscida nimis, resoluta intra vasa penetrent; quin etiam repetitis blandè Evacuantibus, aut Diureticis, nonnihil massa sangvinea sit repurgata, idque in chronicis præsertim affectibus; in acutis enim tam cum quam absque febre aliud urget necessitas, in quibus vomitus præmittatur.

6 In Plethoricis, aut revera aut apparenter talibus, sub nimio sangvinis orgasmo convenit præmissa venæ sectione; sic enim imminuto sangvinis quanto circulatio promptior & rapidior, adeoque facilior Sudoris profusio, provocatur.

7. Ægri in ipso sudore non nimis contegendi sunt stragulis, nec nimium urgendus est Sudor, donec debilitentur; sed sub moderatis stragulis successivè ad sudorem disponantur: melius est moderate per horas duas, quàm per dimidiam horam immoderate sudare.

8. Cùm anxii & siticulosi admodum sint sæpissimè ægri sub largo sudore, potus iis non penitus denegetur. Notetur autem, quod potus calidus in his insigniter sudores promoveat, utut minus recreet; frigidus verò nocivus sit, & sangvinem coagulet, utut viribus magis consulere videatur. Ratione sudoris ergò potus sit tepidus, ac medius inter frigidum & calidum; sic sudor valdè promovetur; post sufficientem sudorem linteis calidis abstergatur sudor, & sibi abstineant à frigido caveant; Ratione virium restaurandarum haustus vini in specie optimè confert. Potus autem non sit nimis largus sub sudore primâ vice, sed repetitis vicibus potiùs parum & sæpius, quàm unâ vice nimium, bibat æger: potus item esto tenuis, adeoque vinosus potiùs, quàm cervisiarius crassus, quo facilè transeat, nec diu in ventriculo ratione digestionis hæreat; aliàs enim potus potest sudorem inhibere.

9. In difficulter sudantibus externa fomenta sub alis & pedibus applicata multum juvant, unde lateres calentes sub axillis & plantis pedum, imò etiam circa ingvina cum linteaminibus duplicatis, quod in difficulter sudantibus necessarium, applicari possunt.

10. Si nimius autem supervenit Sudor, Acidis in specie austeris coërcetur, quæ coagulant: Talia sunt ♱, succi acidi, cydonia, in specie corallia cum aceto usurpata, ♁ sigillata cum Acidis propinata, &c.

Quoad locum Sudoris, nunc lectus, nunc conopeum, seu balneum siccum, convenit: Ille magis utile in debilioribus ægris in morbis acutis; Hoc in ægris robustioribus & morbo chronico correptis; item conopeum convenit, quando affectibus externis seu partium externarum morbis medicandis per sudorem, opus est, ut in Arthriticis, Ischiaticis, Paralyticis, Venereis, &c. Optimum est; sicut contrà in lecto, quando massæ sangvineæ vitia & interni ejus morbi per sudorem curandi veniunt. Incalescet autem Conopeum duobus modis, vel per ♈ accensum & deflagratum, vel per ▽m calidam, calefactis lateribus, silicibus aut ferramentis candefactis, infusum Prior modus obtinet in subjectis habitioribus & succulentis, quibus his modis aperiuntur pori, & insigniter promovetur sudoris fluxus: Posterior in siccioribus, quorum cutis blandâ irroratione prius opus habet. Deinde etiam Conopeum calescit per Decoctum acervi formicarum, decoquendo eorum cubile integrum in sacco inclusum in ▽, & super Decoctum fervidum insidens æger sudet; qui Insessus egregius est in affectibus nervorum & nervosarum partium, paralyticis, ischiaticis, in sterilitate mulierum, & similibus.

Materia auxiliorum ex triplici regno desumitur. Ex regno Vegetabili se offerunt tanquam Sudorifera selectiora positiva, imprimis dum Vegetabilium vis Sudorifera consistit ferè in substantia plus minus resinosa, sed simul, quod benè notandum, ⊖sa, adeoque amaricante plus minus aromatica, fundata in ⊖e volatili ⊖so oleoso, sed non adeò acri, nec adeò colliquativo, aut virulento, quale in purgantibus est Ratione hujus ⊖is volatilis oleosi ⊖si temperant Acidum, corrigunt viscidum, fundunt sangvinem, & præsertim lymphæ vitiatos sapores seu qualitates corrigunt & emendant. Simplicia selecta sunt imprimis ligna exotica quæcunque, in specie Gvajaci cum suo cortice, cui tamen revera Fraxinus nostra æquipollet: hinc lignum seu potiùs radix sassafras cum cortice, cui nostra juniperus tamen, aliaque ligna domestica, ut lignum quercinum, &c. non cedunt: hinc cymæ seu turiones pini, item cortex pini vel abietis, china chinæ, buxus, corylus, radix gentianæ, angelicæ, chinæ, enulæ, chelidonii majoris, HB. cardui benedicti, radix vincetoxici, omniaque Vegetabilia intensè amara & quasi incidentia, flores & fructus sambuci, fuligo, tanquam productum vegetabile; & plurium tandem Vegetabilium coacervatio, nempe Theriaca: His adnumeretur camphora, quæ potens & nobile est Sudoriferum, omnibus Sudoriferis in statu maligno addenda.

Quoad ligna Vegetabilium Sudorifera, de iis notandum, quod vis eorum diaphoretica consistat in concreto resinoso, adeoque resina eorum imprimis est Sudorifera: patet hoc ex eo, quod non tantùm Extracta eorum resinosa, in quibus anima diaphoretica residet, sed & ☵a destillata, tanquam resinæ liquefactæ, potentissima sunt Sudorifera: Fuligo est concretum resinosum, ⊖e volatili oleoso turgidum, indequè summè diaphoreticum. Observanda tamen venit non levis differentia substantiæ hujus resinosæ diaphoreticæ in lignis: nam, uti aliàs monitum, constant resinæ ex ⊖e volatili, ab Acido oleoso concentrato; hinc ligna quædam habent substantiam magis ⊖sam, & ⊖e volatili nitroso oleoso sufficienter impregnata sunt, v. g. Gvajaci, fraxini, &c. alia autem habent resinam magis temperatam & oleosam, sicque ferè aromaticam, v. g. lignum sassafras, juniperi, &c.

Hisce ita præmissis, pro se lectu nostro insinuatum fuit. *Lignum Gvajacum*, quòd, si genuinum sit, habet saporem subinde acrem, amarum, & suggerit Decoctum acre, penetrans, quasi pipere aliqualiter conditum. Præstans est Sudoriferum, simulque diureticum. Operatur ratione particularum ⊖inarum nitrosarum oleosarum, quarum ratione lignum Gvajacum cum vi Sudorifera, simul incidit Viscida, corrigit Acida vitiosa, simulque diuresin blandè stimulat; adeoque morbis à lymphæ vitio natis egregiè succurrit: ne dicam, primarium ex remediis in lue Venerea appropriatis esse Dixi, esse concretum nitro ⊖sum adeoq; minus oleosum; quod neminem turbet, quia in ligno calcinato paucum aut nullum ⊖is fixi vestigium deprehenditur. Suggerit destillatione spiritum acidum & ☵o empyreumaticum, & in capite mortuo nullum vel paucum ⊖is fixi remanet; Hoc enim est ⊖ nitro-

trosum volatile, quod sub forma olei fere transit: Patet hoc ex Mechanica Chymica, si recipiatur decoctum ligni gvajaci, inspissetur ad Extracti liquidioris consistentiam, ex quo in cella per crystallisationem copiosum satis in idem salis fixi essentialis potest elici, quod alias sub textura oleosa maximam partem prodit. Præter spiritum in usu est Decoctum, & *Essentia cum spiritu vini ♃isato parata*; & ex hac vel præcipitata, vel abstractione condensata resina: dosi ℞j l. ʒß. potentius est Sudoriferum, quàm decocti ℥jv. l. v. notabile etiam est Gummi Gvajaci, utut non ubivis obvium sit, elegans tamen & egregium, specificum diaphoreticum in Gonorrhœa, Gallica imprimis, præsertim si cum *spiritu vini ♃isato* paretur exinde ℞ seu *Extractum*, quod optimum est ex Euporistis in Gonorrhœa Venerea. Spectat hac *Essentia lignorum*, quæ ita paratur:

Rec. *ligni gvajac.* ℔jß.
sassafr. ℔j.
sant. citr.
rubr. à ℔ß.
rhod. ℥iij.
rad. china,
sassapar. à ℔ß.

Cum s. q. ~ *fumar.* extrahantur digestione aliquot dierum. Loco ligni Gvajaci commodè, uti dixi suprà, substitui potest

Lignum Fraxini,

quod cum illo in multis convenit: nam etiam similiter nitrosum, potenter diaphoreticum & diureticum est, adeò ut incertum sit, an magis sudorem vel urinam pellat? Parari ex illo possunt omnia eodem modo, ac in ligno Gvajaco. Egregiè movet sudorem In morbis chronicis: præsertim autem semen fraxini, quod propter figuram *Lingva Avis* nomine venit apud Pharmacopolas; quod destillatum suggerit ☿ perquam acre, quod in specie Nephriticis & Calculosis præservativè convenit.

Lignum sassafras,

aliàs propter odoris rationem *fœniculatum* dictum, est potius radix cum cortice, quam ipsum lignum, & viribus diaphoreticis conspirat cum ligno gvajaco; sed magis aromaticum & oleosum temperatum existit, unde in specie in vitiis lymphæ acidioris & acrioris corrigendis usitatum est, & à *BRUNNERO in Consil. Alexipharmacum Catarrhorum* dicitur. *Essentia* cum *spiritu vini ♃isato* extracta imprimis ventriculo convenit, cruditates acidas primarum viarum corrigendo; aut paratur inde Essentia, Catarrhalis dicta, cum aqua spirituosa serpilli, ad imitationem *MYNSYCHTHII.* Propter resinam copiosam & aromaticam duplex suggerit ☿

1. Per se destillatum empyreumaticum, quod, ut cœterorum lignorum ☿a, super C. C. ustum rectificando, fœtorem deponit, & potens Sudoriferum evadit
2. Rasura autem ejus per vesicam cum aqua suggerit ☿ destillatum æthereum seu aromaticum, egregium & svave, acrius tamen quam ☿ destillatum fœniculi; cum quo sicut ratione odoris convenit, ita in multis casibus commodè huic substitui potest.

Loco ligni sassafras esse potest

Lignum juniperinum,

& ejus corticis rasura, vi diuretica & diaphoretica perquam convenienS. Certè hinc præferenda censeo ligna nostra exoticis, & ubi uti illis necesse est, commodè nostra substitui possunt: pari modo ac alia ligna, ita etiam juniperinum, tam pro usu diaphoretico & diuretico interno præparari, decoqui, extrahi, quam etiam pro externo usu propinari poterit.

Juxta hæc est *Pinus,*
& species huic cognata,

Abies.

Ac præsertim cymæ seu turiones abietis sunt potentissimum Sudoriferum nostris climatibus & corporibus dicatum. Arbores hæ turgent resinâ balsamicâ, ejusdem penitus naturæ cum terebinthina, unde, quod obiter, etiam ex *conis abietum recentibus* contusis, & per vesicam destillatis, prodit ☿ *simillimum oleo destillato terebinthinæ.* In specie autem turiones seu cymæ, tàm recentes quàm exsiccatæ, hinc cortex, egregium sunt Sudoriferum, præsertim in scorbuto; unde à quibusdam κατ' ἐξοχὴν arbores Antiscorbuticæ dicuntur, quibus affectibus conveniunt ratione resinæ oleosæ balsamicæ pro temperando sapore antiscorbutico, præsertim quando lympha sensibilius in hoc ipso alteratur, & hinc, quando partes nervosæ, ab eo vitioso sapore affectæ, læduntur: unde in doloribus artuum, contracturis, paresi, arthritide vaga scorbutica, &c. diaphoretica ex cymis aut corticibus abietis sunt optima Plura de his videbitis in *MOLLENBROCCIO de Variis.* Decoctum strobilorum pini vel solitarium, vel cum rasura ligni sassafras, aut juniperi, aut cum radice chinæ, in ▽æ & cerevisiæ ana suggerunt coquendo Decoctum amaricans, vi & sapore terebinthinam referens, quod matutino tempore haustum in dictis affectibus apud nos usitatissimum esto pro scopo Sudorifero. Potest etiam, & solet quoque fieri *Essentia turionum pini juniorum*:

Rec. *Cymas*: Coqu. *in* ▽, donec omnem saporem medicamentosum exuerint; decoctum expressum inspissetur ad consistentiam Rob seu Mellis ferè solidioris: Ex hoc c. *spiritu proprio* paratur *Essentia pini* in istis affectibus, à Scorbuto natis, proficua.

Spiritus proprius autem paratur ex iisdem cymis concisis, tusis, copiosâ ▽ affusâ fermentatis, & hinc destillatis: suggerunt spiritum, qui odorem cumini ferè repræsentat. Aut igitur *cum hoc*, aut ejus loco *cum spiritu cochlearia*, *Essentia* dicta parari potest. In quibusdam locis, præsertim Dresdæ, in usu est ▽ harum *cymarum abietis spirituosa*, contra affectus scorbuticos in genere: Tempore verno ingruente Aprili *cymas* (cujus resinam liquidam falsò Officinæ Terebinthinam Venetam vocant: vid. *RAJUS Curat. Plantar. Angl. P. 1.*) recipiunt *recentes* (quæ tunc temporis scatent resinâ, quæ odorem & saporem terebinthinæ habet, hinc etiam uti dictum, simile ☿ ex his potest elici,) *eas contusas* sacculo includunt, & *succum exprimunt*: Recipiunt *succi hujus* Mens. xij, includunt vasi quercino, quod præter propter Mensuras 16 vel 18 obtinet; isti infundunt *cymarum aliarum recentium contusarum* tantum, donec vas ferè repletum sit, reponunt & relinquunt in loco temperato, donec aliquali factâ fermentatione incipiat spirare spirituosum odorem; post ex ♏ destillant, & pro usu antiscorbutico ▽m asservant.

Corylus,

lignum nostras Sudoriferorum etiam censum subit, & eodem modo potest præparari, ac suprà de ligno Guajaco dictum. Decoctum Sudoriferum est, sed simul nervis dicatum: estque in Corylo singularis vis antiepileptica, unde etiam ex *ea certo tempore decisa* ☿ *Heraclinum Rulandi* destillando parari potest & solet, de quo vid. *Hagendornius in Curat: seu Secretis Empiric. Rulandi*: sicut eadem vi antiepilepticâ excellit ♃julorum coryli (quale etiam ex musco lavato vere colligitur) quorum ♂ egregium est antiepileptica præsertim in infantibus, sicut etiam ab aliis contra

Atrophiam & Hecticam infantum commendari solet: Novi Medicum, qui hoc sulphur multum extollit in morbis infantum, tàm cum epilepsia, quàm in ejusdem metu.

Quæ de Corylo dixi, de

Buxo

etiam dicenda; tam potens enim Sudoriferum est ejus Decoctum, ut haud cedat, imò præferendum potiùs sit ligno Gvajaco & sassafras. Convenit in affectibus sordidioribus, in quibus vi Sudoriferâ multum confert. Præterea in ligno Buxi inest peculiaris vis anodyna, dolorum sedativa; unde speciatim ☿ ejus destillatum contra odontalgiam tantoperè extollitur, sicut illud à quibusdam loco olei Heraclini svadetur. Inter radices eminet

Radix Gentianæ,

amarissima & acerrima, cujus decoctum, & in specie ♃ ejus, utut propter amarorem sint ingrata, maximè in usu est. *Extractum*, cum *spiritu vini* ♄*isato vel simplici paratum*, potentissimè sudorem movet, ratione cujus, speciatim verò virtutis ejus alterativæ, in febribus intermittentibus convenit. Aliquando loco decantati corticis chinæ chinæ usurpavi pulveris ejus ʒj in haustu vini generosi ante paroxysmum aliquoties repetitâ dosi, eundem usum & effectum habuit, præsertim in febribus tertianis, in quibus ad minimum rigorem extinxit, & sudorem copiosum produxit. Sed quia ♁ nauseosus est, potius *Extractum* dosi ℈j ad ʒj sumatur, miscendo c. *spiritus* ⊖*ci simpl.* ʒß ante paroxysmum & cum *aqua appropriata* propinetur; quod in febribus tertianis & & quartanis, siquid aliud, præmissis tamen præmittendis, feliciter mihi usu cognitum. Misturæ hæ in Praxi admodum proficuæ, sociatæ cum salibus volatilibus, observantur.

Radix Angelicæ,

non præcise Helvetica, sed nostras etiam, quæ in locis siccioribus, non paludosis, crescit, est egregiè sudorifera, & pollet resinâ aromatica Præter usum diaphoreticum, sive in forma pulveris, sive extracti, est egregiè carminativa, & ventriculi malis, ab acido viscido natis, insigniter convenit; unde in Cardialgia torminibus ventris, &c. vi alterativâ convenire dicitur.

Radix Helenii

polychresta, insigniter amara, sed nonnihil temperata vi aromatica est; unde quibusdam *Aroma Germanorum*, loco zinziberis eligendum, vocatur. Vis ejus diaphoretica, quomodo usurpetur, nota: præterea in specie vim habet incidendi & attenuandi cruditates viscidas acidas, tàm primas vias obsidentes, quam ex massa sangvinea in pulmones exulceratas; unde communiter inter Stomachica & Pulmonica numeratur, in quorum muco incidendo Euporiston est elegans, si recipiamus *pulverem radicis hujus*, & subigamus cum *rob juniperi* in formam Electuarii, quod subinde usurpatum potenter incidit ista viscida, & expectorationem promovet. Præter vim diaphoreticam, in specie in affectibus nervorum, imprimis in paralysi ex Colica convenit quo in casu Decoctum hujus, præsertim cum Vino paratum, elegans est ex optimis Euporistis, maximè si societur cum spiritu ♄i, aliovè simili volatili oleoso.

Succedit

Chelidonium majus,

ejusque radix: quo pertinet etiam *Rob* ejus ex *succo* seu *decocto* inspissato. Extractum fortiter sudores movet, & præter hanc vim generalem vi specificâ alterativâ convenit, imprimis in ictero flavo, præmissis præmittendis (præsertim Vomitorio & Martialibus) imò hoc solô icterus non adeò confirmatus curabilis existit, quod aliquoties observavi: Hinc veteres non adeò ineptè dixisse videntur, quod omnibus hepatis vitiis conferat, hoc est, ut hodiè loquimur, ad vitia bilis corrigenda, ejusque dyscrasias tollendas. Communiter quidem succus suadetur, sed nauseosus est. Decoctum elicitur cum vino, vel paratur extractum cum aqua, vel resinosum cum spiritu vini, quod in febribus malignis seu pestilentialibus pro Sudorifero à quibusdam laudatur. De usu autem ejus externo ophthalmico non attinet dicere.

Carduus benedictus,

vel etiam

Carduus Mariæ;

prior tamen præferendus Est diaphoreticum satis generosum, imprimis in morbis chronicis, & hinc ad febres intermittentes ante paroxysmum plebeculæ usitatò pulveris cochleare solent felici cum successu propinare. Aliàs Decoctum ejus ad imitationem *RULANDI* contra febres quasvis intermittentes potest usurpari: *Vid. ejus Centur. Curationum*: idque vel solum, vel cum radice asari. Refertur præterea inter specifica antipleuritica, in quo affectu per sudorem curare observatum fuit.

Vincetoxicum seu *Radix Asclepias*

in usu est, speciatim in duobus casibus; nempe Decoctum in ▽ multùm laudatur cum aliis pro curanda per sudorem lue Venerea; sicut Decoctum cum cerevisia imprimis laudatur contra hydropem & Anasarcam, quam tàm per ⊡m quàm per sudorem, curare dicitur: In vino Decoctum amaricans emergit, & in Anasarca itidem proficuum.

Flores & Fructus Sambuci,

præsertim Rob baccarum triviale quidem, sed non rejiciendum remedium, dosi ʒij ad ʒß pro scopo sudorifero, nunc solitariè, nunc cum aliis pulveribus appropriatis sociatum. Usus ejus in specie in febribus continuis cum partium inflammationibus erysipelaceis, sive externis sive internis, utut in pleuritide, angina, vel solitariè vel cum pulveribus animalium absorbentibus sociatum. Ex floribus & baccis fermentatis paratur ∽, vi aliquali Sudoriferâ, non tamen adeò insigni, præditus: *cum hoc ex Rob elicitur* ℞ (sicut *illa Granorum Actes* vulgò *QVERCETANO dicitur ex baccis*) quæ imprimis ad passiones hystericas, & horum paroxysmos per sudorem finiendos, egregiè convenit.

Fuligo,

tanquam productum vegetabile, nihil aliud videtur esse, quàm ∽ & ♁ lignorum informa sicca. Nam quod aliàs in vase clauso ex lignis ♁ & ∽ elicitur, hoc vase & igne aperto ex lignis sub forma fumi evaporans, fuliginem constituit: sed quoniam de oleo lignorum sub conflagratione non parum consumptum fuit, hinc sub phlegmatis vehiculo copiosum ⊖ volatile sui juris factum evolat, sicut reliqua olei substantia, quod sub exhalationis celeritate deflagrationem subterfugit, etiam ⊖ volatile unà evaporans secum concentrat. Hinc est, quod ex fuligine, igne examinata, prodeat primò phlegma acidulum, simile spiritui lignorum; deinde ∽ urinosus & copiosum ⊖ volatile penetrantissima, similia ⊖i volatili & spiritui urinoso, quæ ex animalibus eliciuntur; post supervenit ♁ empyrevmaticum destillatum, simillimum ei, quod aliàs ex lignis destillando elicitur; quod super C.C. ustum rectificandum, & ab empyrevmate liberandum est Hæc tria, ∽ urinosus, ⊖ volatile, & ♁ destillatum rectificatum, interno usu potentissimè sudores promevent: sed

ſed quia ſimilia ſunt ſpiritibus & oleis animalium, etiam meritò quis dubitare poſſet, an realem ab his habeant differentiam? Sed dubito, & dico ſaltem, quod ſubtiliora & penetrantiora videantur; oleum tamen fuliginis deſtillatum de craſi ſpecifica ligni, ex qua fuligo prodiit, plus minus participat, unde præter vim generalem diaphoreticam, aliqualem ſpecialem differentiam pro varietate lignorum etiam obtinet: aliàs ad quævis mala, ubi ∽ urinoſi & ⊖ia volatilia urinoſa uſurpantur, promiſcuè adhiberi poteſt. Cruda fuligo ſub forma pulveris prærogativam habet in ſangvine grumoſo diſſolvendo, in caſu ab alto, pleuritide, cum hauſtu vini vel aceto propinata, largiter movet ſudorem: ſimili modo ab aliis contra paſſiones colicas & hyſtericas laudatur, corrigendo Acidum, partibus nervoſis infeſtum, & mediante ſudore paroxyſmos finiendo.

Theriaca,

tanquam nota ſatis, tranſeat: Vid. quæ ſuprà dicta ſunt.

Ex *Regno Animali* habentur Sudorifera, tàm poſitivè, quàm privativè talia; tàm *ſal volatile cornu cervi* poſitivè, quàm *cornu cervi uſtum* privativè, operantur. Sufficiunt ex hoc nobis *Cervus* & ejus *Cornua*, hinc *oſſa lucii piſcis*, item *Vipera*, aut harum loco *quilibet ſerpens* alius, dens quidam durior, ſive *ebur*, ſivè *Unicornu Marinum*, hinc ex oſtracodermis, ſive conchæ oblongæ ſive teſtæ oſtrearum, aut horum defectu domunculi cochlearum noſtratium. Ex his ſeligantur unum vel alterum, vel cum vel ſine matre perlarum, inter quæ nulla eſt differentia: His tandem adſocietur ſangvis hirci.

De

Lapide Bezoar,

tàm Orientali quàm Occidentali, nihil dico; cùm nihil valeant, & inter mille vix unus genuinus, ſed plerique adulterini vel artefacti ſint.

Præferri his poteſt

Calculus Humanus,

minimè pretioſus, & nihilominus optimè Sudoriferus, in morbis peſtilentialibus inſigniter proficuus.

Cervus

ergò, utut totus ſit alexipharmacus & diaphoreticus, noſtro tamen uſui inſervit præprimis cornu ejus, quod concretum medium eſt in animali & vegetabili regno: nam eſt reverà truncus è cervo creſcens. Maturum iſtud, quod vere, cùm cervus recentibus plantis veſcitur, deciduum ſeligatur; tunc enim cornua ſunt ponderoſiora, & ſpiritu ac ⊖e volatili ditiora deprehenduntur. Uſurpatur rarò crudum, ſed præparatum, vel ſub forma nativa, vel ſub igne. Præparatur ſub forma cruda, ramenta ſub torno ſubtiliter raſpando, & deciduum in mortario probe terendo, pulverem ſuggerunt ſubtiliſſimum, in pluribus caſibus, ubi acidi in primis viis abſorptione, & blandâ diaphoreſi opus eſt, ita præparatum non multum cedit ebori aut unicornu marino. Deinde præparatur cum vel ſine igne. Sine igne, ebulliendo cum aqua, aut etiam ſub deſtillatione ▽rum, ſicque nonnihil mollius redditur; nam per ſubtractionem partis glutinoſæ exinde friabile evenit, quæ *Gelatina* tamen *nihil aliud eſt, quàm ros ille nutritivus, quo cum nutritur*: & utut ſic multum ⊖is volatilis & ∽ urinoſi detrahatur, tamen aliquid adhuc retinet; ſicque Philoſophicè calcinatum, potens eſt Sudoriferum, in quem finem in morbis malignis utplurimum uſurpatur, acida in primis viis, aliaque volatilia maligna, abſorbet & iisdem ſaturatur, quaratione refrigerare, & æſtum corporis ſiſtere dicitur. *Gelatina* ⊖e volatili & oleo turgida vi diaphoreticâ temperatâ in morbis acutis & febribus multi eſt uſus: præter vim analepticam ineſt etiam vis cujusvis acris temperativa, & inde natæ effervescentiæ ſedativa, doſi largiori, modò unciatim propinetur, tàm in benignis quàm malignis morbis, optimum eſt euporiſton, & in blanda diaphoreſi conſervat corpus. Paratur aliàs *Eſſentia* ex *Gelatina C. C.* cum *ſpiritu ſambuci* aut *baccarum juniperi*, impræguato cum ſ. q. ⊖is volatilis. Magiſteria nihil valent. Cum igne præparatur, & deſtillatione quidem ∽ urinoſus & ⊖ volatile cum oleo fœtido elicitur, quæ tanquam anima diaphoreſeos concreti iſtius, ac in febribus ac morbis acutis malignis pro ſcopo diaphoretico reliquis præferuntur, quod ſine inſigni corporis æſtuatione ſudores potentiſſime moveant, & puſtulas, maculas, variolas petechias, &c. expellant: Certe in incremento morborum malignorum nihil melius: nam in ſtatu fere fixioribus uti opus eſt: potentius eſt ♃ deſtillatum, ſed ſimul ardorem corporis & æſtus inſignes concitat: ſuper ☿ proprium rectificatum coloris aurei evadit; doſi guttular. x. xij in paſſionibus hyſtericis & colica convulſiva eſt optimum ſudoriferum: eſt enim oleum hoc ſal volatile concentratum; unde per additionem ⊖♀ facile in ⊖ *volatile* ≏ari poteſt. *Sale volatili hoc* ſi ∽ eſſentificatus, & cum *camphora* impræguatus, quam ſolvit, fit ∽ *diaphoreticus*, in morbis malignis admodum potens. Ex eodem etiam paratur c. ⊖*e volatili ſuccini acidulo*, cum quo etiam effervescit, *liquor cornu cervi ſuccinatus*, qui notus ſatis eſt. Caput mortuum remanens ad albedinem calcinatur, quod duplicem præſtat uſum:

1. Potentiſſime imbibit quælibet acida primarum viarum, & ſic per acidens ſeu privative ſudorem movet.
2. Nonnihil adſtringit, & in morbis acutis cum fluxibus alvi commodiſſime poteſt propinari.

De oſſe cordis cervi nugæ ſunt, & nihil aliud, quam tendines muſculoſi cordis vaſorum arterioſorum prope ſui exortum, qui progreſſu temporis abierunt in cartilaginem, quod quoque in tauris obſervatur. Ex corde cervi deſtillatur ∽ urinoſus volatilis, mediante quo paratur ℞ *coralliorum cum ſpiritu cordis cervi*: *Corallia* nempe *rubra contuſa* ſolvuntur cum *ſucco citri recenti*: ſolutio filtrata leniter inſpiſſatur, & extrahitur cum *ſpiritu cordis cervi, i.e. Matthioli*, & ▽ *cordiali Herculis Saxonia*: Extractioni addendo *Ambram*, & ulterius digerendo. Uſus eſt antiſcorbuticus ſingularis ac ſudoriferus. Quæ de priapo habent, nota ſunt, & tranſeant.

Poſt Cervum ſunt

Vipera,

& quivis etiam apud nos reperibiles ſerpentes, cùm inter has tam inſignis, adeoque eſſentialis differentia haud deprehendatur. Vipera vivipara quaſi dicta, cùm aliæ ſerpentum ſpecies ſint oviparæ, uſu diaphoretico, & ſiquid aliud ſimplex animale, vi alexipharmacâ decantata eſt; unde ſimul vi expulſivâ variolarum, morbillorum, purpuræ, ſcabiei ferinæ ſeu malignæ, &c. imprimis uſitata exiſtunt remedia ſerpentina. Jam verò, utut ſub △ examine ∽ ac ⊖ volatile cum oleo ſuggerant, adeoque ſimilia producta ac cornu cervi; nihilominus per ignem hæc corpora vi ſuâ ſpecificâ non leviter alterata, & plus minus caſtrata ſunt, ſicque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0401-9 DFG

sicque specialem præ aliis differentiam vix videntur habere. Sufficiat igitur pro usu diophoretico ♄ viperarum vel serpentum, & hinc earum Essentia.

Pulvis aliàs *Bezoardicum Animale* dictus, quò hic simplicior, eò melior est: Nempe simpliciter *serpens*, etiam sine capitis aut caudæ abscissione (ut ut quemvis hoc suo sensu abundare patiamur) exemptis solùm interraneis, in frustula discindatur, frusta in patella ampliore, blando ♏ calore, pro phlegmatis evaporatione exsiccentur, donec penitus exarefacta exactè pulverisari queant: Pulvis hic, pro meliori asservatione à corruptionis metu, ▽ *camphorato*, *myrrhato*, &c. crebriùs irroretur, vel etiam aliquot guttis *destillati caryophyllorum* impregnetur. Huic Pulveri varia pro scopo vario possunt addi, & sic pro cujusve lubitu *compositus* fieri, cum *floribus* ♃is, *camphora*, *myrrha*, *oleo destillato rutæ*, *succini*, *citri*, &c. quin etiam ♄ *cordium* & *epatum serpentum*, seorsim ex siccatorum, potest huic addi, quo remedium sic magis perfectum evadat; utut aliàs ♄ epatum egregium sit specificum in dysenteria maligna, quo scopo nunc eum coralliis, unicorum fossili, laudano opiato, &c. ex tempore commisceri potest. Dosis pulveris simplicis ʒß ad ʒj, utut levior sit, & consequenter quantitas ejus sit insignior; tamen si aliquid proficuum inde sperare volumus, necesse est, ut in tanta dosi ei propinetur.

Essentia, præter eam, quæ fit cum spiritu vini, proprio ⊖e volatili acuato, in usu est ea, quam ita paravit *Dn. D. Michaelis.*

Recepit ∽ ⊕is, quem viperis incisis affudit, & debitâ digestione solvit; integrum enim corpus, paucissimis exuviis relictis, ferè solvitur: Menstruum abstrahitur, & sub antiquo ferè acido sapore separatur (omnem ejus aciditatem iterum redire, dubito) Magma relictum c. ▽ theriacali extrahitur, & inspissatur in Essentiam Viperarum.

Præter dicta, multa hinc inde de *Coronis serpentinis* circumferuntur, dum maxima fit fabula de nihilo: Nam ista subjecta sunt vel dentes molares porcorum ablactatorum, aut pullorum equinorum (nam hi ex suis alveolis exempti, & paululum mundati secretissimè venduntur pro coronis à circumforaneis) vel chelæ squillæ marinæ, quæ ab alia parte sunt dentatæ, & quovis ebore nitidiores, etiam pro coronis venduntur. Sed quod *serpentes pileatus* attinet, longè alia est eorum ratio, de quibus vulgò lapides circumferuntur: Vid. *KIRCHERI Regnum naturæ Magneticum*; sunt enim artificiale quid hi.

Lucius

& speciatim quælibet capitis lucii piscis ossa, non præcisè maxillæ (utut maxillæ usitatiores sint) & quælibet ejus Præparata, sunt remedia egregiè diaphoretica, vim habent singularem absorbendi & temperandi Acida vitiosa, & hujus medio sudorem ciendi, ac ejus excretionem promovendi. Nempe sicut corallia & cancrina absorbendo Acidum primarum viarum, fiunt concretum ⊖sum diureticum; sic hæ partes absorbendo pariter illud Acidum, fiunt diaphoreticæ. Sunt autem iustructa ⊖e volatili satis temperato, non adeò oleoso, ac terrestrium ⊖ia volatilia; unde in specie in pleuritide & similibus erysipelaceis conjunctis affectibus, vi temperandi Acidum specificum, & vi sudoriferâ, usitatissima sunt: item ex iisdem causis in fluore mulierum albo, item gonorrhæa virorum benigna, conveniunt, cùm simul ☉m quoque non nihil promoveant, & sic utroque modo conducant.

Iuxta hæc sunt

Concha

quædam selectæ, ex ingenti Ostracodermorum exercitu vel elegantiores oblongæ, vel margaritiferæ. Hæ præ aliis sunt usitatæ, ut ut sub harum defectu etiam cochlearum nostrarum majorum domunculi, præsertim eorum opercula, commodè possint substitui. Nempe omnia hæc pro natura marinorum invertunt & absorbent Acida primarum viarum, & hinc in saporem ⊖sum, nunc diaphoreticum nunc diureticum, abeunt. Item calcinata hæc ipsa relinquunt ♈ instar ♆æ potenter inversivum, absorptivum, & hinc febrium intermittentium per sudorem curativum: notum hoc est ex *Strobelbergeri specifico*, quod fit ex *conchis margaritiferis calcinatis*, & *simili remedio Crollii*, ex *testis concharum oblongis calcinatis.* Loco hujus substitui possunt *Ostrearum*, imò etiam *cochlearum testæ*, cùm hæ *vel crudæ vel calcinatæ* ejusdem sint materiæ: & sicut potentissima sunt diaphoretica privativè, ita in spiritu ⊖is solutæ suggerunt liquorem seu solutionem ⊖sissimam, quâ inspissatâ, & per deliquium solutâ, fit liquor oleosus sic dictus, efficienter diureticus.

His accenseo ex

Hirco sangvinem,

ex eodem vivo quovis modo collectum; non enim necessarium, ut juxta modum Helmontii præcisè cornubus suspendatur. Sangvis autem hic hircinus probè exsiccatus est remedium fortiter diaphoreticum, & hinc secundariò etiam diureticum: præ aliis animalium sangvinibus Acidorum volatilium est destructivus, hinc sangvinis grumosi dissolutivus, & in pleuritide ac similibus, diaphoreticus existit; secundariò etiam in affectibus urinariis: dosi ʒß ad ʒj, nunc in ▽ quadam appropriata, v. g. florum acaciæ, &c. nunc in vehiculo aceti non destillati, sic probè tecto ægro fortiter sudorem prolicit.

Succedit

Dens quidam durior, vel *Elephantis* vel *Unicornu Marini*;

quæ duo loco cornu rhinocerotis, dentis Hippopotami, & similium congenerum, sufficiant abunde: & quidam dentes hi propter duriorem sui compagem hanc habent prærogativam, ut in acrioribus Acidis concentrandis magis potentiora & proficua sint, quàm remedia ex cornu cervi. De cœtero paria sunt eorum producta, quæ cornu cervi; compescunt tamen potentiùs Acida austeriora & potentiora, imbibunt ea, phlogoses corporis, & quasvis hinc natas effervescentias, supprimunt; hinc ebur sine igne ad compescenda Acida; item ad mala & symptomata ex nimia iracundia nata, laudari solet; siquidem ira ab efferato spirituum motu, & inde nata sangvinis ebullitione, oritur: item in fluore albo, nec non ad præcavendum abortum mulierum, frequenter usurpatur. Producta per ignem in totum conspirant cum cornu cervi, ut ita iis non habeamus opus.

Unicornu Marini

par est ratio, cùm & ipsum sit ex dentium genere, unde rectè Rhinoceros Marinum seu Glaciale ab *eruditissimo VELSCHIO* dicitur. Speciatim optimum est in Acidis istis absorbendis, ex quibus oriuntur epilepsiæ infantum, & erysipelata Adultorum, absorbendo ista, & per diaphoresin ventilando massam sangvineam. Unicornu hujus præparati dosis est ℈j ad ʒß.

Quoad *Regnum Minerale*, illud suggerit ferè privativè tantùm dicta diaphoretica, eaque si ex ♃ibus mineralibus præparata fuerint, simul ferè anodyna.

Prima-

Primatum ducit ♂, quod suppetit diaphoretica, tàm ex parte sui ♃ea, quàm Mercuriali parata; & omnia Martialia & ♂alia per ☉ fixata, quæ sunt potentissima & tutissima. Fxatio hæc habet aliquid singulare: nam ♃ nitri adhæret antimonio, & simul cum eo figitur, qualia sunt omnia ♂alia diaphoretica. Hinc est ♃, quod & ipsum diaphoreticum est: tunc unicornu fossile, ♆ sigillata, & ☿ ritè fixatus: (rara quidem avis, utut plus in recessu habeat) Denique hermaphroditicæ quasi substantiæ ⊖☽, quod ratione partis volatilis, ex Regno animali haustæ, summum & potens est diaphoreticum.

Antimonium

igitur suggerit ea, tàm ex parte ♃ea, quàm Mercuriali seu regulina. Quoad illam, eminet

Cinnabaris Antimonii

ritè parata, quæ vi diaphoreticâ anodyna, in malignis alexi pharmacâ & in affectibus generis nervosi antiepilepticâ & egregiè anodynâ, nobilis est. Dico autem ritè parata; ut neque ex parte sui ♃eâ nimis igne alteretur & comburatur, neque ex parte Mercuriali hujus nimiam jacturam patiatur. Utrumque potest præcaveri, si in rectificatione mox fortiori igne urgeatur & ♎etur; sic ambo unà juncta adscendunt, & nec comburitur ♃, nec Mercurialis pars auffugit. In specie autem sociata ♃ cum salibus volatilibus, remedium est egregium in morbis malignis, systema nervosum simul affligentibus.

Deinde est ratione partis ♃ea *ex Antimonio*

Pulvis Epilepticus

quorundam anodynus, reverà somniferum, ex scoriis reguli Antimonii ultimo artificiosè ♆atus. (nam priora ♆ata sunt emetico-catharctica) Hujus usu repetito observavi, quod primâ vice ordinariè faciat vomitus, post aliquot horas, cessante vomitu & vi emeticâ, somnum inferat, quo tamen ægri frigido sudore ferè diffluunt: Remedium est polychrestum in multis casibus, propter vim diaphoreticam & anodynam. Dosis in Adultis gr. ijl. iij, in infante respectu virium, v. g. unius anni gr. jß ad ij pro duabus dosibus; interea quoq; gr. j pro duabus dosibus sufficit.

Mercurialia ♂alia diaphoretica famosiora sunt duplicia, vel in forma sicca, vel in forma humida. In forma sicca est

Antimonium diaphoreticum,

cujus præparatio nota est; & Bezoardicum Minerale. Præcæteris autem elegans est ♂ diaphoreticum Martiale, ad imitationem *LUDOVICI*, quam describit in *Pharmac. sua* satis clarè, saltem quoad quasdam encheirises notatas. Moneo igitur in genere, quod non sit inter duo hæc aliqua essentialis differentia, saltem sunt concreta ⊖so-alcalina, seu quæ ratione substantiæ Mercurialis antimonii, ab Acido nitri fixatæ; ita tamen, ut Acidum istud maximam partem denuò sit separatum, ut evadat concretum, acidorum malignorum acrium absorptivum, & cùm sulphuris Acidum eidem decesserit, eò spoliatum, cum Acido maligno intra corpus saturatur, undè privativè est Sudoriferum. Pro Antimonio hoc diaphoretico recipiatur *Regulus* in specie *Martialis* (nam nihil quidem de Marte participat, sed purior saltem Antimonii pars est) & post factam c. 3plo ☉i detonationem in ▽ *ferventi* crebrius ebulliat, & edulcoretur ita, ut, quicquid potest fieri, de contagio nitroso segregetur: ita 6 vicibus in ▽ *ferventi*, semper *recenti* per ebullitionem fortem edulcoratus ♂ (nam omni contagio eum spoliare impossibile est) digeratur c. ▽ ☾*isato*, & semper sic deflagretur, sic nunquam alterabilis, vix vim emeticam induit, sed svave diaphoreticum existit.

Par ratio in forma sicca est

Bezoardici Mineralis,

sive simplicis, sive compositi. Hoc ritè calcinatum, post prægressam ternam ∽ nitri, semper recentis, abstractionem, tandem denuò separetur nitrosum Acidum; quod patet, si non amplius fumet intesta: post cum spiritu vini digestum & deflagratum, evadit diaphoreticum egregium. Hanc tamen habet prærogativam præ antimonio diaphoretico, quod Bezoardicum hoc Minerale de ♃e nitri simul fixato (uti aliqui suspicantur) etiam aliquid participet, quod tamen in medio relinquo.

In forma humida sunt

Tincturæ Antimonii,

quarum magnus est luxus; res tamen eodem recedit; vel etiam sæpe per plures ambages remedium non adeò nobile obtinetur. Nobis duo sufficiant; altera quæ participiat de ♃e ejus externo, altera quæ de interno. Prima est *WILLISII Pharmac. Ration. P.* 1.

Rec. ♂ij p. j.
⊖☾i p. jß l. ij.

Mista invicem fundantur; quò diutius, eò melius, & c. ▽ *rite rectificato*, calide infusis pulverisatis, extrahatur ℞, ▽ nimio ad debitam consistentiam *abstracto*: Habetur sic ℞elegans, utut de ♃e externo tantum participet.

Præstantior est altera ob ♃ internum, plus minus fixum, præparanda ex vitro antimonii per affusionem aceti destillati vel spiritus ⊕. Paradigma & exemplum omnium optimum suggerit *KERKRINGIUS in Commentar. ad Basil. Valentini Triumphal. Antimonii*, qui accuratus, prolixus, & fidelis satis est. Vi sudorifera, & imprimis sangvinis purificativa, notæ sunt hæ ℞.

Sequitur *Stannum*,

Subjectum summe ♃eum: suggerit diaphoretica, tàm in via sicca, quam humida. In via sicca est

Antihecticum Poterii,

seu ♂ *diaphoreticum Joviale*, circa quod observetur proportio ingredientium; scilicet

Rec. ♃*is select.* p. v.
Reg. ♂*ij* p. jv.

Fundantur in Regulum compositum ♃ialem, qui c. triplo ☉i detonatus, subinde misturam agitando c. *bacillo è ligno durriore*, hisce procedatur encheirisibus, ut de ♂io diaphoretico vulgò dictum: sic habetur ♂ candidus, (non cœruleus, qui de ♃e deflagrabili adhuc participat, & vomitorius plus minus est) interdum flavus, si diutius in igne fuerit.

Cum Antimonii diaphoretico in morbis malignis coincidit; in chronicis verò præferendus eidem est: mistum cum resinæ gvajaci, optimum est in sangvine purificando per sudorem.

In humida via cum *Mercurio sublimato* & *Jove* modo consveto destillatur Butyrum, quod, utut possit per se ♆ari in pulverem candidum nonnihil diaphoreticum; potius tamen procedatur, sicut in Bezoardico Minerali cum *spiritu nitri*, fitque hinc *Bezoardicum Joviale*.

Hisce societur

Diaphoreticum ex Bismutho,

non adeò cognitum. Concretum hoc est singulare, scilicet non metallum, metallo tamen cognatum, perquam ♃eum. Solvitur in *spiritu nitri rectificato*; mirum quanta ♃ei fumi copia, & quo cum æstu, exhalet: solutio ♆atur cum *aqua simplici*, cadit ♂ candidus, edulcorandus cum *aqua communi calida*.

Diaphoreticum hoc in morbis acutis cum nimio

æstu egregie alterativum, in infantibus Antepilepticum, in Adultis quoque aliquando Contracturarum Curativum observatur: Vid. Scriptum Germanicum; *Tæda Chymica Trifida*, ubi *plura de Bismutho.*

Reliqua coincidunt.

Terra sigillata
&
Unicornu fossile

(quod margæ quædam species est) sint instar omnium: privative sunt Sudorifera. Acida primarum viarum absorbendo & invertendo, cum quo ipso coëunt, & saporem aluminosum plus minus adstrictorium acquirunt

Unicornu fossile quasi magneticum est Acidi istius, ex quo Variolæ & Morbilli oriuntur; in quibus unum est ex optimis specificis, præsertim quando variolæ convulsiones & epilepsiam minantur.

Mercurius fixatus diaphoreticus,

quo *PARACELSUS* tanta miracula præstitit, & de cujus possessione *HELMONTIUS* gloriatur. Ad hunc nondum patet accessus, nisi possessoribus liquoris Alcahest: hujus autem loco ℞ vitrioli probe rectificatum jus habet præ aliis Acidis singulare in Mercurium: ut ut enim eum figere perfecte non possit, tamen vim singularem præ aliis Mineralium Acidis in illum exserit. ejus volatilitatem multum coërcet, si post factam solutionem & abstractionem tandem fortissimo, quantum fieri potest, igne, quicquid de oleo vitrioli supersit, exhalet. Mercurius hic fixatus assumptus nunquam salivatorius est, nisi per Acidens, in lue Venerea egregius. *Cnöffelii* ☿ *fixatus* paratus fuit ex *Mercurio*, cum *oleo vitrioli* sumptuose parato, fixato, quo feliciter usus est in sua Praxi.

Si ergo præscribendum sit Sudoriferum, sufficienter sudorem movebitis sequentibus Formulis, & quidem ex Sudoriferis volatilibus.

Rec. △ *card. bened.* ℥jß.
∽ ⊖ *ϰci* ʒj,
vel loco hujus ⊖*is vol. ex* ⊖ *ϰco* ℈j.
℞ *destillat. caryoph.* gtt. j. ad ij.
syr. fœnic. l. cort. aurant. ℥ß.
M. pro Haustu, d. s.

Rec. ▽ *scorzon.* ℥j,
cinnam. ℥ß.
∽ *theriac. camph.* ʒß.
⊖*is vol. C. C.* gr. xij.
succini gr. vj.
syr. de succo scord. ℥ß.
M. f. Potio. S. ut suprà.

Schweiß-Tränckelein

Rec. ⊖ *vol.* ⊖ *ϰci* gr. xv.
camph. gr. ij.
M. d. s.

Schweiß-Saltz auff einmahl.

Ex Sudoriferis fixis:

Rec. ♁ *ij diaphor.*
C. C. s. △*e*
⊖*is card. bened.* à gr. xij.
M. f. Pulvis, in vehiculo calido jejuno stomacho assumendus, d. s.

Schweiß-Pulver auff einmahl.

Rec. ♁ *ij diaphor.* ℈j.ß
⊖*is card. bened.* ℈ß.
laud. op. gr. j. l. ij.
M. f. Pulvis, S. ut suprà.

Rec. *C. C. s.* △*e* gr. xv.
Cinn. ♁ *ij* ℈ß.
Bezoard. ⊙*ar.* gr. jv.
M. S. ut suprà.

Rec. *C. C. s.* △*e*
⊖*is* ♁*iat.* à gr. xv. M.

Hæ Formulæ sunt pro dosi unica, & quidem robustis ægris præscriptæ

In forma Boli:

Rec. *Rob. samb.* aut *junip.* ʒj.
C. C. s. △*e* ℈j.
♁*ij diaph.* ℈ß.
c. s. q. *syr. rubi idæi* f. Bolus, S.

Schweiß-treibender Bolus.

Sudorifera, mista ex Fixis & Volatilibus:

Rec. ▽ *scabios.*
flor. samb.
ulmar. à ℥j.
cordial. Herc. Sax. ʒvj.
∽ *theriacal. camph.* ʒiij.
♁*i diaphor.* ʒß.
C. C. s. △*e* ℈j.
⊖ *vol. C. C.* ℈ß.
camph. gr. iij.
syr. scord. ℥j. l. ℥jß.
M. d. s.

Schweiß-Tranck wohl umrütteln auff 4. mahl.

Rec. △ *flor. samb.* ℥j.
Ther. Androm. l. loco hujus *El. diascord. Frac.* ℥j.
⊖*is vol. viper.* gr. vj.
camph. gr. j.
syr. rubi idæi ʒß.
M. d. s.

Schweiß-Tränckelein auff einmahl.

Rec. ℞ *Bezoard.* ℥j.
d. s.

Schweiß-Tinctur auff 2 mahl.

In robusto verò corpore & casu periculo pro una dosi ℥j sufficit.

ARTICULUS V.
DE
SALVATIONE UNIVERSALI.

AD Universales Evacuationes massæ sangvineæ, ac totum corpus purificantes, pertinet etiam Salivatio, quâ, per copiosam salivæ ex ore excretionem aliquot dierum continuam, etiam causæ materiales morborum, aut producta eorum morbosa, evacuari solent: idquè tam universaliter, quando copiosorum succorum sub forma salivæ ex toto corpore per hanc viam instituitur Evacuatio, in salivatione seu ptyalismo universali; vel particulariter, quando saltem ex ore & locis vicinis per salivam fit Evacuatio per Apophlegmatismum dictum. Hoc loco igitur de ea, quatenus est Universalis.

Huic autem Evacuationi natura minus est consueta: nam in naturæ cursu salivatio ordinariò non observabilis est, sed potius salivam cum alimentis, aut aliàs deglutimus; hinc rarum est, quod natura in statu præternaturali per salivationem moveat excretionem criticam: refert tamen *ROLFINCCIUS in Methodo Spec. l. 3. Sect. 2. cap. 41. p. 253. & l. 6. Sect. 3. c. 1. p. 590.* se aliquando salivationem criticam observasse; cui casui non dissimilis est Observatio *SCHNEIDERI l. de Catarrhis*, ubi in febribus petechialibus substatu copiosa sæpe solet viscidorum per salivationem rejectio cum euphoria ægri supervenire; item *BLEGNI in Rod. GALLICI Anno 1. Mens. Octobr. Observat. 7.* qui criticam vertiginis solutionem per Salivationem observavit. Alias rarum, quod per naturam salivatio excitetur. Interdum tamen ars corrigere naturam præsumens instituit ejusmodi Evacuationem, quæ fit in specie per Mercurialia.

Hac medicandi ratio, mediante variâ ♁ij usurpatione

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0404-6 DFG

tione instituenda, casu primitus, uti plurima alia medicamenta, *inventa fuit* à Chirurgis; quæ tamen nunc ex instituto administratur in cura luis Venereæ inveteratæ & contumacioris, aliisq; chronicis morbis. Namque non cedit sudoriferis lignorumque decoctis, aliisquè appropriatis remediis, ea tandem per salivationem Mercurialem radicitus curatur: conf. *WEDELIUS de Medicam. Facultat. l.2. Sect. 2. cap. 12. SCHNEIDERUS de Catarrhis l. 3. c. 11. p. 438. TIMEUS l. 7. Cas. 3, & SYLVIUS Praxeos Append. Tractatu 35. 323.*

Ex Arabibus nempe, qui præsertim in Re Pharmaceutica fuerunt studiosi, didicêre Veteres, ad ulcera inveterata, & imprimis contumaciora maligna ad gangrænam declinantia, commendatum fuisse Mercurium; hinc cum præ omnibus aliis Ulcera Gallica sint dysepulotica seu difficulter curabilia, adhibuêre Mercurium cum emplastris & ungventis; unde ex accidente & casu copiosa subsecuta est salivatio, & per hanc tàm ulcerum, quam ipsius primarii aliorumque morborum, Curatio: observato eo casu, satis licet dubio, luem Veneream deliberato consilio per ptyalismum curare ceperunt. Primus autem, qui luis Venereæ curandi methodum per salivationem instituit, fuit *JOHANNES CARPUS, Italus Medicus Bononiensis*, qui hâc viâ multa millia sentatorum lucratus fuit. In lue ergò Venerea tentata cura salivatoria, simul etiam postmodum aliis affectibus chronicis & pertinacioribus, cum lue Venerea conjunctis, proficua observata fuit; & cùm putarent, quod sub salivæ forma excernerent materiam ulcerum, hanc studiò & consultò ad alios morbos chronicos & contumaciores, corpus adhuc robustum affligentes, quorum causa morbifica in Acido vitioso, imprimis in materia viscidiore videbatur abscondita, applicarunt. Hâc ratione Epilepticus per 50. annos lue Venereâ infectus, mediante salivatione ab utroque malo curatus fuit; non secus ac Arthritis contumax evanuit, postquam æger lue Venereâ inquinatus salivationem Mercurialem passus fuerit: conf. *WEDELIUS de Medicam. Facultat. l. 2. Sect. 2. c. 12.* sic alius hernia aquosâ affectus superveniente lue Venereâ per salivationem Mercurialem ab utroque malo fuit restitutus.

Lues ergò Venerea per Mercurialia optimè curatur; item ulcera Venerea, quæ non possunt sopiri, nisi adhibeantur Mercurialia; in Mercurio enim latet genuinum Alexipharmacum Veneni Venerei. Hinc plures Medici in morbis contumacibus, scabie virulenta, seu maligna, hemicrania contumaciori, in ulceribus crurum manantibus cacoëtheis, in affectibus cutaneis gravioribus, corpulentia nimia, vid. *Act. HAFFNIENS. Volum. 1. Observ. 74.* in catarrhalibus diuturnioribus aut sæpius recurrentibus, in Asthmate humoroso, item Plica Polonica: vid. *HERCULES SAXONIA de Plica Polon. cap. 57.* aliisque pluribus, salivationem Mercurialem proficuum observarunt: quin & Modernorum nonnulli Paralyticos confirmatos, imprimis ex apoplexia factos, Curam salivatoriam instituerunt, & sæpè feliciter absolverunt. Adeoque in genere Salivatio Mercurialis non quidem in morbis acutis, in quibus simpliciter nullius usus est, sed potiùs in quibusdam contumacioribus affectibus chronicis, aliis modis non curabilibus, à fermento acido plus minus corrosivo, in subjecto seu vehiculo plus minus viscido, glutinoso, &c. hærente, oriundis, solidas præsertim partes & massam sangvineam nimis affligentibus, fermentum acidum saturando, & sub forma liquaminis salivalis evacuando, vel viscida fortius dissolvendo & evacuando, usum suum obtinebit.

Nempe ☿ hic imbibit fortissime Acida, & spiculis suis penetrat in imos partium poros, attenuat viscidissima etiam contenta; unde, præter Asthma humorosum, ad Quartanas diuturnas & similes affectus Curatio salivatoria à quibusdam Medicis fuit instituta: vid. *WILLISIUS de Febribus c. 6, & de Anima Brutorum*; item ad Maniam graviorem, vid. *ROLFINCCII Method. cap. 15, & Consultat. l. 2. Consil. 8.*

Medium, quod salivationem hanc præstat, simpliciter est ☿ nam utut observatum sit, quod etiam sola pingvedo suilla diu subacta in mortario plumbeo, donec griseum acquirat colorem instar Linimenti Mercurialis, infantibus in plantis pedum illita salivationem excitarit aliquando: sicut etiam ♁ diaphoreticum seu cerussa antimonii, parata ex regulo antimonii, crebiori usu etiam aliqualem salivationem induxerit; in adultis tamen solus hanc movet ☿, quem adhibendi, modus duplex est; internus & externus. *Externus* per Ungventa, suffitus & emplastra, cingula sapientiæ dicta, &c. *Internè* usurpatur apparenter motificatus, v. g. Mercurius ≏atus dulcis, vel Mercurius præcipitatus ruber quicunque, speciatim cum spiritu nitri, aliàs Arcanum corallinum dictus; vel cùm spiritu △is aut vitrioli præparatus, Turbith Minerale dictus. *Mercurius dulcis* quidem solitarie propinatur repetito usu, simul aliquando laxat, & tandem etiam salivationem infert; quod evenit nobis sæpiùs, cùm frequenter eo in Praxi soleamus uti, ut ægris superveniat salivatio, si qua data occasione non debitè præcessit Purgatio, idquè ordinariò tertio vel quarto die, & sic coërcitus in corpore subsistens salivationem movet; in quem finem datur ad minimum duabus vel tribus diebus continuando, primâ die ℈j, secundâ die ʒß, tertiâ ʒj in vitello ovi dissolutus; sic enim quartâ vel quintâ die, sequitur salivatio. Aliquando curavi mulierem, ex gravissima & desperatissima alvi obstructione decumbentem, ita ut jam morbus iliacus immineret; propinavi hinc sensim Mercurium vivum ad aliquot Uncias usque ad ℥ij, quæ cum nihil operaretur, sed detineretur, supervenit tandem sequentibus diebus salivatio: evacuare pro in Mercurium per balnea & clysteres lacteos habebam necesse; eo quidem cum successu, ut sic de nocte demum erumperet ex improviso, lectumquè petens, cum ægræ salute alvum aperiret. Ex quibus omnino Mercurium in corpore retentum salivam ciere patet.

Arcanum Corallinum Hartmanni

paratur per ternam ∽ nitri abstractionem, remanet sic ≏atus elegans rutilans cinnabarinus, qui datur cum theriaca, vel succo glycyrrhizæ in forma pilularum ad gr. ij vel iij: primùm nauseam, interdum vomitus movet; alterâ vice seu sequente die gr. jv, hinc tertio v, & sic, donec omnes doses simul 15 vel 19 grana compleverint, biß 15. oder 19. granen eingenommen / tunc desinamus; sequitur enim salipatio: rarò plus requiritur.

Turbith Minerale Crollii

cum △is vel vitrioli spiritu eodem modo paratur. In forma pilulari cum Theriaca datur; primo die gr. j. ij l. iij, post ad jv, sicut suptà: sicquè quotidie continuando, donec 5. doses assumptæ, & salivationis futuræ indicia superveniant.

Externè modus optimus & usitatissimus est sub forma Ungventi, parati ex Mercurio vivo cum

duplo vel triplo pingvedinis suillæ in mortario lapideo cum pistillo ligneo probè agitando, ut in Ungventum griseum transeat. Adduntur interdum & alia, ut ♃ laurinum, terebinthinæ, vel aliud appropriatum corpus; vel

Rec. *Axung. porcin.* ℥jv.
terebinth.
℞*ij vivi* à ℥ij.
styrac. liquid. parum.
M. sub forma Litus.

Tali ungvento plantæ pedum, tali & genua, carpi & cubiti, ita ut singula vice tantum Ungventi recipiatur, quantum illud habet ℞ij ℥ß vel ad ℥j in robustioribus: in graviori malo & pertinaciori affectu, ubi nempe difficilius succedit salivatio, pro fluxu promovendo etiam ipsa spina dorsi à nucha ad os sacrum inungitur mane & vesperi omni die in loco calido, continuatur tam diu, donec gingivæ & labia intumescere, parotides dolere, lingva inflammari, & ita salivatio prodire incipiat: Omnium tutissimus modus est, si plantæ pedum inungantur; sequitur enim salivatio copiosa. Post litum, præsertim in corporibus nostris crassioribus (quod apud Italos & Gallos propter laxiorem cutim non opus est) æger aliquandiu in lecto decumbat, ut per poros apertos eò faciliùs se insinuet ☿.

Alter Modus externus per suffitum instituitur mediantibus trochiscis seu candelis cum debitis resinis, benzoë, styrace, terebinthina & similibus paratis, & cum cinnabari vulgari probè peractis; incensis, vel carbonibus ignitis injectis, æger conopæo, einem Häußgen inclusus, ut saltem caput prominеat, suffitur. Cinnabaris enim, dum constat ex Mercurio vivo, hic per ignem in fumum resolutus subintrat ægri corpus, omnesque partium poros penetrat, & ita aliquoties repetitus tandem fortiter salivam movet. Sed hic modus, pessimus omnium, jam in desuetudinem ferè abiit; quia △vi ☿ magis volatilis & penetrans factus intima corporis penetrat, & adeò profundè se insinuat, ut præter periculosissima, quæ subinde excitat, symptomata vix ullâ arte iterum revocari queat.

Denique in usu est

Cingulum Sapientiæ

dictum *Rulandi*. Est pannus laneus Mercurio vivo, cum porcina pingvedine subacto probè, imprægnatus, insuitur linteo quod cuti nudæ circa hypochondria applicatur. Cingulum tamen hoc usurpatur præsertim in malis levioribus, scabie, phthiriasi, ulceribus, &c. ubi non præcisè opus est salivatione; utut & hoc interdum salivationem excitet: id quod observavit *PAULI in Quadripart. Botan. pag.* 75. quam tamen rarò movet, nisi diutiùs gestetur, & fortiter nimis Mercurio imprægnetur. Observanda cautela, ut corpus semper calidum sit, & præservetur à frigore ☵is externi, aliàs Cingulum per se tutissimum fit periculosissimum. A tali modo tractato Mercurio succedit fluxus salivæ copiosæ primò tenuis, secundò mucilaginosæ, denique viscidioris & fœtidæ.

Optimus igitur modus est Inunctio externa per Mercurium purificatum, quæ optimè procedit, & non tam funestis comitata est symptomatibus. Itali fumum usurpant ut plurimum, Galli Ungvento utuntur, Germani per os sumunt Mercurium ☿atum. Salivatio per suffitum ad epilepsiam disponit, per Mercurium vivum mirè prosternitur stomachus, ut longo tempore stomachus illatam noxam vix sustinere possit.

Signa salivationis imminentis sunt, dum incipiunt labia & gingivæ tumere, parotides dolere, lingva inflammari halitus graveolentes & fœtidi exspirari, dentes nonnihil mobiliores fieri, können sie alle herauß nehmen / si volunt, hinc interdum facies ipsa tumida reddi, & saliva magis magisque effluit: Unde his indiciis præsentibus, cessandum ab usu ℞ij, tàm interno quàm externo. Supervenit his interdum in principio salivationis, loco talis fluxus alvi torminosus, quo viscida punctis sangvineis aspersa sæpè ejiciuntur; affinitas enim est inter pancreas & glandulas oris; hinc eadem materia per glandulas oris per salivam, & per glandulas pancreatis per alvum, excernitur. Nam ut ut internè propinatus ☿ ordinariò nauseam, aliquot vomitus aut secessus, & tormina in principio excitet, altero tamen vel tertio die hæc sponte cessant.

Tempus Salivationis, quamdiu scilicet hæc continuanda sit, mensurandum est secundùm vires ægri, intentionem Medici, atque rationem morbi ipsius. Communiter in lue Venerea apud nos continuatur per 8. 10 aut 14. dies; Galli è contrà plerumque ad 20 dies fluere permittunt: tempus tamen adeò certum aut determinatum non est; nonnunquam enim citiùs, nonnunquam tardiùs supervenit salivatio: tunc saltem *legitimum signum sufficientis salivationis est*, si tandem viscidior, tenacior & fœtidior mucus prodeat; talis enim non nisi in fine, cùm perfectè operata est salivatio, prodire solet: nam in principio tenuior lympha, deinceps spissior, in fine mucus viscidus, tenax, fœtidus, cum fortiori ejectatione ab ægris rejicitur.

Modus, quo fiat à Mercurio talis Salivatio? multum *intricatus est*. Pro hujus dubii satis adhuc intricati aliquali dilucidatione considerandum in Mercurio vivo

1. corpus Mercuriale, quod non inconvenienter dicitur repræsentare quasi aliquod Alcali metallicum, quatenus promptè à quibusvis Acidis arroditur, & cum iis in tertium ⊖sum coit. Planum id est ex Mercurio sublimato, tàm corrosivo quàm dulci: Uterque in se consideratus est concretum ⊖sum, quoniam ab Acido △eo ⊖is communis fit concretum acido-⊖sum cum Mercurio concurrente. Ratione hujus suæ substantiæ materialis ☿, △e suo externo acido non saturatus, vim habet in corpore quælibet fermenta peregrina acida, præsertim acriora fixiora (id est, quæ aliis remediis non sunt curabilia) absorbendi & imbibendi; unde ☿ Acidum specificum luis Venereæ summè corrosivum, Acidum scabiei ferine, Acidum fixum arthriticum, Acidum corrosivum ulcerum depascentium quartanæ item diuturnæ, &c. imbibere, corrigere, & enervare solet. Curiosum hinc est, si quis ex quacunque occasione vel causa habeat ulcera manantia crurum, loco puris laudabilis saniem acrem plorantia, quod ex usu ℞ij dulcis interno statim altero die alterationem percipiat, talia rubere, pus laudabile &, ut vocant, coctum fundere seu fluere, & loco doloris insigne levamen observare solent. Adeò propter concretum alcalinum quasi concentratum ista Acida promptè absorbet, ut rectè monet *SYLVIUS*, quod ☿ pro Cura salivali adhibendus, non nimis saturandus sit Acidis sub præparationibus Chymicis; sic enim minus intra corpus salivationis medio educere solet.

2. Præcæteris optima mihi videtur *TACCHENII* sententia de Mercurio *in Hippocr. Chymico*,

mico, qui viscera hujus servi fugitivi præ omnibus Chymicorum penetrare ausus fuit, adhærere huic ♃ liquido, ut ☿ probabiliter esse asseritur à *BECCHERO in Physica subterranea*, ♃ acidum adeò acre; quod tamen concretum alcalinum metallicum non sufficienter saturat, aliàs enim figeret. Adhærere autem Mercurio tale ♃ acre metallicum, & quod ab ipso vix, nisi suâ arte, separabile est (quem tamen Mercurium de Mercurio, Mercurium veste peregrinâ spoliatum, &c. vocant) idque externum esse, volatile & naturæ quasi ☌ calis, quod præcisè non de ejus est essentia, patet, quod ☿ per se aliquandiu igne leni digestus abeat in ☷atum pulverem rubicundum, ejusdem ferè naturæ cum illo, qui per spiritum nitri ☷atur, utut non adeò salivatorius existat. Nempe sicut ex ♃e communi & Mercurio prodit ♃, sic ex Acido ♃ eo acri in nitro seu ejus spiritu fit *Arcanum Corallinum Hartmanni*; & ex nitro & Mercurio ♃ando fit *Arcanum Corallinum Crollii*: in quibus Mercurius pondere non augetur, sed tantillum est, quod de Acido ♃is vel vitrioli ipsi se associat; & cujus occasione ♃ externum Mercurio adhærens quasi excitatur & extravertitur, ut ita exinde evadat ☿ intensè rubicundus. Ratione ♃is hujus acidi externi acris fit, ut ☿, quam diu resuscitabilis adhuc est, sit salivatorius, quatenus acrimoniâ suâ corrosivâ, utut occultâ, dum penetrat, has turbas inferat, intima corporis dissolvendo, penetrando, & colliquefaciendo quæ libet contenta corporis viscida, pituitosa, glutinosa, &c. simul dissolvit chylum sangvinis nutritivum, nec non nutrimentum partium nervearum, & quarumcunque partium solidarum gelatinosum mucilaginosum; cumquè hoc liquefacto ratione acoris, partibus nerveis inimici, simul vitiosa fermenta acida Venerea, aliaque, eaque hæc omnia sub forma salivæ foras educit, quatenus ita dissolutus, attenuatus & colliquefactus succus ita sua textura naturali est dispositus, ut sub larva copiosæ salivæ, speciatim per glandulas, earumque poros, ceu appropriata cribra, & speciatim maxillares, possit trajici. Conf. *SYLVIUS de Lue Vener. p. 349.*

Illustratur hæc opinio *TACHENII* probabilissima ex eo:

1. Quod constanter affirment Autores, quod ☿ Corporum, seu ex metallis factus, v. g. Mercurius ferri, antimonii, &c. sive sit separatus ex corporibus, sive de novo factus, non inferat salivationem: quia deficit dictum ♃ externum acre, quod alteri ex fodinis petito inest, ex cujus defectu non solet per se ☷ari, neque salivationem provocare.
2. Confirmatur hæc sententia, quod quo magis ♃ externum in Mercurio extravertitur, eò potentiorem salivationem infert. Ratione hujus ♃is gr. xv ☿ti (ad gr. ij aut iij pro una vice) fortiùs solent operare, quàm ℥j ☿*ij crudi* externè adhibiti: nam per ∼ affusos nitri vel vitrioli Mercurio, extravertitur ♃, & exaltatur additione Acidi externi.

Loca, per quæ fit salivæ Evacuatio, sunt primariò glandulæ oris, & istæ omnes, quæ ad liquorem salivalem aliquid conferunt, in specie parotides seu maxillares superiores, & hinc tonsillæ: unde est, quod imprimis lingva circa latera istis in locis, ubi vasa excretoria per orificia glandularum maxillarium superiorum in os hiant, soleat exulcerari ab acrimonia salivalis liquaminis, copiosius ibidem excreti: hinc tonsillæ tumescunt notabiliter sub salivatione, foramina earum patentissima & mucum copiosius eructantia observari, imò facile exulcerari solent. Præter vasa salivalia etiam quævis aliæ glandulæ tumentiores & magis rubicundæ liquorem ubertim excernere deprehenduntur. Ratio autem, quare ☿ in specie per salivam evacuari faciat, est

1. Materiæ liquefactæ talis textura & consistentia, ut per has glandulas, ac vix per alias, transcolari queat, sicut ipse Mercurius resolutus facilè respondet porulis stomaticis, quod facilè possit suscipi, & tales succi in os transcolari.
2. Quod liquor salivalis effluens à Mercurio singulari acrimoniâ sit infectus, ratione cujus istas partes irritando facit, ut eo magis contenta hæc moveantur, pro subjecti plus minus irritati constitutione. Non enim est, ut putemus, Mercurium esse vel amicum vel inimicum glandulis salivalibus: nam non præcisè per os sed interdum etiam per pancreas & glandulas intestinales sub forma muci solet educere & operari, atque tunc parcior salivæ fluxus observatur. Deinde, quod salivæ acrimonia multum contribuat, patet ex eo, quia, quando parcior fit salivatio, *pro stimulo solent usurpari* trochisci seu Rotulæ ex Mercurio dulci & Gummi tragacantho paratæ, qui globuli in ore sub lingva detenti orificia vasorum excretiora, & vicinas his glandulas irritando, uberiorem salivæ fluxum promoveant.

Quod si ritè hæc omnia considerentur, nempe modus, quo ☿ evacuat extra corpus copiosam salivam, & sub hujus tegmine fermentum corrosivum acre ægros vexans, manifestum est, quod hæc Cura salivatoria simul nonnihil sit deceptoria, quatenus ordinariò, quantum hoc ipso prosumus ægris, tantùm simul nocemus, utile unà collique faciendo, & extra corpus evacuando, prout quoque suprà dixi de Purgantibus; hincque Veteres dixerunt: nullum esse remedium egregium, quod non etiam simul noceat; utut nocumentum istud corrigibile, adeoque tolerabile existat.

Dico igitur, sub forma salivalis fluoris tam nocuum quàm innocuum evacuari: Nam falsum est, quod per hunc ☿ij usum & salivationem in lue Venerea simpliciter soli succi recrementosi, scilicet Viscidum ac Acre ejus corrosivum, eliminentur: potius si succi, qui per salivationem excernuntur, sunt succus chylosus nutritivus, & nutrimentum partium solidarum liquefactum, in nervis resolutum, & simul cum excrementis eliminatum; maxima tamen pars est succorum bonorum. Generat ergò tale liquamen in corpore ☿, quod sub salivæ forma emanat, utut cum eo vitiosa & partim naturalia recrementa simul evacuentur, & acida præternaturalia fermenta à Mercurio imbibita simul eliminentur.

Probo hoc, quia ex usu ☿ij tàm sani quàm ægri æqualiter vexantur, & in utrisque salivatio provocatur, & sic, ubi non invenit in utilia, utilia evacuat: hinc non rarum est, quod Chirurgi, dum ægros illiniunt, ipsi quoque salivare incipiant. Parisiis olim ipsemet curiosus eram, & ægrum apud hospitem meum, Chirurgum eximium, morantem de joco illinebam; sed nisi cautè abstinuissem, tandem salivationem ipse incautus incurrissem.

Afficit autem Mercurius in specie (1.) partes solidas, dum in his sub penetratione majores nectit moras, & sic acrimonia sua acri corrosiva magis eas afficit,

quam liquidas, & reliqua corporis contenta; unde partibus solidis magis inimicus existit, colliquando & absorbendo nutrimentum partium nervearum magis quàm sangvineas. Hinc etiam (2.) sub cura salivatoria debilitantur non leviter ægri, præsertim si paulò celerior & fortior supervenerit salivatio, & præterea etiam insigniter emaciantur, ut scheletis similes appareant, utut ritè curati eo pingviores deinde fiant: interdum tamen nunquam ferè amplius consvetum faciei colorem recuperant, nisi forsan in robustioribus hoc fiat, sed pallidi apparent; unde etiam hæc cura non, nisi aliis ferè irritis, aut ubi alia non suffectura est suspicio, instituenda est. Hinc, nisi rectè instituatur salivatio, fit interdum, ut non semper succedat Cura, quin interdum, si magis inveteratus fuerit morbus, duabus aut tribus vicibus instituatur salivatio, nec tamen cesset lues Venerea. Hinc (3.) quoniam ☿, uti dixi, ratione △is externi acidi corrosivi afficit imprimis partes solidas externas, non raro gravia emergunt symptomata, nisi ea maturè præcaveantur: e. g. interdum in partibus solidis relinquit vestigia sui per totum vitæ tempus vix corrigibilia. Nam verum est effatum Medicorum: Nil magis inimicum esse partibus nerveis, quàm frigus. Acidum & ☿i qui præsertim inimicissimus est partibus nerveis, unde tremores artuum, item pulmonibus, unde sæpè graves noxæ in pulmonibus relinquuntur; imò capitis nervis: unde *BONETT. in Phar. Medicorum* observavit, salivatione suppressâ lethalem secutam fuisse cephalalgiam: os item exulceratur, quæ ulcera sunt mali moris, & nisi gargarisando iisdem prospiciatur, facilè in gangrænam abeunt; imo interdum hæmorrhagia gravissima supervenire observatur; item sæpius dysenteria periculosa excitata legitur: ut taceam Mercurium, utut subtilissimus sit liquor metallicus, interdum diu in corpore delitescere, donec cornua sua exserat: sic observavit *SCHRADERUS* Viro, lue Venerea laboranti, ob dolores incrure ab Empirico emplastum applicatum, cui ☿ commixtus fuit, ut hic, cum eum post tres ⊕es accerseret, decocto sudorifero haustio largiter ceperit salivare; adeo diu intra corpus latuit ☿ (4.) Mercurius sæpe salivationem lethalem excitat, idque duplici modo: quando ea est vel nimia, & eam non debite moderetur Medicus; tunc enim viribus exhaustis concidit æger, vel quando nimis est concitata, ut tumefactis faucibus jugulati extingvantur.

Ergo, quoad *legitimum Regimen salivationis Mercurialis*, notetur (1.) ut *non adhibeatur in quovis morbo*, nisi aliis remediis jamjam frustra tentatis & irritis; unde non, nisi in malo graviori, tanquam ad ultimum refugium, ad salivationem Mercurialem demum confugiamus. Hinc (2.) *non instituatur, nisi in corporibus robustissimis & succulentis:* habenda etiam est ratio virium, qui ægri insigniter debilitantur & emaciantur, quare non in siccioribus, Cholericis, Melancholicis dictis, sed potius in Sangvineis & Phlegmaticis, tutius & longe facilius instituitur. (3.) *Melius procedit tempore* calido, adeoque verno & æstivo, non tamen adeo fervido, quam autumnali & hyemali, ubi succi non fluxiles; utut apud nos etiam tempore hyemali, propter fornacum usum, ♨em temperare possimus, modo æger intra se contineat. Ab ♨e enim libero, item à frigore, sibi caveant ægri, cum nihil magis salivantibus noceat, quam ♨ frigidus externe, & Acidum interne: frigus externe haustum supprimit salivationem; simulac quoque si Acidi quid capiat æger, mox sistitur fluxus salivæ, unde ægri facillime tumores faucium bethales incurrunt: sic observavi in subjecto fœminino salivante, quæ à degustato pomo citri ob virium debilitatem, statim, remittente salivatione, præcordiorum anxietatem, abdominis inflationem, &c. sensit. Intelligendum igitur est tempus commoditatis, non necessitatis. (4) *Observanda est constitutio ægri*; cum in quibusdam fortior & facilior, in quibusdam difficilior & parcior, succedat salivatio: v. g. Itali & Galli facillimè salivant propter texturam corporis raram & magis perspirabilem, cum humores illorum sint tenues & fluxiles, conspirante △ tenui, inde pori & meatus corporis patentiores. Curabat Parisiis Hospes meus militem nobilem; qui in obsidione Belgicæ Civitatis cujusdam Sclopeto in talo læsus erat, & vulnus periculosum acceperat, ut gangrænam minitaretur: Chirurgus, Hospes meus, ▽m illam *Phagadenicam* ex ▽ Ψa, *Mercurio dulci* & V̄ Chirurgis familiarem adhibebat; successivè quidem evanescebat Gangræna, salivatio tamen superveniebat ob paucissimum, qui admixtus erat, Mercurium. Adeò facilè salivant Galli, & multò magis Hispani; nos autem Germani, Batavi & Septentrionales difficiliùs ac tardiùs salivamus, propter glutinosiores succos à victu cerevisiæ crassiore, & clima ♨ espisso, frigidius: unde diutiùs & fortioribus remediis Mercurialibus sunt tractanda. De canibus quoque notabile est, quod sicut robustiores in omnibus actionibus vitalibus & animalibus sunt; ita etiam Mercurio illiti difficilius salivant. Observantur autem interdum ægri, qui nullo modo salivare possunt, sed superveniunt insignes anxietates præcordiorum, tumores hypochondriorum, &c. in talibus igitur maturè abstinendum. (5) *Habenda est ratio* simul *aliorum affectuum*, quibus æger est obnoxius; ne iidem Mercurii usu exasperentur. Qui igitur debilibus est pulmonibus, Curam hanc non patiatur, ne Phthisicus evadat. Ita quoque apud nos Germanos, in specie Saxones, aliosque Boreales locos, cautus sit usus hujus Salivationis Mercurialis propter frequentem scorbutum oris: uti enim hic ingingivis exulcerationem & putredinem plus minus gangrænosam inducit, ita in talibus cavendum, ne gingivæ cancrum concipiant; adeoque in scorbuto confirmato, quem ☿ & omnia Mercurialia pertinaciter exasperant, non nisi aliis omnibus irritis, & in Robustis & Vegetis, salivatio instituenda, ubi & negotium desperatum est, quia admodum molesta, periculosa, &, ut jam suprà explicatum, interdum deceptoria. Molesta est, ob inediam, quam patiuntur, propter dolores oris, propter tumores partium vicinarum, Sie nehmen einen Löffel in Mund per noctem; molestior est ipso morbo, quem curamus; periculosa est, ob metuenda gravissima symptomata lingvæ & oris, faucium, vacillationes dentium, gingivarum putredines, &c. metus est, ne nimio fluxu in tantum intumescant glandulæ, ut superveniat suffocatio, quod non rarum est, aut dysenteria, & alius fluxus alvi, aut ne circa os ulcera inferantur, circa fauces uvulam erodentia. (6) Antea *præmittenda sunt* in hac Cura imprimis *universalia purgantia per alvum*, quæ corpus undique permeabile & perspirabile reddunt, ac contenta imprimis tenuiora faciunt, præsertim sociato Mercurio dulci, ut disponatur sic corpus ad levandam faciliorem salivationem. Galli præmittunt quotidianum usum balnei △æ dulcis tepidi, quod non improbo cujus fotu ad 14 ♃ quotidie semel vel bis continuato emollitur corpus, magis attenuantur, & ad faciliorem motum disponuntur humores plus

minus

minus viscidi, simulquè aperiuntur pori corporis pro faciliori ☿ij penetratione; quorum loco nos præmittimus Decoctum lignorum sudoriferorum, ut horum usu fluidiores sub aliquali, eoquè moderato, sudore fiant humores, & rapidiori motu agitati fiant transpirabiles. (7.) *Sub* ipsa *salivatione utantur ægri dicta tenui*, quia non possunt masticare, ut jusculis, ovi sorbilibus, pultibus tenuioribus. Jam quò magis comedunt ægri, eò minus per salivationem curantur, quia chylus, quàm primum digestus, sub salivatione iterum prodit, sicque chylus nutritivus, non verò fermentum illud, sub forma salivæ ejicitur. Potus sit ▽, vel cerevisia tenuis, vel hujus loco Decoctum lignorum; non tamen nimis forte, sed secundarium seu Bochetum pro potu ordinario, sic tamen ne sudor sequatur, per salivationem impedit. (8.) *Post* sufficientem *salivationem* opera detur, ut, *si quid sordium remanserit*, à Mercurio corruptarum, aut aliquid ejus intra corpus hæserit, perfectè *eliminetur*, ne longò ab hinc tempore excitata de novo salivatio pessima artuum symptomata inferat; in quem finem imprimis purgetur denuò æger semel aut bis, & propinentur Decocta lignorum sudorifera cum antimonio pro aliquot vicibus, ad eliminandas sordes hinc inde forsan restitantes, uti & penitus extirpandum è corpore Mercurium, & æger tutò curetur: hinc etiam nocumenta relicta aut supervenientia, per Decoctum ligni gvajaci ordinariò ejici solent. (9.) *Salivatio* plus minus *deficiens excitatur* & stimulatur, partim per continuatum usum Mercurialium in pauca dosi, partim per trochiscorum supra dictorum in ore detentionem, quibus successivè liquefactis, fauces & os irritando, fluxum salivalem ita provocant. Qui tamen (10.) *excedens nimium*, compescendus, non penitus supprimendus, partim per Evacuationes, per alia loca institutas, partim per ☿ij extra corpus evocationem, partim per ea, quæ motum contentorum nonihil sistunt, & ita salivationem exacte sufflaminant: v. g. si nimia sit Salivatio, mox Chlysmatibus injectis & repetitis, aut purgantibus impediatur; quo enim magis movetur alvus, eò minus salivat æger: vel per sudoriferum Decoctum; quamdiu enim sudor fluit, tamdiu imminuitur salivatio (notabile est, quod ægri, qui cruciantur doloribus artuum, Mercurio inuncto & propinato eo, statim dolores amittant; salivatione autem cessante, aut per sudorem tantùm sufflaminatâ, redeunt dolores, & partes solidas denuò affligunt) vel vesicatorium in bracchio aut cruribus applicatur; nam & horum usu imminuitur salivatio, præsertim quando nimius tumor occupat fauces & collum, adeoque fere strangulationis & suffocationis periculum imminet. Hisce quoque socientur opiata interne exhibenda, quæ sufflaminando spirituum impetum, & ita contentorum motum localem ab iisdem dependentem, inhibendo etiam salivationem, sistunt. Hoc observatur itidem in ægris, qui nimium debilitantur, cessare interdum penitus salivationem; viribus verò redeuntibus, illam quoque redire: cessat enim sub virium defectu motus contentorum, tàm localis & progressivus, quam fermentativus & intestinus; hinc opiata quoque, simul irritationis sensum in faucibus lenientia, salivationem sufflaminare solent.

Quæ autem *Mercurium è corpore evocant*, & ita salivationem imminuunt, inter ea imprimis est ☉; hinc couniter dicitur, singularem sympathiam esse inter ☉ & Mercurium: In usu hinc sunt nummi aurei, quibus partim frictiones partium externarum instituunt, præsertim si ungventa fuerint adhibita; aut etiam tantum in ore detinent, cui se insinuat ☿ præsertim si præposterò ejus usu tractentur ulcera, unde ☉ albescit. Huic autem facies sua redit ad moto igne, sic ☉, avolante Mercurio, pallorem deponit & depuratur, atque denuò repetito sic usu adhiberi potest, & ita cessat salivatio. *ZACUTUS LUSITANUS in Praxi Admiranda*, qui tamen cautè legendus; præscribit ungventum ex auro, mediante quo illinatur æger, ad Mercurium extra corpus denuò eliminandum. Denique (11.) *si posit* propinata remedia *Mercurialia*, aut applicata hæc interna; verbo: factis faciendis, *æger* incipiat conqueri de gravamine ventriculi, tumore inflammatorio hypochondriorum, & *non succedat salivatio*, omnia relinquenda: indicium enim est, ægrum aut frustrà aut difficulter salivaturum, quo in casu, præmisso Vomitorio in dupla vel tripla dosi (alias enim mucus circa ventriculum insigniter stagnans vim emeticam eluderet) propinetur deinde Decoctum lignorum sudoriferum, præsertim ex gvajaco & junipero, quo mucus incidatur, & per sudorem evacuetur.

ARTICULUS VI.
DE
EVACUANTIBUS PARTICULARIBUS.

ABsolutis igitur Evacuationibus Universalibus ad Particulares pergo, quæ fiunt vel ex partibus externis solidis, vel excavitatibus internis particularibus. Ex partibus externis solidis evacuant v. g. Vesicatoria & Fonticuli, quatenus proscopo simpliciter evacuationis ex parte affecta, vel pro scopo immediatæ derivationis, instituuntur, nunc cum sangvine, nunc cum nutrimento partium, ut si quid heterogenei inextiterit, secundariò quasi evacuent. Sed de his jam suprà dictum.

Quoad Cavitates igitur particulares, quas subinde evacuare animus est, ea sunt vel naturales, vel præternaturales; v. g. Abscessus, profundiores sinus, fistulæ, &c. & quas ipsas per Decocta Vulneraria ex nicotiana agrimonia, hyperico, centaurio minori, &c. parata, cum melle vel theriaca aut ▽ mista, eluere, & ita mundificare, ac à contentis suis evacuare solemus. Naturales hæ Cavitates subinde evacuandæ sunt, ut ibidem eluantur & removeantur sordes, vel ex materiæ vel efficientis necessitate secundum leges digestionis naturales, ac erroris præternaturalis genitæ, v. g. cavitates oris, narium, intestinorum, pectoris, ventriculi, &c: quibus triplices Evacuationes inserviunt, nempe

1. per Masticationem in ore, & hæc est Salivatio particularis.
2. Quæ per nares evacuant, quales sunt Errhina; vel
3. Evacuatio particularis per alvum, quæ fit per Clysmata.

I. Jam in specie inter particulares Evacuationes sint ea, quæ os particulariter evacuant, &

APOPHLEGMATISMI

dicuntur. Sunt remedium, quod saltem salivam copiosè exore & locis vicinis immediate evacuare facit, adeoq; Salivatio Particularis est: sicut *Apophlegmatizontia* istam, quæ ex glandulis oris, hujus excretioni destinatis, & præcipuè ex membrana pituitaria posteriore & inferiore, ut etiam ex tonsillis, ac consequenter ex ipsis locis vicinis effluit, lympham evacuant, indeque, dum lympha uberior in istis locis evacuatur, fit ut eâ evacuatâ ibidem eo minus

minus serum lymphaticum ad caput adscendat, sicquè, quod jam ibi coäcervatum est, spontè aut facilè alio modo discutiatur; quare hæc per accidens quoque conferre capiti dicitur: ipsum caput lymphâ præternaturali onustum successivè liberat, & *Caput-purgia*, aliàs *Apophlegmatismi*, à vi phlegmata eliciendi, dicuntur.

Sunt autem illa vel sicca vel humida. Illa in specie dicuntur *Masticatoria*, quonium masticatione mediante actuantur, ac usus atque effectus eorum promovetur per illam Equidem sola agitatio maxillarum instar masticatorii est, & salivationem excitat, ut inter loquendum fit; unde quidam loco masticatorii linum sumunt, quod sæpè in ore masticant. Hodiè autem Masticatoria minus usitata sunt, quàm olim apud Veteres fuerunt: Putarunt enim iidem, immediatè ea cerebrum, in specie ejus vasa & ventriculos anteriores evacuare, quoquè serum per glandulam pituitariam tam per os, quàm per nares, sub forma lymphæ salivalis amandetur, unde hanc ipsam uberiùs evacuare, & sic caput purgare voluerunt. Sed hodierna Anatome non permittit, quod cerebrum ejusquè ventriculi immediatè expurgentur; nihil enim immediatè ex cerebro ad dicta loca destillat, sed omne per membranam pituitariam inferiorem, post quam insignis est glandularum minutarum congeries, & hinc per glandulas in faucibus & circa os sitas, derivatur. Membrana enim pituitaria dicta est operculum systematis glandulosi sub hac reconditi, unde hâc membranâ irritatâ glandularum orificiola hiantia per eandem uberiùs lympham foras exernunt. Recipiunt hæ glandulæ lympham ex ramis quibusdam arteriarum carotidum, quibus per Apophlegmatismum ab uberiore liberatis, uberior ad loca evacuata fit lymphæ fluxus, & consequenter internæ capitis partes minus lymphâ uberiore gravabuntur. Immediate verò Masticatoria ex glandulosis partibus evacuant, quando lympha saltem copiosior in iis aut vicinis locis stagnat.

Conveniunt ergò *Salivationes particulares* in catarrhalibus capitis & vicinorum locorum affectibus, item in uvulæ prolapsu, gingivarum, maxillarum, dentium, faucium vicinarumque partium doloribus; in quibus, præmissis præmittendis, præsertim nicotiana, vi anodynâ prædita, masticata optima est, promovendo copiosiorem lymphæ fluxum, & impediendo nimiam cerebri & capitis humectationem, hinc ad affectus ex lympha acida oriundos in hemicrania & cephalalgia serosa secundariò hæc Masticatoria usurpari solent. Sæpè etiam Sternutatoriorum vicarii sunt, ubi ea minus tuta sunt, & nihilominus seri uberioris evacuatio per nares aut loca vicina immediatè institui debet.

Quoad Materiam Medicam, hæc pro duplici modo operandi duplicis est differentiæ: quidam Apophlegmatismi leviores sunt, & operantur saltem ratione motus; dum enim movemus masticando maxillam, lingvam agitando comprimimus simul faucium membranam & partes annexas, unde intensius madent ex lympha: quidam sunt acriores, subtiles & penetrantes, quæ ad glandulas penetrant, & subtilitate sua vellicant, & junctam habent simul acrimoniam, partim irritantem dictas glandulas & membranas, partim ulterius penetrantem orificia vasculorum excretoriorum, & resolventem, quos ibidem inveniunt, viscidos succos, unde si tubuli hi irritentur, repetitis eorum spasmis, ex iis uberrima destillat lympha salivalis in os. Leviores igitur sunt v. g. crusta panis durior diutius masticata, vel frustum ligni diutius intra dentes circumactum; saliva enim sub masticatione largius adfertur & exprimitur, vel globulus crystalli in ore circum volutus, qui ad sitim fallendam in ore detentus à quibusdam laudatur. Fortiora autem & propriè dicta talia sunt acriora, penetrantia, amaricantia; quæ nunc simpliciter mediante masticatione diu conteruntur, & in consistentia sicca applicantur, & dicuntur in specie *Masticatoria*; nunc verò in forma liquida, imprimis Decocti, in ore aliquandiu detinentur, quo profundius penetrant, & meliorem effectum præstant, & in specie *Aphophlegmatismi* dicuntur, sic v. g. *Apophlegmatismus siccus* seu *Masticatorium* est in specie radix pyrethri, quæ est primarium, ideò die Geiffer-Wurzel dicta; Zingiber, zedoaria, galanga, acorus verus, cubebæ, caryophylli aromatici, piperata, in specie nicotiana, & hinc mastix usurpantur; vel per se in granis; vel ex hac cum cera & radice pulverisata pyrethri formantur globuli, quorum medio probè agitando cum lingva in ore Apophlegmatisatio promovetur. In forma liquida, v. g. Extractum nicotianæ cum ♈, quantitate pisi in ore detentum & lingvâ commotum, mirum quantum salivæ ejicere facit; cavendum tamen, nequid ejus cum saliva deglutiatur, aliàs vomitus & solita symptomata facile moventur; vel etiam loco hujus frustulum tabaci masticetur, quod aliàs frequens est, imprimis in dentium dolore; dum saliva proritatur, & vi ejus narcotica dolores dentium cum aliquali levamine sistuntur; vel hactenus dicta simplicia, HB majoranæ, semen sinapi & similia in vino vel aqua aut aceto pro ratione circumstantiarum decoquuntur, quale Decoctum vel in ore calidum detinetur ad tempus, vel pro meliori effectu etiam gargarisantur os & fauces, pro salivatione oris particulari excitanda; quod fit in specie in affectibus tonsillarum, uvulæ, &c. quando fauces muco obsidentur.

Quod attinet Apophlegmatismorum seu Masticatoriorum formulas, sint:

Rec. *rad. pyrethr. in* ✠ *macer.* ℥j.
vel
Rec. *Zingib.* ℥vj.
d. s.
Wurzel in Mund zu nehmen/

quæ masticanda continuò, & prolicitum sputum copiosè ejiciendum.

In forma Electuarii:

Rec. *Mastich. el.* ℥ij.
rad. pyrethri ℥j.
sem. sinapi
cubebar.
cardamom. à ℈j.
c. s. q. *Rob passul.* vel *Mell. Anthosat.* f. Electuarium.

Sub forma trochiscorum:

Rec. *rad. pyrethri* ℥j.
lil. convall.
sem. sinapi à ℥ß.
cardam.
cubebar. à ℈j.
c. s. q. *Mastich.* l. *Cera liquefact.* f. Trochisci. S. Mund-Kügelein/

de quibus unicus in ore detineatur.

Sub forma Decocti:

Rec. HB. *nicot.*
prunell. à M. ij.
rad. polypod. querc. ℥vj l. ℥jß.
sem. sinapi (quod egregium est) ℥ij.
Coqv. in s. q. ▽ p. iij
✠ *vini* p. j.
Decocti ℔j addatur
Mellis depur. ℥ij.

Calide

Calidè capiatur subinde cochlear unum gargarisando in ore, donec sufficiens sequatur effectus.

Pertinent huc fumi ex fistula suctione eliciti; hinc ℞ *res pro fumo* varii ex nicotiana & aliis herbis compositi sunt, quos inter commendatur ille *Sennerti:*

℞. *HB. beton.*
melis.
rorismar.
salv.
majoran.
fol. laur. à M. ß.
nicot. M. ij.
flor. borrag.
buglos.
cheiri
chamom. Rom.
lavend.
primul. veris
tilior. convall.
tunic.
rosar. r.
violar. à ℥ß.
sem anisi
fœnic.
rutæ
coriandr. à ℥ij.
succ. citr. ℈ß.

Incisa & contusa grosso modo dentur.

Item HB. Thee solitaria eidem scopo satisfacit.

II. Succedunt Apophlegmatismis *Evacuationes per nares,*

ERRHINA nempe & STERNUTATORIA,

seu Ptarmica, h. e. Remedia, Narium isthmum evacuantia. Hæc sunt ista, quæ per nares lympham uberiorem, etiam spissiorem paulò, ex glandulis vicinis ossis cribriformis, & membrana pituitaria superiore, eliciunt. Veteres autem putarunt, quod immediatè ex cerebro, his mediantibus, fieri queat Evacuatio: sed sufficiunt ex glandulis ossi cribriformi vicinis, & hinc membrana pituitaria superiori, uberior lymphæ & muci excretio. Si phlegmatis hæc Evacuatio fit cum forti motu thoracis, vocatur *Sternutatio*, qualia remedia vulgò malè dicunt Caput purgia, quia non ex capite immediatè descendit mucus. *Ratione effectus differunt* Errhina & Sternutatoria quoad magis & minus: Errhina blandiùs irritant, & ita successivè lympham ex naribus fluere faciunt; Sternutatoria acriùs & sublimiùs vellicant, & hinc Sternutationes movent. *Sternutatio* talis supervenit per consensum: Nempe nihil aliud *est*, quàm *affectus musculorum thoracis*, exspirationi inservientium, sicque suô modô *diaphragmatis convulsivus*; qui convulsivô spasmo contracti subitaneo impetu cum ⊖e mucum simul per nares elidunt, & ita obstructiones ibi residentes plus minus referant. Causa talis convulsivi impetus seu Sternutationis simpliciter est irritatio sensilior membranæ narium superioris, quæ certum & singularem consensum fovet cum nervo interiostali, quatenus cum hoc mox in sua origine surculos quosdam recipit: Vid. *VVILLISIVS in Anat. Cerebri, & SCHNEIDERVS de Osse Cribrif. de Catarrhis:*

Duo ergò in Sternutatione consideranda veniunt:

1. Ipsa Irritatio membranæ narium facta, ratione cujus sequitur affluxus, & hinc etiam uberior effluxus lymphæ, naturaliter aliàs insipidæ, paulò spissioris, partim naturaliter acris, acidæ, ⊖læ, tenuioris, item mucilaginis viscidioris.
2. Motus iste diaphragmatis & thoracis convulsivus exspiratorius, seu Sternutatio, sub cujus impetu convellitur per Accidens & eliditur ⊖ è naribus, & ita spasmo continuato simul concutitur totum abdomen, & violenter constringitur; tunc enim omnes ejus musculi unâ quid spasmo dici patiuntur, unde etiam dolores lassitudinarii percipiuntur in abdomine.

Ratione prioris primatiò conveniunt Errhina & Ptarmica pro evacuanda lympha, vel superflua vel vitiosa, aut muco viscidi ore ex summitate narium & locis vicinis, v. g. membrana pituitaria: Evacuatâ sic copiosâ lymphâ istorum locorum, consequenter & caput reliquum ab uberiore lymphæ influxu præservatur, & derivando per motum illud, quod gravat, vel sponte naturâ suâ, vel per artem, in statum naturalem redit; & sic per Accidens etiam in multis narium & *capitis affectibus* coryza, obstructionibus ossis cribriformis, læso vel amisso olfactu vitio cerebri, *convenire & speciatim memoriam confortare*, à quibusdam *dicuntur Errhina.* Notum est, quod naturaliter nares sint humidi ideò, ut defendantur ab ⊖e externo, & miasmata odorum melius percipiantur: jam si irritantur nares, talismodi liquor copiosus emittitur.

Locus autem, *per quem fit Evacuatio*, non est caput; nec cerebrum, non os cribri forme; nam hic est membrana crassissima: potiùs est partim ductus oblongus Stenonianus, ad extremitatem narium pertingens, partim membrana pituitaria superior & anterior in sumitate narium, juxta os vomer sita, & ad palatum nonnihil protensa; quâ irritatâ, glandularum conglomeratarum series, post hanc membranam consita, copiosam lympham &, continuato efluxu, pituitam effundere solet, quæ p. n. nunc acris, ⊖la, viscida, &c. quam describit *SCHNEIDERVS l. 3. de Catarrhis.* Per hanc membranam transfudat lympha naturaliter per coryzam exterminata: Artificialiter per Ptarmica evocatur. Quando ergò particulæ acriores pungunt membranas, fit ut copiosius eliciatur lympha: simili ratione qua Sternutatoria operantur; eadem ratione fit Coryza ab ⊖e austero, inquinato effluviis acidis, irritante membranam narium.

Ratione posterioris, motus scilicet convulsivi, vel concussionis pectoris, conveniunt Errhina & Ptarmica egregie in paroxysmis apoplecticis, lethargicis & comatosis, pro excitandis ægris, interdum etiam vertiginosis, sed raro: ob id & ea, quæ firmius aut naribus aut faucibus ac asperæ arteriæ impacta sunt, simul ejici facit: Hystericis in paroxysmo ad excitandas eas, in quibus acriora & fortiora Sternutatoria inflantur eorum naribus, ut ⊖ revocetur, & ægri sic demum ad se redeant: aliàs iis periculosa sunt, cum insigniter concutiatur abdomen; ideò prosunt in partu difficili, in rejiciendo fœtu mortuo, retentis secundinis: fit enim motu isto abdominis concussorio sub Sternutatione fortiore, ut nunc secundinæ, nunc fœtus elidantur; uti etiam in mensium defectu, præmissis præmittendis, pariter locus sit, teste *HILDANO l. 3. Observat. 58*, ex crebiore Sternutatione mensium fluxum observante, & contumaci alvi obstructione, &c. in quibus nempe cum impetu corpus concutiendum venit.

Quæritur autem; an in epilepticis paroxysmis & oculorum affectibus etiam conveniant? quoad prius, meritò dubitatur; quia Sternutatio consistit in epilepsia seu convulsione particulari thoracis, ideò metus est, ne magis irritetur convulsio epileptica. Confirmat hoc *SALMUTH*, exemplum habens *in Observationibus*, quod ex forti Sternutatione quidam incideritin epilepsiam: Ergo videtur ab his in

hoc passu esse abstinendum. In oculorum affectibus Errhina aliquando conveniunt; Sternutatoria verò semper nocent: siquidem observatum fuit, quod crebriori hac concussione cœcitas oculorum fuerit inducta apud *HILDANUM l. 1. Observat. 24.*: imò etiam mortem ex nimio usu *idem* annotavit *l. 4. Observat. 121. BARTHOLINUS* equidem putat, propter ductum Stenonianum per foraminulum ex cantho oculorum majore, in nares hiante, quod possint etiam oculis conferre: sed quod non per foraminula ista in nares aliquid penetret, patet, quod collyria oculis instillata brevi post in faucium isthmo fuerint gustata. Pertinet huc *Observatio SCHRADERI*, qui annotavit, ▽*m infusionis croci metallorum Quercetani* instillatam oculis, penetrando per palatum, & deglutitam ulteriùs progrediendo, alvum aliquoties movisse: sic Sternutatoria nimis acria crebriùs usurpata, hæmorrhagiam narium tantùm non lethalem excitarunt, quod observavit *KERKRINGIUS in spicileg. Anatom. Observat. 51.* Itali qui nimis frequenter his utuntur, membranam narium adeò corrumpunt, ut postmodum ferè Odoratum perdant, & hæc insensitis fiat. Et observavi in Italia, ubi semper secum Sternutatoria gerunt, quod continuô abusu læserint nares, ut odoratissima vix olfaciant: imò juniores in Italia etiam sæpè debilitatem visus incurrunt, & ophthalmiis laborant; unde statim specillis utuntur, nec olfaciunt, propter nimium usum Sternutatoriorum, sicut *HILDANUS Observat. 13. l. 4.* Olfactum planè perditum memorat. Si autem nimia ex horum usu superveniat Sternutatio, hæc per essentiam opii insufflatam, aut per laudanum opiatum internè naribus illitum, potest sisti.

Quoad medicamenta Errhina & Ptarmica, sunt hæc omnia acria illa, quæ acrimoniam aliquam purgativam habent, & penetrare membranam narium internam superiorem, aut eidem fortiùs adhærere, eam q; & loca vicinæ irritare valent, unde horum quasi convulsiva crispatura, hujusque medio, lymphæ nunc naturaliter nunc præternaturaliter constitutæ excretio: Penetratio enim sola non sufficit. V. g. ∽ ⊖ Xci, aut quodvis aliud volatile odoretenus haustum, fortissimè quidem penetrat, & quosvis meatus referat, rarius tamen vel nunquam irritat, aut Sternutationem movet.

Quæ autem hoc faciunt, sunt vel fortiora vel mitiora: Illa in specie dicuntur Sternutatoria, quæ ipsa fortius irritant, & profundius penetrant; Hæc autem seu mitiora blando stimulo sine concussione Sternutatoria abdominis, lymphæ fluxum provocant. Usitatiora sunt v. g. folia majoranæ, nicotianæ, flos & radix liliorum convallium, castoreum, caryophilli, helleborus uterq;, magis & tutus niger, minus albus propter virulentiam, unde etiam die Nieß-Wurtzel dicitur; ⊖ album & similia: fortissimum & violentissimum, minus tamen tutum, est euphorbium. Usurpantur autem vel in forma sicca, vel in humida: In sicca communiter sub nomine Pulverum Sternutatoriorum, inter quos elegans est *Pulvis Sternutatorius Helmontii*, quem descripsit in *Tr. Tussis & Asthma*, & feliciter sæpiùs usurpavi: Nempe

℞ *Rad. helleb. nigri pulveris.*
sacch. pulveris. ana
M. adde aliquot guttas ℞ *destillati Anisi*, aut *caryophill.* quod fortiùs operatur, minori licet dosi.

Vel

℞ *flor. l. rad. lil. convall.* qv. pl.
minutissimè trittæ l. pulverisatæ impræ-
gnentur ℞ *destillato majoranæ*:

Pulveri cuilibet etiam aliquid de moscho & ambra addatur.

Conveniunt ejusmodi pulveres in affectibus narium, conza, &c.

In forma liquida convenit succus cucumeris sylvestris, item succus betæ rubræ, vel etiam anagallidis ▽tica flore purpureo, qui naribus in sufflati fluxum lymphæ provocant: Instar omnium Vitrioli albi vel etiam communis ad albedinem calcinati gr. j in larga quantitate ▽æ liliorum convallium vel majoranæ, vel fœniculi, vel alius odoriferæ soluti, v. g.

℞. ⊖li dicti ʒij.
▽æ cujusv. d. stillat. ℥vj l. ℥viij plus minus, prout acrius vel mitius desideratur.

Solvatur: solutio filtretur, & aliquot guttæ naribus instillentur, vel linteum intinctum instar turundæ intrudatur naribus.

Est Errhinum optimum, mucum dissolvens, & copiosum lymphæ stillicidium promovens. Caveatur tamen, ne acrior reddatur, aliàs symptomata omnia, quæ coryzam sequuntur, excitantur; si autem mitior est, blandè operatur, & commodè infantibus, etiam recens natis, potest applicari, quando muco plus minus infarcti sunt illorum nares.

Quidam faciunt Linimenta ptarmica, sumendo mel simplex vel rosatum, & addunt vitrioli albi vel communis ad albedinem calcinati gr. j., cujus tantillum narium cavitati illinunt, & sic satis generosum habent Ptarmicum. *Tacchenii Arcanum* est ℞ amygdalarum dulcium c. camphoræ s. q. solutione mistum, addendo guttas aliquot olei piperis.

Quoad Formulas, sit v. g. Pulvis Sternutatorius:

℞. *pulv. fol. nicot.*
major.
flor. lil. convall. à ʒj.
rad. helleb. albi ℈j.
castor. ℈ß.
M. f. Pulvis, qui irroretur c. ℞ *destillat. major.*
gtt jv. D S.

Niese Pulver.

Vel

℞. *Pulv. rad. Ireos Flor.* ʒij.
fl. lil. convall.
euphorb. à ℈j.
℞ *destillat. caryoph.* gutt. v.
M. f. Pulvis, S. *ut suprà.*

Aut

℞. *fol. nicot. minut. contr.* ʒij.
pulv. major. ʒß. l. ʒj.
sem. sinapi pulver. ℈j.
℞ *destillat. fœnic.* gtt. *ij. l. iij.*
M. f. Pulvis Sternutatorius mitior.

III. Particulariter, quod intestina evacuat, frequentissimè est

CLYSMA,

quod nil aliud est, quàm Injectio liquidorum, facta per intestinum rectum in reliqua crassa, ut sic eluantur mundificentur imprimis intestina crassa, ultra quæ non penetrat, utut crassioribus evacuatis per consensum & tenuia irritata simul plus minus evacuentur, & variis intestinorum affectibus succurratur. Nomen habent à κλύζειν, eluere, quorum nomen generale alias est; adeoque quasvis in genere Injectiones, hocquè medio quasvis eluitiones & absterstiones factas significant, ut in particulares corporis cavitates, vel naturales, intestina, uterum aures vesicam, &c. vel præternaturales, sinus & fistulas; usitatissimè tamen & κατ' ἐξοχὴν Appellatio ejus saltem de istis Eluitionibus, quæ imprimis mediante Injectione in anum fiunt, dici solent.

Quod attinet Clysmatum usum, est vel primarius vel secundarius. *Usus primarius* est eluere & purificare

care intestina, & hinc removere quæcunque contenta vitiosa, frequentis & optimi usus esse solent, & mirè prosunt: v. g. in alvo contumaciter obstructa, in ileo, in tenesmo, in dolore colico humoroso, in flatibus, in passione hysterica, &c. in quibus usu clysmatum ægri mirè levantur: in dysenteria, si cautè applicentur, pro scopo consolidativo & anodyno, in affectu hypochondriaco, in quo nil melius, sensibile levamen percipiunt, ad hypochondria enim pertingunt: in hernia, lumbricis, & inde natis symptomatibus, clysmata ex lacte usitatissima sunt; odore enim lactis allecti simul eliminantur. Non secus ac in pathematis intestinorum & abdominis, sub paroxysmis febrium intermittentium, enatis convenit eorum usus *secundarius*, dum præter eluendi seu evacuandi scopum etiam in affectibus intestinorum & abdominis usurpari possunt. Notum etiam est, quod quam plurimi affectus originem suam ducant aut ex abdomine ipso, aut in abdomine inducant symptomata varia, vel quatenus ratione vicinitatis seu continuitatis per funiculos nerveos paris vagi cum partibus aliis connexa sunt intestina, vel ratione contiguitatis per consensum multa alia loca afficiuntur: hinc etiam clysmata in aliis affectibus injici solent pro multiplici scopo. In specie verò pro scopo evacuandi, vel leniendi, vel irritandi: Pro scopo evacuandi ordinariò in vomitu, in cholera, in affectibus stomachi, aliisquè affectibus suprà dictis: Pro scopo leniendi in affectibus intestinorum & abdominis convulsivis, in doloribus scorbuticis, passionibus hystericis, in affectibus nephriticis, &c. in quibus clysmata terebinthinata & ex lacte, pro scopo demulcendi partes nerveas irritatas, & spasmo affectas in ordinem redigendi, simul injiciuntur: Pro scopo verò irritandi in fœtu mortuo, lochiis suppressis, in partu difficili remorante, clysmata acriora aromatica additione colocynthidos sunt proficua, & mirè juvant, irritando fortius in intestinis uterum aliasquè partes sensiles internas, ut revocetur spirituum motus plus minus cessans inhisce; unde etiam in affectibus apoplecticis, comatosis, lethargo, & similibus gravioribus facultatis animalis affectibus, acriora clysmata loco vomitoriorum sunt optima, & multum conferunt. In insultibus enim Apoplecticis Vomitoria sunt optima: quæ si non possunt administrari, loco eorum acria clysmata injiciuntur, ut vis animalis sopita denuò excitetur. In hemicraniis, cephalalgiis, in melancholia hypochondriaca, utramque paginam faciunt. In genere, cùm quamplurimi morbi, præprimis infantum, aut originem ducunt ex abdominis Acido viscido, aut ibidem symptomata inducant varia, clysmatum usus est latè patens, tam in infantibus quàm in adultis, omni ætati & sexui conveniens, in specie in affectibus dolorosis & epilepticis. *Caute tamen in* brevi fientibus puerperis, seu omnibus *gravidis*, *iisdem* utamur: nam irritato recto intestino simul vagina uteri irritatur ad abortum. Ergò vel non, vel rarissimè, & quidem blanda & levia saltem, gravidis applicentur.

Quæritur: An in febribus petechialibus malignis, variolis, morbillis, purpura, præsertim ubi adest delirium, convulsiones, &c. alvo pertinaciter clausâ, conveniant? Resp. Tuta satis non sunt, sed cautissimus eorum sit usus, præsertim in variolis, in quibus observatum fuit, ubi jam omnia fuerint in salvo, ex injecto clysmate mortem fuisse subsecutam. In purpura etiam maligna puerperarum periculosissima sunt clysmata; irritatâ enim alvo Transpiratio cessat, & efflorescentiæ cutis in partes fluidas iterum repelluntur: si tantillum quod in superficie detinetur, per clysmata aut alia media irritetur, motus iste excretorius inhibetur, excretio ipsa cutanea sufflaminatur, & diarrhæa subinde lethalis provocatur ac dein mors sequitur. Cùm autem in his casibus ægri plerumque alvi sint adstrictioris, nil tamen hoc refert, etsi in talibus ad 10. vel 12. ♂ alvus sit clausa, cùm parum ægri tunc temporis comedant, & potulentum, quod ingerunt, per diaphoresin facilè transpiret. Interim si quid moliendum cum clysteribus, fiat statim in principio, aut ultimo morbi statu, aliàs periculosum est.

HELMONTIUS penitus clysmata rejicit, & rationibus eorum usum impugnat: Vid. *Tractat. de Febribus*: Actum autem agit. Huic respondet *HOFFMANNUS in M. M.* Falsum tamen est, quod clysmatum medio nutriri queamus: nam etsi ea ex jusculis & lacte parata penetrent immediatè in massam sangvineam etiam, non tamen nutrire possunt, utut prius quoque adhuc ex parte falsum sit, cùm nihil nos nutrire valeat, nisi in ventriculo sit alteratum, & dein nobis appropriatum. Quicquid alio modo ingeritur, in nobis cadaver existit, & ad nutritionem penitus ineptum est.

Clysmata equidem intestina saltem eluunt, & materiali sui substantiâ usque ad intestina saltem crassa adscendunt, ultra colon naturaliter non penetrant, hinc neque ad intestina tenuia, impediente hoc coli valvulâ; hæc enim strenuè impedit omnem transitum excrassis intestinis ad tenuia, intelligendo secundùm materiam clysmatis, quæ injicitur, & ideò immediatè intestina crassa penetrando ea evacuant. In statu verò præternaturali, v. g. in iliaca passione, laxatâ vel ruptâ valvulâ, excrementa per anum naturaliter evacuanda, simul etiam per os rejiciuntur. Nihilominus tamen subtiliora, volatiliora & spirituosiora miasmata eorum medicamentosa, altiùs etiam intra corpus per vasa lactea penetrant; unde non tantùm ex vino cum aromatibus pro clysmate injecto *ebriosum delirium* observavit *BORELLUS in Observat.* & *RHADIUS Centur.* 1. *Observat.* 38. *p.* 33. sed & à ℥j opii cuidam Colico cum Clysmate injecta *como* somnolentum *obortum* notat *SALMUTH. C.* 3. *Observat.* 97. per clysma aliud ex Vino Malvatico & aromatibus curatum. Sic, quibus clysmatis in contumaciore alvi obstructione à dolore colico, aliis irritis, ▽ benedicta ad ℥ij, vel crocus metallorum, pro fortiore stimulo additus est, interdum vomitus movent, licet materialiter non pervenerit ad stomachum, sed tantum per consensum ab intestinis irritatis. Ipsemet observavi, Clysmata, quibus terebinthina addita fuit; diutius paulò retenta ⊡ m violaceo impræguasse odore, propter terebinthinam, penetrantem serum, & cum hoc renes afficientem. Hinc usu receptum est, quod clysmatibus addantur ⊖ia volatilia in affectibus nervorum, epilepsiis infantum, quorum vis non est contemnanda. Interim tamen *nullatenus nos nutrire possunt*, ceu suprà dictum.

Regimen Clysmatum est facillimum, cum tutissimus eorum usus sit in variis affectibus, modò debite retineantur, nec nimis cito excernantur, præsertim in affectibus intestinorum: *sive enim contenta intestinalia expurgandi, sive intestina fortius stimulandi gratiâ injiciantur*, perinde est, modò aliquamdiu retineantur, si debent habere effectum quendam. Quo diutius enim retinetur Clysma, eo melius operatur, imprimis in affectibus abdominis dolorosis scorbuticis & convulsivis, in quibus Clysmata ex lacte per noctem integram vel diem retenta, utilissima sunt: Confert sic hoc, absorbendo contenta

corporis acido-acriora, intestina affligentia, eaquè melius demulcendo & leniendo irritata intestina. Quod si diu nimis sine effectu Clysmata intra corpus hæreant, aut etiam repetitis vicibus injiciatur unum post aliud, ac omnia retineantur, quod in Colicis, nephriticis & spasmodicis pathematis fieri solet, ubi peristalticus motus naturalis invertitur plus minus; in tali casu suppositorium desuper applicatum, intestina crassa irritando revera, & per consensum reliqua intestinorum contenta, cum motu naturali simul revocat.

Modus applicandi Clysteres pro eluitione, absterſione & evacuatione, sit debito instrumento, quod apud nos ordinario est fistula cum vesica: apud Gallos, & optato quidem consilio, sypho; sic enim clysmata profundius penetrant, quatenus majori impetu vel liquor clysmaticus infunditur, vel ab ipso ægro vesicam appensam comprimendo, qui modus est egregius, vel ab aliis. Præcellit hic *GRAAFII* instrumentum, quod descripsit *Tract. de Usu Clysmatum*, cum quo optimè succedit negotium. Quod si flatus adsint, qui impediant aut commodum Clysmatis applicationem, aut ejus retentionem, cum hi subinde eructati impetu facto simul sæpius in vesicam irruant; quo facto, unum clysma partitis vicibus in duas vel tres partes divisum, partem post partem injicere convenit, interpositæ horulæ unius vel alterius spatio, sic ritè & tuto operantur. *Confer. in hac MOEBIUS in Dissertat. de Usu Clysmatum.*

Quod attinet materiam medicamentosam, patet ex scopis tribus: estque vel liquor, vel ipsius Contenta. Liquor sub forma Clysmatis injiciendus, quò simplicior, eò melior est: ordinario est Decoctum aliquod vegetabile, in specie lac cum saccharo. Pro scopo evacuandi & irritandi optimus liquor est ⊡ humana, cui vel soli vel cum medietate ▽æ diluræ contenta aut alia admiscentur: ipsa enim urina lixivialis liquor est, & per se vim habet irritandi, eluendi & abstergendi intestina; ut taceam, eam simul incidere & dissolvere mucositates ac scybula in cellulis intestinorum crassorum subinde firmiter incuneata. Unde decoctum cancrorum fluviatilium. Decoctum chamomillæ, menthæ, baccarum juniperi, vel ex Vegetabilibus appropriatis præscribi solet pro liquore: quibus vel additur aut Mel, olea, ubi simpliciter abstergere; vel ubi fortiter stimulare opus est, electuarium quoddam usitatum ex Purgantibus. Quantitas per omnia sit à ℔ß, ℥viij, ix ad x, xj ad ℔j pro conditione personæ, cui injiciendum Clysma. Ut plurimum additur ⊖ cinerum clavellatorum, vel sal tartari; partim ut acuat sub Decocto menstruum pro extractione & dissolutione contentorum, partim ut vi blanda alcalinâ saponaria abstergat intestina, & multis scopis satisfacit. E. g. Clysma euporiston foret sequens:

Rec. *flor. chamom.*
sambuci à M. j.
bacc. junip. ℥ß
sem. 4. carminat. à ʒj.
⊖ ʒj l. ʒij.
Coq. in s. q. ▽ *simpl.* Colat. ℥ix adde
Elect. bened. laxat. ℥j.
Vitell. ovi no. j.
M. pro Clysmate.

Utut pro particularium affectuum ratione delectus subinde habendus sit, qua ratione in dolore intestinorum scorbutico ex lacte clysmata, in dysenteriis ex cancrorum jure parata, &c. soleant commendari: e. g. sit injiciendum Clysma ex dolore abdominis scorbutico, ibi præscribo sic:

Rec. *Lact. bubul.* ℥viij, ix ad x.
adde
Terebinth. in vit. ovi dissol. ʒiij.
Theriac. Androm. ʒj ad ʒij.
Sacch ʒij l. iij.
M. f. Clysma injiciendum.

Si injiciendum sit Clysma compositum mulieri hystericæ:

Rec. *HB matricar.*
salv.
chamom. à M. j.
rad. angel.
levist. à ℥vj.
sem. 4 cal. min.
⊖ ℥i à ʒj.
Coqv. in s. q. ▽ *simpl.* Colat. ℥ix adde
Elect. de bacc. lauri ℥j.
♀ *destillat. succin.* ℈j.
Vit. Ovi no. j.
M. pro Clysmate,
cui ⊖ *quoddam volat.* ad ℈j addi potest.

SUPPOSITORIA.

Suppositoria sunt vel *laxantia*, vel *purgantia*, pro varia intentione & indicatione, ut pro excrementis, vel clystere retento, stimulando intestina ejiciendis, vermibus enecandis, flatibus pellendis, vel pro alvo aperta servanda, vel pro consolidando ano, illinenda oleis lenientibus vel stimulantibus. *HORSTIUS* hinc commendat ex alumine parata, *stimulando*, humores alliciendo, *flatusque discutiendo*: hinc pro suppositoriis ex melle cocto parandis pro stimulo additur ⊙, ⊖ commune, ⊖X, ♂, stercus murium vel passerum, cum felle tauri inspissato, radice hellebori nigri, speciebus hieræ piceræ, MP cochiarum, item sine quibus esse nolo. Pro *ascaridibus & vermibus intestinorum* aliisque parantur ex lardo cocto, casco recente, saccharo penidio, &c. ut alliciantur; post aliud applicatur ex felle tauri inspissato, succo absinthii inspissato, aloe, myrrha, &c. Suppositoria item *adstringentia* fiunt in procidentia ani ex Extracto symphyti, tormentillæ, &c. *lenientia & temperantia* fiunt ex sevo hircino & cervino, quæ liquefacta effundantur in chartam efformatam; *consolidantia* demum fiunt in rhagadibus seu fissuris ani ex emplastro de cerussa camphorato, cum unguento rosato aut ♃ rosato illita.

Sed suppositoria sunt remedium dolorosum & molestum iis, qui hæmorrhoidibus obnoxii sunt: hi vix ea ferre possunt propter dolorem insignem, quem excitant. Unde hodierna Praxis felicius usurpat globulos saccharatos, zibetho vel moscho impregnatos, qui prius contineantur in ore, ut saliva eas non nihil reddat lubricos, vel immergantur in ▽ tepida, aut oleo communi, & postea instar Suppositorii applicentur: sic globuli intrusi successivè liquescunt, penetrant intestina crassa, & suavissimè laxant; atque hos etiam ii ferre possunt, qui doloribus hæmorrhoidalibus alias sunt obnoxii.

Spectant huc etiam

PESSARIA & NASCALIA,

propriè vaginæ uteri dicata, ad retenta menstrua provocanda: quo in casu radix hellebori nigri digitum indicem longa, filo annexa, & ♁ quodam inuncta, aut radix gentianæ, &c. convenit: sed non diu relinquenda, ne exulcerationem inferant. Loco autem horum *GLAUBERUS* pro morbis mulierum singulare instrumentum habet, ⊖e vel spiritu quodam

quodam volatili urinoso instructum & applicatum: vid. *P. 2. Furner. Philosophicorum.*

IV. *Quæ* autem *ventriculi cavitatem eluunt*, sunt blanda Vomitoria, de quibus jam suprà. Pro hoc scopo sufficiat ▽, cum sale communi probè imprægnata, quæ calida largo haustu bibatur; sic sequitur vomitus, ventriculi cavitatem blandè evacuans, aut potus ⊡æ recentis; aut succus Raphani orbicularis; aut potus communis cum ♁ olivarum tepido; aut potus olei amygdalarum tepidi. *Quæ* verò *pectoris cavitatem evacuant*, sunt suprà dicta Expectorantia, quæ pro statu materiæ expectorandæ sunt vel Incrassantia, nunc incidentia, nunc blandè Irritantia: de quibus omnibus jam actum suprà pluribus.

SECTIO II.
DE SPIRITUUM VITIIS CORRIGENDIS.

ABsoluta prima Classe Morborum, Contentorum scilicet nostrorum, sequitur altera de Morbis spirituum. Nam sicut ex Fluidis generantur & restaurantur ∽, & sicut postmodum à Fluidis per ∽ generantur & nutriuntur partes solidæ; sic consideratis jam primò morbis partium fluidarum vel humorum, nunc vitia spirituum consideranda ulterius veniunt, & denique post hos ad Morbos partium solidarum devenemus.

Spiritus autem morbosi fiunt:

1. In *Quanto*, quando deficiunt, (nam excessus eorum non est morbosus, cum ab iisdem vigor naturalis omninò dependeat) unde Virium Debilitas qualiscunque imprimis ortum habet.
2. *Quando deficiunt in quali*, & vitiosi sunt, atque à crasi naturali, subjecto convenienti, plus minus degenerant.
3. *In Motu*, præsertim animales ∽, quando præternaturali modo moventur, sive in defectu hoc fiat.

Scilicet spirituum vel maxima in Praxi & Theoria habenda est ratio: siquidem ab iisdem, seu iis mediantibus, quilibet morbi aut oriuntur, aut curantur; cum hi, ut scitè loquitur *VERULAMIUS*, sint quasi *Rota magna, à qua reliquarum in machina nostra rotarum motus qualiscunque omnino dependeat.* Patet hoc in quibusvis morbis acutis febrilibus, in quibus primum efficiens finale est spirituum impetus, præternaturali modo concitatus; hinc enim opiata v.g. quosvis morbos acutos mitigant & leniunt, impetum eorum refrænando: Unde in morbis acutis prima & ultima sunt Tragœdia ∽. In chronicis morbis etiam successivè alterantur per circulum causarum naturalium, atque hoc ipsos morbos & diuturniores & contumaciores reddunt.

Manifestum hoc est, quatenus morbi chronici tantum non omnes aut saltem plurimi, si perfectè confirmati & inveterati fuerint, soleant per hæreditatem paternam in filios transplantari, idque non nisi spirituum medio, quod clarum est. Nam simpliciter à spiritibus transferuntur in filios; dum ∽ patris genitalis influus in prole sit insitus, & non nisi in certis locis per semina morbosa transplantata certi inferuntur morbi: id quod origo ex creatione prima idearum seminalium, & permutatio embryonis ex idea imaginante & impræganate humanæ mentis confirmat; parum tamen vel nihil lucis in Theoria & Praxi ea affert hypothesis, nisis obscurum peræquè obscurum explicare velimus:

Dixi, admittendas virtutes seminales formativas: Nam in seminibus, ex quibus generatur corpus, duplex vis effectiva consideranda venit; vel

1. Alterativa, & suo modo transmutativa materiæ; vel
2. Materiæ in tale corpus mutatæ formativa.

Quæ mutata, cum non possit explicari ex materiatis, non nisi Ens ideale erit. Probat id, quod per ideas conceptas varietur subinde formatio corporis, tam in hominibus, quàm brutis; primario quidem in hominibus, cujus Imaginatio est fortissima, ut ex Pathologicis supponimus.

CLASSIS I.
CONFORTANTIA seu CORDIALIA item ANALEPTICA.

QUod igitur Therapevsin generalem spirituum attinet, immediata in iisdem Actio, paucissimis est circum scripta remediis, saltem mediate, nempe præviâ alteratione contentis corporis inductâ, spirituum peccata morbosa fere tantum corrigere licet. Quicquid enim hic præstamus laude dignum, mediante præviâ contentis corporis inductâ alteratione, utplurimum peraginus. Pro contentorum scilicet varietate, variant quoque spiritus, & pro horum alteratione etiam viceversa illa plus minus alterantur. Immediatè in ∽ agit ratione ∽ sui, item odores fortiores, odorifera insigniora, camphora, crocus, aromata attenuata & in texturam spirituosam seu oleosam resoluta, hinc tandem opiata. Hæc immediate dicuntur agere in ∽; sicut mediatè in eosdem sequentia, v.g. borrago, buglossa, calendula, &c. quæ ∽ exhilarare & quasi serenare videntur, Cordialia communiter dicta, utut præpostere; cum cordis musculus simplex nullam præ aliis habeat prærogativam: alio nomine Corroborantia, confortantia, &c. dicuntur, quæ tamen non nisi mediante cerra sangvini cæterisque humoribus inducta alteratione, vim alterativam, confortativam, analepticam, &c. exserunt, & non immediate ∽ alterant: v.g. quando ⊖ volatile C.C. & fuliginis summè dicuntur Confortativa, & Agonizantium Restaurativa, quod nonnulli præsertim de fuligine asserunt; hoc tamen non, nisi mediante certa alteratione, sanguini inductâ, præstant, v.g. emulsio ex Amygdalis dulcibus cum matre perlarum, item nonnullorum liquorum perlarum vel coralliorum (quasi ultimum quorundam asylum, utut ridiculum) quæ summè confortativa esse dicuntur: si tamen quid virium obtinent, mediatè illud exerunt.

Priora, quæ immediatè magis agunt, primam spirituum morbosorum classem respiciunt, defectum & quantitatem deficientem eorum plus minus augmentando, & sunt, uti dictum, *Spirituosa*, Odorifera, Penetrativa, promptiùs, aut saltem sive notabili præviâ alteratione spiritui influo facilè associabilia, ut ∽ in vino, ▽ cinnamomi spirituosa, ▽æ apoplecticæ, epilepticæ, & similes generosæ. Hæc ipsa primæ morborum spirituum Classi dicata dicuntur, augenda promptâ sui cum ipsis associatione, quatenus etiam odoretenus hausta, sine ordinariarum digestionum ambagibus, se spiritui nostro aggregant; nam subitanea virium Restautatio in summè debilibus non permittit plures istas circumstantias; quia probabilissima est *HELMONTII, BARTHOLINI, HORSTII junioris WILLISII*, &c.

sententia, quod talia spirituosa, odorifera, penetrantia, &c. ex ventriculo immediatè penetrent intra vasa, & sine prævia alteratione spiritibus associentur & assimilentur.

Vinum

ergò est summum Analepticum ratione ∽, quem in se habet, qui non confundendus est cum spiritu vini, qui destillando elicitur. Ille enim longè mitior est, nobisque magis conveniens, quàm qui destillatione prolicitur: nam hic posterior, alterationem in igne passus, magis concentratus, & ad oleorum destillatorum naturam proprius accedit; unde etiam assumptus diu post adhuc ructus movere solet, nec tam citò distribuitur & assimilatur in nobis, quàm ille ∽, qui cum vino haustus est. Hinc mensura vini media longè potentius nos afficit vi analeptica & sui inebriativa, quam ♈ ex illa mensura elicitus. Vinum ergo ob mitiorem, quem in se habet, spiritum longè potentius nos afficit, quàm ♈, & longè magis copias spirituum intendit: idque duplici ratione, partim quod in Vino existens purior, subtilior, partibus nostris suo modo symbolizans, & facilius assimilabilis existit, secus ac ♈ destillatus, partim quod ♈ ipsum assumptum in substantia sui media (vid. *BECCHERUS in Physica Subterranea*) dum in nobis ulterius fermentando alteratur, etiam ulterius in nobis spirituascit, & ∽ copiosos generat nobis assimilabiles; secus ac ♈, qui alteratus per alembicum transcendit.

Hujusmodi autem Spirituosa, Odorifera & Penetrantia, quæ spirituum copias augent, & immediatè magis vires roborant, sunt ferè duplicis differentiæ:

1. Quædam ferè *acriora*, & ratione effectus *calidiora* sunt: v. g. ex aromatibus aut subjectis oleosis, resinosis, &c. quæ destillando ♋ aromatica suggerunt, ut sunt essentia cinnamomi, ∇æ magnanimitatis simplex & composita, ∇æ apoplecticæ & epilepticæ, c. e. Matthioli, item salia volatilia oleosiora, & oleis nimis impregnata, quæ ferè acriora, & spirituum augmentativa, atque Analeptica observantur.
2. Quæ magis temperata, & minus calida ac acria sunt, v. g. spiritus in vino, item spiritus rubi idæi, melissæ, rosarum, &c. odores & ∽ odoriferi rosarum, liliorum convallium, florum tunicæ, ♋ succosum recenter expressum corticum citri & aurantiorum, moschus, zibethum, &c. Hæc ipsa minus acria sunt, quod effectu minus calida, & consequenter magis amica spiritibus sint.

Inter hæc duo spirituum Augmentativa probè notanda differentia. Nam sunt subjecta, quæ ferunt magis acriora & calida; alia, quæ potius temperata. Mulieres ergò hystericæ bene ferunt acriora, (modò non moscho aut zibetho impregnentur,) ex cinnamomo, caryophyllis, camphora, &c. sed temperatoria ex rosis, liliis convallibus, moscho, zibetho, &c. minus, sed ferè inde alterantur: Contra plurimi literati benè ferunt temperata, iisque blande recreantur; acria autem ferre nequeunt, sed caput iis inde repleri, turbari, & quasi fumosum reddi solet. Nempe in posterioribus subjectis crassis tenuior est, quæ magis ab his acrioribus intenditur, & consequenter talia symptomata inducit. Omnia hæc in genere spirituum defectum resarcire, motum horum tàm elasticum quàm irradiativum promovere, & immediatè magis vires collabefactatas restaurare solent. Usus autem horum est vel internus, vel externus: Internus, dum oretenus propinantur; externus, quando organis sensuum, inspecie naribus, applicata odoretenus adhibentur, sicut hausta effluvia partim per nares ∽ afficiant, partim ♎-is inspirati medio ∽ in sangvine reficere, & vires labefactatas restaurare soleant. Sed de his non attinet nunc dicere, sed de prioribus, quæ agunt immediate, quæ fere acriora sunt, ut cinnamomum, caryophylli aromatici, Costus Arabicus, cubebæ, cardamomum, & hinc cœtera aromata & aromatica: quibus addatur Ambra grysea, item nervina volatilia suprà jam allegata. Ex Temperatioribus autem imprimis sunt flores rosarum, liliorum convallium, tunicæ, melissæ, moschus, Zibethum, & suo modo grana Chermes, ac inde parata, utut fere acriori, Confectio alchermes.

Cinnamomum

ergò quod attinet, notetur in genere, plures esse Canellarum differentias, quas inter tamen primatum ducit odoratius illa & nobilior, quæ in specie Cinnamomum dicitur (nam pertinet eò etiam Cassia caryophyllata, Cortex item Winteranus, Anglis usitatus: vid. *VVILLISIUS in Pharmac. Rationali*) spirituum quorum vis recreativum, tàm animalium quàm vitalium: unde est, quod v. g. præter quemvis virium defectum in genere, in specie tamen in partu difficili promovendo, instimulandis mensibus, præstantissimum sit Cinnamomum. Simpliciter enim in tali casu afficit ∽, unde rectè dicit *LINDANUS super Hartmannum*, quod in dictis casibus nunquam remedia stimulantia propinanda sint, nisi sociato Cinnamomo: Unde etiam in quibusvis casibus, ubi subitaneâ confortatione opus, analepticus cinnamomi usus polychrestus est. Utimur autem imprimis ejus ∇ spirituosâ c. vino prolicitâ, hinc ℞. seu Essentiâ, & denique oleo. Hæc tria totam ejus vim analepticam exhauriunt, cùm his separatis, imprimis oleo, reliquum corpus cadaver sit, quod simpliciter stypticum, & à quibusdam in diarrhæa ac dysenteria multum laudatur. Nobilis item ejus est *Essentia*, quæ fit:

℞. ♈ *probè* ♃*isatum*, affundendo *Cinnamomo*, & exinde abstrahendo, sapore & odore dives prodit: *Spiritus* hic novo reaffundatur *Cinnamomo*, ut magis adhuc impregnetur; addaturque ♋ *destillati ejusdem* tantum, quantum capere potest (Nam si ♈ *probè* ♃*isatus* fuerit, bonam quantitatem *olei* imbibit) evadit hinc ℞ elegans & efficacissima in defectu & subitaneis casibus spirituum.

Oleum autem tanquam centrum ejus est, quodque duplex ex eo haberi potest, si negotium ritè instituatur: Scilicet blando igne, præsertim lampadis, destillatum Cinnamomum suggerit primò phlegma spirituosum acidiusculum: est enim cortex quidam: imò ab amico observatum accepi, quod tam potens Acidum inde elicuerit, ut cum oleo ♃i per deliquium seu ♁♀ notabiliter efferbuerit) post hujus egressum prodit ♋ subtile æthereum, cuivis fluido aquoso supernatans, quod ♋ communi modo destillatum non præstat, sed tanquam resina concentrata fundum petit: post hoc sequitur ♋ destillatum crasius rubicundum quod in aquis submergitur. Observatâ hâc encheirisi nobilissimum est ♋ illud æthereum, quod etiam potest obtineri ex Cinnamomo, cum vino irrorato, ita ut igne blando fiat destillatio ex VB. per ♋m:

nam

nam ℞ æthereum illud ut plurimum aliàs empyreuma contrahit, & cum ponderosiori sociatum, commune illud ℞ venale minus gloriosum constituit. Oleum istud æthereum etiam potest subigi cum saccharo in Eleosaccharum elegans restaurativum. Vel

Rec. ℞ *destillati Cinnam.* p. jß.
Ambræ gryf.
Moschi Alexandr. à p. j.
Sacchar Canar. p. vj ad xij.
Mixta l. a. redigantur in Pulverem.
dosis gr. vj l. ℈ß.

Propius accedit Cinnamormo

Costus Arabicus verus,

cujus nota est differentia, dum dividitur in dulcem & amarum; quæ tamen nulla est, cum sit idem cortex, & pro maturitatis tantùm majoris vel minoris ratione saporis varietatem exhibeat. Acris est, indequè spiritibus minus gratus; utut satis efficax existat spirituum Restaurativum, & à quibusdam virtus analeptica in ea concentrata statuatur. Essentia exinde & ℞ ejus meritò quoque Analepticis accensetur.

Caryophylli Aromatici, præsertim *Antophylli*, (nam hos inter nulla est essentialis differentia) post ℞ Cinnamomi sunt svavissimum Analepticum, quocunque modo usurpentur, sive formâ essentiæ, sive olei destillati, sive cum aliis socientur. Reverà usus eorum ~ restaurat, & masticatus, seu odoretenus etiam, refocillat.

Cubeba,

substantiâ suâ volatili & penetranti quasi odoriferâ, potenter admodum spiritus animales reficiunt, & impetum ac vigorem eorum naturalem intendunt. Nostrates autem non sunt eædem cum Veterum illis: sunt enim hæ fructus plantæ cujusdam smilaci similis, instar hederæ arboribus se circum volventis, cujus grana constituunt Cubebas.

Semen *Cardamomi,*

fructus siliquacei, in se subtilissimum & spirituosum existit, modò tantillo motu actuetur; unde inter spirituum Restaurativa primatum ferè ducit.

Ambra,

Simplex, quoad originem, hactenus quidem incognitum, cum variæ sint de hac Autorum sententiæ. De ea tamen notum, quod partes ejus volatiliores ex concreto liberatæ insigniter soleant refocillare ~ influos quosvis, tam vitales quàm animales, & eosdem quoque concentratos in genitalibus: hinc ratione spirituum animalium notum, quod ad ingenii acumen & memoriæ robur soleat commendari. Ambra certè multum præstat in spiritibus animalibus augmentandis, eorumque motum & impetum suo modo adjuvando: sed utut optimum alias sit, continuatio tamen nimis usu eosdem spiritus alterat, & vi quasi inebriativâ & stupefactivâ afficit. Nempe primitus ferè igneos & volatiliores eos reddit, successu verò temporis fixati quasi vappescunt; unde cautus sit ejusdem usus pro roborandis facultatibus animalibus. Magis ergò convenit senibus, quàm juvenibus, propter quam causam his plus nocet, quàm juvat. Hinc etiam potenter agit in ~ genitales, quos mire armare solet in Venerem; & si quid aliud, ceteris paribus, steriles maritos ad fœcunditatem disponere solet. Nobile præterea etiam est Stomachicum in præcavendis stomachi cruditatibus. Usus ejus est vel in forma Essentiæ, vel Pulveris: In *Essentia* cum aqua spirituosa appropriata rosarum, melissæ, liliorum convallium, &c. Optima autem sit, si ~ rosarum cum pauco Ambræ digeratur ad tempus, qualis ~ temperatus & non adeò igneus est, & vim igneam Ambræ sui additione egregiè temperant Rosæ; cujus affusione dein Ambra in Essentiam pariter redigi potest nobilem. Sociata autem cum duplo, triplo ad sextuplum sacchari, fit Elæosaccharum quasi, quod cum ana Moschi, respectu Ambræ, aut etiam sine eò, & dimidio olei destillati cinnamomi imprægnatum, senibus præsertim exhaustis pro viribus restauradis, & spirituum tam animalium quàm vitalium supplemento conducit.

Temperati autem magis

Flores Rosarum, Tunicæ Liliorum convallium, &c. in specie svaveolentia; erunt, sed in subjecto saltem volatili fundata, cum nulla arte ex illis tale ℞, quale ex aromatis, aut saltem paucissimum, ad guttas tantum aliquot elici possit. Sunt autem hæc egregia Analeptica & temperata simul. Vis illorum temperativa & penetrativa, spiritibusque assimilabilis, consistit in substantia subtilissima, seu Alcali volatili admodum penetranti, eique pauco oleo acido juncto: ex hoc enim emergit concretum rarum, subtile, temperatum, minus acre & calidum; imò propter oleosioris Acidi defectum nec in ℞ destillatum concentrabile, nec *instar* resinæ in Extractum inspissabile, redigi valet. Et talis subtilis, penetrans, ætherea, Mercurialis aliàs dicta substantia existit in floribus rosarum, tunicæ, &c. in qua horum vis analeptica est fundata. Præparatur exinde imprimis in forma spirituosa, sive fermentando sive spiritus vini affusione destillando, ~ admodum nobilis. Optimus autem destillandi modus est, imprimis florum liliorum convallium, pro spiritu potenti obtinendo:

Rec. *flor. lilior. convall.* collect. ante ☉is ortum, *rore adhuc madentes*: Destillentur per se ex MB △e blando: *liquor* collectus reaffundatur *floribus novis* similiter ita collectis, idque aliquot vicibus repetatur: habetur sic ~ summè penetrans, egregiè analepticus; qualis eodem modo etiam ex *Rosis* elici potest.

Moschus & Zibethum

sunt liquores sui generis, in capsulis appropriatis geniti. Zibethum epidem eodem ferè modo, quo castoreum, prope genitalia; Moschus verò in folliculo proprio circa umbilicum colligitur. Hæc igitur etiam in pauca sui dosi odorifera, penetrantissima, & summe ~, tam vitales quàm animales, reficientia existunt. Vehiculum eorum est ▽ spirituosa blandè aromatica, quæ etiam Essentiam moderatam ex iis elicit. Hinc etiam quibusvis liquidis admista propinari solent; sicut etiam Balsamis odoriferis externis addita, hæc fragrantiora & mire ~ reficientia reddunt, utut paucâ sui dosi. Quo etiam spectant Balsama Apoplectica & Cephalica, e. g.

Balsamum Apoplecticum D. MICHAELIS,

Rec. ℞ *expr. nuc. Mosch.* ℥ij.
Balf. Peruv. ℥ß.
Moschi
Ambræ à ʒj.
℞ *destillat. caryoph.* ʒiij.
cinnam
ligni rhod. à ʒij.
M. f. Balsamum.

Alio modo:

Rec. *Corp. pro Balsamis* ℥vj.
Ambræ
Moschi à ʒij.
Zibethi ʒiß.
Balf. Peruv.
℞ *destillat. ligni rhod.* à ʒj.
caryophyll. ʒv.
cinnam. ʒiij. M.

Balsa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0417-9 DFG

Balsamum Apoplecticum Dresdendem.
Rec. ℞ *expr. nuc. moschat.* ℥jv.
Zibethi opt. ʒv.
Moschi Alexandr.
Ambræ nigr. à ʒiij,
grys.
℞ *destillat. lavend.*
major.
succini à ʒij
rosar. l. ligni rhod. ℥j.
rutæ ʒß.
cinnam. ℈ij.
caryophyll. ℈j.
c. f. q. *Bals. Peruv.* f. Balsamum, tingendum
c. *Asphalto.*
Balsamum Apoplecticum, Jesuitarum dictum.
Rec. ℞ *expr. nuc. mosch.* ℥j.
Bals. Peruv. ʒij.
Moschi gr. xv.
Zibethi ℈ß.
℞ *destillat. ligni rhod.* ℈ij.
cinnam. ʒß.
succini
lavend.
majoran à ℈ß.
rutæ
caryophyll. à gttx.
Beazoes gutt. jv.
Jesmini gtt xij.
M. pro Balsamo, quod tingatur cum *spodio nigro* l. *Asphalto.*
Balsamum Cephalicum Scherzeri.
Rec. ℞ *expr. nuc. moschat.* ℥iij
destillat authos
rutæ
saturei
lavend.
salviæ
major. à ʒij.
Ceræ albæ ℥ß.
M. pro Balsamo.

A spiritibus, tàm vitalibus quàm animalibus, Vires corporis nostri dependent primariò, unde oritur

IMBECILLITAS & PROSTRATIO VIRIUM.

Sepositis causis variis, quæ ∽ deficientes reddunt, in Cura Vires restaurant omnia ea, quæ ∽ copiosiores & volatiliores reddere valent: qualia sunt omnia spirituosa ex Vegetabilibus parata ♈, & similes, hinc etiam aromata, ex quibus aquæ confortativæ, apoplecticæ & epilepticæ, constare solent, inter quæ primatum obtinet Essentia & ℞ cinnamomi. Pertinet huc Ambra simul, summum, ceu superius dixi, Restaurativum spirituum animalium; unde non tantummodò usurpantes in Venerem armat, sed prætereà quoque senibus decrepitis moderato usu mirè conducit: item *essentia Ambra cum spiritu rosarum*; item *Tinctura coralliorum cum spiritu cordis cervi*, quam ingreditur *Essentia Ambræ*; item spiritus rosarum Ambratus, & similia.

Subinde fit, ut ex inquieto nimis spirituum animalium motu, indequè ortis delirriis aut agrypniis, aut etiam motibus convulsivis, ingens Virium imminеat Prostratio. In tali casu ex opio rectè parata remedia sunt Divina Auxilia, si appropriatis aliis remediis misceantur: inter talia *laudanum opiatum Helmontii*, ex *opio* cum *succo cydoniorum* fermentando paratum, est optimum auxilium: quia & camphora in morbis malignis, cum modò dictis symptomatis conjunctis, in pauca quantitate & aliis appropriatis addita, ∽ animales nonnihil figit, & ad debitum motum redigit. Sed de his plura in *3. Classe.*

CLASSIS II.

CORRIGENTIBUS SPIRITUUM.

ALtera Classis morborum spirituum est, quando ii peccant in quali seu in substantia, dum nempe à naturali tali subjecto, debita crasi seminali plus minus deficiunt, adeoque functionibus quibusvis exercendis minus apti, minusque sufficientes existunt.

Dixi autem, hæc vitia spirituum in quali, & in substantia, coincidere: nam substantia rei, & inde derivatæ qualitativæ proprietates, non differunt, nisi tanquam abstractivum & respectivum; dum enim substantia est vitiata, eo ipso etiam dependentes inde proprietates respectu subjecti alterius, quæ à nobis qualitates dicuntur, distinctæ erunt.

Sed in definiendis conditionibus morbosis spirituum in quali, imprimis hebescimus. Nam uti à priori naturam spirituum, seu constitutionem eorum, ex causis verè ignoramus; ita etiam vitia eorum præternaturalia adeò exactè definire haud concessum est: unde etiam in Cura eorundem iisdem immediatè parum opis afferre possumus, cùm propriè loquendo non, nisi per similem speciei animalis spiritum, actio & passio, atque propriè dicta alteratio, in spiritibus novis fieri queat, quod ferè in curationibus sympatheticis, magneticis & transplantatoriis, propriè contingit. Observamus quidem a posteriori, ∽ ipsos influos nunc magis nunc minus activos, fervidos, mobiles, subtiles, elasticos & contra esse; sed à priori determinare ipsam formalem eorum tunc temporis constitutionem, & per remedia, à priori alterantia, eorundem vitia curare, vix concessum est. Potius ergò, cùm ex sangvine resoluto & volatilisato regenerentur ∽, pro hujus crasi varia etiam ipsi, ∽ variæ erunt constitutionis: unde saltem sangvinis dyscrasias mutando mediatè spirituum vitiis succurrere valemus, præsertim in quali seu substantia vitiosis. Quomodo autem spiritus dyscrasiam sangvinis sequantur, exemplo declarabimus: sit *mustum fermentans*, huic si sub fermentatione infundatur *vegetabile quodvis*, recipitur & acquiritur inde ♈, *spiritu vegetabilis* illius notabiliter *impregnatum*; quæ proprietas etiam ∽ infecti nullâ arte separabilis & corrigibilis existit, citra ferè destructionem ipsius concreti spirituosi; vel recipiatur *chrysocolla*, solvatur in ♈, *cum spiritu nitri acuato & impregnato*: cum solutione hac tingatur *charta bibula*, quæ aut exsiccata, aut adhuc submadida *accensa*, *flammam viridem repræsentat.* in priori casu, pro materiæ ex qua varietate, variat quoque ipsius ∽ crasis, constitutio, & omnes proprietates; in posteriori, pro subjecti incensi constitutione varia, varius etiam color, calor, odor, & aliæ proprietates adscendunt. Studiosè autem hæc exempla urgeò: prius sit pro istis, qui asserunt, ∽ esse nil aliud, quàm sangvinem simpliciter attenuatum & volatilisatum; posterius pro iis, qui ∽ incensione quadam generari, & hinc quoque radiosis emanationibus diffundi, statuunt. Utroque in casu, priori tamen magis probabili, pro materiæ ex qua, & consequenter sangvinis constitutione, ipsorum spirituum crasis, tàm naturalis quàm præternaturalis, erit varia: unde etiam detectu appropiatorum remediorum spiritibus in quali

quali peccantibus immediatè succurrere, vix datur, saltem mediatè, sanguinis & contentorum alteratione, spirituum vitia successivè corrigere, nobis est relictum.

Inter simplicia autem & remedia, quibus immediatus magis cum spiritibus intercedit contactus, aut proximius commercium, præter superiora, & quæ etiam spiritibus minus volatilisatis, minus activis, minusque mobilibus, conveniunt, in specie considerari merentur camphora & opium.

Camphora

igitur in corrigendis spiritibus, in substantia seu quali vitiatis, quando iidem acriores, magis elastici, plus minus fervidi, & similibus vitiis morbosi redditi fuerunt, optimè convenit. Sanè inter omnia, quæ maximè afficiunt ∽, eorumque dyscrasias corrigere, & in crasi naturali eosdem conservare valent, peculiariter excellere videtur camphora: unde in omnibus affectibus, in quibus spiritus plus minus morbosi, vel primariò vel secundariò vitiati sunt, speciatim camphora suam meretur commendationem. Concretum est quasi resinosum mirabilissimum omnium vegetabilium, & maximè laude dignum in Praxi Medica: saltem hoc loco consideremus ejus effectus, quos in ∽ habet, eorum constitutionem præternaturalem corrigendo, & in debitam crasin restituendo. Quando ∽ imprimis contagio maligno affecti aut inquinati sunt, ut in febribus malignis, ex contagio speciatim natis, in pestilentialibus, ac ipsa adeò peste; in his affectibus primariò laborat ∽ influus: hinc enim interdum pauca ac levia febrilia adsunt symptomata, & in talibus magis malignis paucæ vel leves in ⊡ deprehenduntur alterationes, ut ita non tam contenta fluida, quàm impetum facientia, patiantur & afficiantur. In his autem omnibus camphora excellit, quæ illud, qualecunque fuerit, contagium enervare, ∽ que roborare, purificare, & eorum vigorem ac impetum insigniter intendere solet. Usus ergò hujus in morbis acutis, malignis præsertim, nunquam intermittatur, sive sub forma ℣ camphorati, sive sic dicti olei camphoræ, propinetur. Præter ∽ autem influos, in morbis acutis à contagio labefactatos, in crasin naturalem redigendos, conservandos, & à contagio ulteriori præservandos, convenit etiam in spiritu insito seu balsamo partium vitali restituendo: unde in putrefactione incipiente in vivis, ut gangræna & sphacelo, in ulceribus & vulneribus putridis, fœtidis, aut ad putredinem inclinantibus, camphora præ aliis putredini resistere, & vi balsamicâ spiritum partis insitum roborare, partemque affectam sartam tectamque conservare solet. *Spiritus vini* igitur in hunc finem *camphoratus* fit:

℞. ℣ ℔j.

Cum *camphora* per lenem digestionem probè imprægnetur: qui si probè rectificatus fuerit, quantitatem ejus satis magnam imbibit & dissolvit, applicatur sic extrinsecus ad arcendam putredinem, & planè singularis in casu hocce ejus usus est.

Porrò convenit camphora spiritibus in morbis acutis, ubi eosdem quasi igneos seu fervidos redditos, indeque inordinatè motos, (unde deliria & convulsiones superveniunt) in debitas & magis ordinatas expansiones iterum redigere solet. In his igitur casibus camphora præ aliis optimum observatur remedium, non secus ac ipsos ∽ influos in deliriis melancholicis chronicis habitualibus, sive cum sive sine furore, similiter corrigere, & in crasin naturalem redigere deprehenditur.

Dico autem; in deliriis chronicis habitualibus: nam in his semper unà ∽ insiti affecti sunt, unde morbi hi curatu difficiles, & in posteros etiam transplantabiles existunt. In talibus casibus igitur camphora longè potentiùs, quàm opium, quod hîc potiùs nocivum est, spirituum crasin morbosam, & inde dependentes ataxias vitiosas, corrigit. Ergò ad ∽ animales conservandos, eosque acriores, fervidiores, & nimis impetuosos redditos; unde talia pathemata superveniunt, camphora præ aliis est simplex, quod immediate ∽ afficere, & eosdem, sine prævia contentorum alteratione, corrigere valet, & optimè potest.

CLASSIS III.
DE
SPIRITIBUS MOTU VITIATIS CORRIGENDIS.

TErtia Classis morborum spirituum est, quando hi tàm naturales seu vitales, quàm in specie & primariò animales, peccant, sive hoc sit in motu elastico sive irradiativo, quod etiam duobus fit potissimum modis: vel

(1.) defective; vel

(2.) excessivè.

Defectivè, dum torpidi, insensiles quasi, & suo modo fixiores existunt, unde omnium actionum languor ac impedimentum, affectus comatosi & soporosi ferè superveniunt; sicut contrà si secundò excedunt ∽ nimis volatiles, subtiles & impetuosi, motu elastico plus minus perturbantur, deliria hinc, motus convulsivi, & similes anomalæ actiones proveniunt.

Medemur autem his malis potissimùm mediatè, dum sanguinis vitiis, aliisque contentorum peccatis corrigendis, insistimus; vel dum immediatè auxilio opii spirituum motus inordinatos moderamur.

Defectum spirituum in motu restituunt omnia, quæ nuper ad spirituum defectum, & inde ortam virium imbecillitatem ac prostrationem restituendam, fuerunt recensita, in specie omnia spirituosa, penetrántia, odorifera, acriora & calidiora; hæc enim, præter hoc, quod spirituum copias suo modo adaugent, motum quoque eorum elasticum restituunt. His secundariò accedunt omnia, quæ organa sensuum paulò potentiùs afficiunt, & plus minus irritant, ut odores fortiores, vellicationes extremorum, frictiones linguæ, vomitoria, sternutatoria, &c. quæ omnia secundariò ad spirituum torporem excitandum, & impetum eorum provocandum, nonnihil conferunt.

Motum autem excedentem spirituum refrænant, & perturbatum plus minus corrigunt; quædam indirectè, quædam magis directè. Indirectè quidem, quæ objectum irritans ad partem irritatam, cujus occasione interdum spirituum impetus concitatur, corrigunt, ita ut objectum irritans temperando, partem irritatam autem demulcendo, spirituum nimium impetum sistant: Pertinent huc ea, quæ vi blandâ anodynâ sensus blandè demulcere solent. Directè autem hoc faciunt, quæ motum effrenem spirituum sistunt: inter illa excellunt usu interno papaverina; externo verò hyoscyamus.

Omnia autem narcotica respectu vitæ nostræ, hujusque principii, nobis hostilia, & revera quasi venenosa sunt; unde pro scopo, horum medio sufflaminandi spirituum impetum vitiosum, vel bina sufficiant ex pluribus selegisse, quæ præ omnibus aliis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0419-3 DFG

satisfaciunt. Inter papaverina habemus papaver sativum, & sylvestre, rhæas dictum; quod ultimum vi narcoticâ longè mitius observatur, dum blanda vi anodynâ ∽ quasi demulceat; hinc in affectibus cum inflammatione conjunctis, ut angina, pleuritide, &c. notum est, & nobile horum specificum: sed sativum pro motu spirituum coërcendo imprimis satisfacit, sive sit ex semine parata emulsio, sive syrupus simplex, sive diacodion Montani. In specie apud nos usitatum est *Opium*, sive huic præferendum adhuc Meconium primatum ducit.

De *Opio*

ergo, ceu remedio polychresto, pauca disseramus, consideratis his 4. Referamus scilicet

(1.) Autorum de eo sententias;

(2.) Virtutem principalem, in qua consistat? & quibus malis, nunc mediatè nunc immediatè, succurrat?

(3.) Nocumenta, quæ ejus usum aliquando sequi possunt; & tandem

(4.) Præparationes ac correctiones dicti opii.

Quoad I. igitur, experitur opium, non secus ac omnia generosiora remedia, commune fatum; dum laudatur ab his, culpatur ab illis. Veteres, & moderni præprimis, opium & usurparunt & laudarunt; Veteres *Græci*, & cum *GALENO Arabes*, multum tribuunt eidem, unde compositionibus suis magnis, Mithridatio, Theriacæ, &c. tantùm non pro basi inseruerunt. Moderni post *PLATERUM*, (qui primus opium sub scamno rejectum protraxit) ut *SYLVIUS*, ejusque imitatores, iterum in usum vocarunt ita ut ille dixerit; se semimortuos opii usu restituisse sæpius; hic verò, se malle Praxeos usu carere, quàm opii usu destitui. Mediæ ætatis & superioris seculi Medici ad unum omnes culparunt opium & rejecerunt: quorum hypotheses de ejus usu & viribus collectas videbitis in *ZWELFFERI Edit. ultima Pharmacop. Regiæ, pag. 153. seq.* Particulariter de eo scripserunt *WINCLERUS, FREITAGIUS, DOERINGIUS, HARTMANNUS, SALA in Ternar. Laudanorum*, &c. Interim diversitatis ratio ex hoc sequitur, quod isti rejecerunt opium, in debita præparatione, & usu ejusdem, delinquentes; Veteres autem fermentationem instituerunt, & sic correctum & satis tutum habuerunt; quod pariter moderni corrigere debitè conati sunt, ac salubre remedium inde experiuntur.

Quoad II. Vires nempe opii, residet materialiter in concreti substantia resinosa. Ex Indiis ad nos adfertur, & cum aliis succis sæpè adulteratum est; unde opio peregrino adulterato præstat succus ex papaveris capitibus incisis elicitus & inspissatus. Aliàs est succus gummeus inspissatus, qui sub cortice suo nucleum resinosum habet reconditum, in quo vis ejus, ob quam expetitur, residet. Resina autem hæc pro aliarum ratione est concretum ⊖inum oleosum, ex acido pingui & alcali copioso constans. Formaliter vis ejus anodyna & narcotica residet in ♃e ejus concentrato, sed facilè resolubili, & in odorem penetrantissimum diffusibili, quo immediatè afficit ∽, eosdemque sapore suo quasi condensare, & hinc impetum eorum nimium refrænare solet. Ab hoc igitur certè benedictum remedium est opium legitimo usu, & quasi catholicatum, nec satis laudandum; immediatè nempe quoscunque spirituum motus, furores & perturbationes, plus minus sistere, & hinc mediatè omnes humorum in corpore agitationes & motus vitiosos modificare & refræna re valet. Ex his, tanquam effectibus principaliorib, omnes ejus reliqui usu profluunt: hinc eô ipsô, quo spirituum nimium impetum sufflaminat, est, quod vigilias compescat, somnum inducat, & hinc quosvis dolores externè & internè sopiat. Eo ipso, quo humorum quorumvis in corpore agitationes, & motum localem vel progressivum inhibet, simul humorum excretiones sistit, quinimò, ipsos humorum motus fermentativos, quatenus ex quorundam heterogeneorum admiscela plus minus dependet & imminuit. Prioris ratione in quibusvis hæmorrhagiis, alvi fluxibus, vomitibus, &c. est obvium; non secus ac sudores phthisicorũ colliquativos nocturnos egregiè compescere solet, utut sudores aliàs naturaliter profluere faciat. His ipsis modis, febres tàm continuas quàm intermittentes mitigando, & impetum spirituum sopiendo, symptomata harum periculosiora inde orta notabiliter imminuere solet, & aliis appropriatis additum nunc retardat nunc cohibet paroxysmos, quinimò ad minimum rigores imminuere solet: in continuis, tàm benignis quàm malignis, ægrotos inquietos & agrypnos, quietos & mansuetos reddit, & hoc ipso perturbationes corporis lenit. Ergo in paroxysmis epilepticis, hystericis, in quibusve morbis convulsivis, tam præservandis, quàm paroxysmis imminentibus moderandis & compescendis, optimè convenit: hinc porro quosvis dolores, præsertim non adeo chronicos, capitis, articulorum, dentium, &c. sistere, notorium est. Unde etiam ad hoc, tanquam ad sacram anchoram, confugimus, ut aliquando inde ægris adferamus levamen; adeò ut universalius longè sit remedium, quàm purgantia & sudorifera. *Confer. MYNSYCHTHIUS in Armament. Chymico p. 71. item HOEFERUS in Hercule Medico pag. 157. & 158. BONTIUS in Commentar. in Garciam ab Horto cap. 4.*

Ex hoc puncto probabile reddi potest dogma de Panaceis: si enim opium vegetabile quoddam, & convertibile in stomacho, tàm insignes vires habet, ut in parva dosi omnibus symptomatibus occurrat, quidni remedia fixiora, minus alterabilia, majores habebunt vires? Hinc metallica & mineralia generosiora, ad universale medicamentum accedentia, universaliter etiam quasi operantur: inter quæ imprimis sulphura mineralia fixa, vi anodynâ spirituum furores & inordinatos motus sedantia, eminent, qualia sunt ♃ vitrioli Veneris dulce, de quo legatur *POLEMANNUS in Tractatu de Sulphure Philosophorum.*

Dantur & plura universalia, qualia sunt ℞ & ♃a ♂alia, ☉is & Veneris, quæ reverà omnia symptomata urgentia sistunt. Sed de his *plura in Curat. Morborum Archealium.*

Dubium autem est, an etiam in deliriis conveniat opium, sive in acutis sive in chronicis habitualibus, Melancholicis? Cautus sit hîc opii usus, præsertim si sint Melancholici, habituales: nam opiata in nostro climate somnia ferè turbulenta inducere solent, unde verendum, ne in delirantibus jam alia simul periculosa symptomata post se trahant; tutiùs tamen, præsertim cum acidis, præparatum opium convenit. Nam in deliriis Melancholicis nullum omninò habent usum, & nullum sortiuntur effectum, licet in dupla vel tripla etiam dosi propinentur, dum hi ordinatiò sunt agrypni: quod autem cùm non fiat, tunc ferociores ferè evadunt ∽ post opiatorum usum.

Sed cùm benedicta in opio sit Medicina pro salubri ejus usu 4 ejusd. nocumenta & cautelæ sunt notanda:

(1.) Ut ritè correctum, præsertim per alcalia, citra castrationem per acida, usurpetur. Nam opium nobis usitatum sub vi blandè anodyna simul habet

habet reconditam virulentiam narcoticam, i.e. ſtupefactivam malignam, qua ~ figuntur & ſtupidi ac immobiles quaſi fiunt, & ſomnia turbulenta excitantur: vid. *HELMONTIUS Tractatu Jus Duum-Vir.* §. 56. *pag.* 248. Hæc ergò auſferatur, ut emergat ſub ea abſcondita vis anodyna, ~ ſedativa.

(2.) Quod minus conveniat infantibus. Si tamen urgente neceſſitate utendum, utamur Mithridatio & Theriacaad gran. j. l. ij. l. iij. cum aliis appropriatis abſorbentibus pulveribus ſociando, quibus permiſtum optimè ſic convenit, licet in tantillo Theriacæ vix ſenſibilis ſit opii quantitas: nihilominus blandè & ſuaviter afficiuntur infantes, ut etiam gran. j. pro duabus doſibus ſufficiat aliquando; reverà autem pejus ab opii uſu nimio habent. Novi hîc exemplum infantis, qui ejus grano unico propinato ebrius quaſi factus cum ingenti parentum conſternatione. Huc pertinet, quod *PANAROLLUS* refert, peſſimo conſilio nutrices infantibus pro ſomno conciliando ſemen papaveris in pulte immiſcere; obſervatum enim eſt, quod ſæpè exinde ſtupidi & hebetis ingenii, ſi non epileptici, evaſerint.

(3.) Infeſtũ etiam eſt opium gravidis ſeu prægnantibus, & non niſi certo in caſu conveniens, cùm ad abortum has ſoleat disponere, tam in primis, idque maximè, quàm in ultimis geſtationis menſibus; niſi ubi ex nimio ſpirituum impetu metus ſit abortus, aut etiam aliunde commotis, v. g. ab ira, formidine nimia, &c. in tali caſu aliis ſociatum, & non niſi in pauca doſi propinandum. De cœtero ab eodem in prægnantibus abſtineamus.

(4.) Ut legitimo tempore & conſtantibus adhuc nonnihil viribus adminiſtretur; has enim aliàs debiles ſpirituum impetum ſiſtendo magis debilitaret: ſemper enim languorem poſt ſe relinquit, unde ægri ordinariò debiliores redduntur. Dicunt quidem: Ich habe wohl geruhet; aber ich bin matt; quando ~ ſcilicet rariores & ſubtiliores ſunt, atque ægri facilè in animi deliquium incidunt: in phthiſicis autem, v. g. ex ſpirituum textura magis conſtante vires magis roborari ſolent: nec dandum, quando omnia jam deſperata ſunt, quia tunc inutile. In ſpecie non, niſi rarò, *in principio* morborum acutorum, nec *in ſtatu* uſurpetur: non *in principio*; ſiſtitur enim primus naturæ impetus, cùm omnis morbus ſit conatus quidam naturæ: non *in ſtatu*, quia motum naturæ plus minus criticum aliàs impediret: vid. *BALLONIUS lib. 1. Conſil. 65. pag.* 329. potiùs ergò in incremento, ubi omnia ſymptomata urgent, ac ſymptomatum copiâ natura irritatur ulteriùs. In chronicis vero morbis ſaltem confert in paroxysmis paulo atrocioribus mitigandis & nonnihil ſiſtendis, ſed ante paroxysmum, & non, niſi cum appropriatis, adhibeantur; extra paroxysmum in morbis chronicis fruſtraneus eſt eorum uſus, & ut dictum, morbus tunc diuturnior redderetur; ſicut in paroxysmo ipſo exhibitum, hunc quoque magis protraheret aut continuaret. In febribus intermittentibus obſervetur legitimus adhibendi modus: nunquam ſcilicet ſolùm, ſed ſemper debitis ſociatum ſpecificis, affectuique ſimul appropriatis remediis, vel diaphoreticis, vel præcipitantibus, vel purgantibus, propinetur, quia hæc tunc jucundiùs, ſæpe felicius operantur. Aliàs ſolùm opium palliat ſaltem morbos & ſymptomata; nam cùm rotæ primæ motum nonnihil ſiſtat, & reliquæ rotæ minus moveantur, ſed leniendo ſymptomata, morbi inde pertinaciores & diuturniores redduntur; figendo enim ſpiritus, & materiam morborum occaſionalem ſiſtendo, hæc coërcita glutinoſior & magis chronica redditur, & per conſequens contumacior fit morbus; econtrà ſi quæ metuenda eſt noxa ex ſedativa vi opii, admiſtione appropriati præcavetur: vid. *GRUELINGIUS in Florileg. Artic.* 10. *cap.* 3. *pag.* 263. & 269. Opium enim non radicitus curat. Illuſtrabo exemplis: In tuſſi ab humore tenui opiata eundem humorem craſſiorem & viſcidiorem reddunt: opio tolluntur febres intermittentes omnes, legitimo ſcilicet uſu; ex perverſo autem abuſu febres intermittentes duplices aut triplices reddunt; cauſa enim morborum peccans materialis glutinoſior facta, in nido ſuo magis incuneata, & ſic morbus diuturnior redditur. Unde opiata nunquam ſolitariè, ſed ſemper cum appropriatis ſociata, &, præmiſſis univerſalibus, adjectis v. g. febrifugis, &c. uſurpanda ſunt.

Quæritur autem *tertiò*, quomodo opium ſit corrigendum? & in quo conſiſtat ejus vis maligna, ut corrigatur? Omnibus notum eſt, quod omnia opiata, papaverina, ſolana, omnes ſpecies cannabis, lolii, agnus caſtus, &c. uſurpata inducant ſomnum, & externè vel internè ſiſtant dolores; qui 2. effectus ab uſu opii fiunt ordinariò. Jam autem conſideremus, quod ſomnus naturalis non fiat à ſpirituum animalium nimis veloci motu, ſed lento & ſufflaminato. Mirandus hîc opii & ſimilium, narcotica dictorum, eſt effectus, qui tamen ex eo, quod ſpirituum animalium impetum & motum ſufflaminat, plus minus eorum volatilitatem & ſubtilitatem, indeq; facillimam expanſionem & mobilitatem figendo quaſi aut condenſando, eosque torpidos reddendo, explicari poteſt, unde conſequenter tàm continentium, quàm contentorum, reliquæ motiones naturales & præternaturales ceſſant; quæ figendi opiatorum potentia conſiſtere videtur in principio ejus ♁ eo, quod cùm in ſe reconditum habeat acidum occultum, ratione hujus arctiſſimo amplexu retinet ⊖ volatile acre amaricans, adeoque ex aliorum principiis potiùs *in calore*, quàm *frigore*, fundatur.

Confirmat hoc, quod omnia hæc narcotica, ſimplicia odorem referant fœtidum, oriundum à ♁ e crudiore indigeſto. In principio ♁ eo latitare hanc vim narcoticam, confirmat ☿, qui nimium aſſumptus eſt narcoticus. Sopor hic morboſus eſt ſimilis iis, qui à gas carbonum incenſorum carotici redduntur, qualis ſopor dependet à ♁ e per inciſionem volatiliſato, & minus fixo & maligno: Fumus narcoticus metallicorum etiam in tali ♁ e immaturo conſiſtit: Gas, quod ex liquoribus fermenteſcentibus exhalat, mirè ad profundos ſomnos cogit; nam effluvia hæc etiam ſunt de natura ♁ ea volatili.

Præparatio ergò opii, & omnium opiatorum, tandem conſiſtit in eo, ut corrigatur hoc ſulphur volatile minus maturum, narcoticum & virulentum, in reſina reſidens perquam tenaci & viſcida, ut nonnihil figatur & quaſi maturetur ſimul in contractione ejus debita, vel etiam cum aliis appropriatis compoſitione ulteriori. Corrigendi autem modus triplex eſt; vel per acida, qui eſt peſſimus; vel alcalia; vel per fermentationem, qui ſunt optimi. Tentarunt etiam quidam per rorem majalem, ſed

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0421-0 DFG

hæc est superficialis ejus præparatio. Alii negotium hoc instituerunt per ☿, sed cùm hic ipse sit inebriativus & narcoticus, nihil fecerunt.

Quoad I. Acida, e. g. ♣, fumus ♃is, &c. hæc, præsertim graduata seu mineralia, nimis concentrant resinam, invertunt & ferè castrant opiũ, quatenus corrigunt & destruunt ☉ ejus volatile oleosum unde etiã per acida correctum debilius observatur: imò quoad vim narcoticam non est correctum, sed infractum, & propterea hæc correctio minus est conveniens, utut ista cum aceto destillato ritè instituta in morbis acutis, & certis affectibus, non sit contemnenda; ita enim opium extractum citra vim stupefactivam ægros reddit admodum quietos & placabiles, quos econtrà, si cum spiritu vini extractum fuerit, præter vim stupefactivam deliros & turbidos facit. De diversitate autem Extractionis cum aceto destillato & ☿ notabilis est locus *in Actis Anglorum*, qui videatur.

II. Concinnior est correctio per digestionem, quando opium permiscetur cum alcalibus, tàm fixis quàm volatilibus. Primatum ducit ☉ ♀ fixum, vel oleum ejusdem per deliquium, quod solvit & penetrat texturam opii, dissolvit resinam ejus, & particulas ♃eas blandâ digestione evolare facit: scilicet opium solvitur in lixivio ☉ ♀, solutio filtratur, & per evaporationem inspissatur, remanet concretum solubile cum ☉ ♀, cui affundatur ☿ probè rectificatus, sic extrahitur opium correctum, & remanet ☉ ♀ cum scoriis opii; sic habetur Essentia opii eleganter correcta, perfectè anodyna; sine ulla narcosi & magnarum virium & potestatum, imprimis si addatur spiritus terebinthinæ. Hoc modo omnia vegetabilia venenosa, etiam napellus, volatili vi maligna spoliantur & cicurantur.

III. *Tertia Correctio fit per Fermentationem* cum *succo cydoniorum*, vel alio quodam stomachico appropriato: Eam debemus *HELMONTIO*, ex quo per aliorum comunicationem habet D. *LANGELOTT in Epist. ad A. N. C.* conscripta. Labor tamen hic minus succedit, aut si succedit, evadit opium à virulentia narcotica non tantopere separatum & correctum, uti dicitur; vel videtur, *LANGELOTTUM* encheireses quasdam subticuisse, vel remedium non adeò nobile acquisivisse, ac ipse prædicat. Hujus igitur loco concinnior est modus per effervescentiam paratus:

℞. *Opium pulverisat.*

Impregnetur o. ℔ ♀ *p. d.* digerantur aliquandiu: quo facto instilletur ✳, incipit effervescere blandè, & continuatâ ✳i affusione pereleganter effervescit non adeò insigni impetu: sic optimè recluditur *opium*, & continuatâ ad punctum saturationis effervescentiâ, denuò digestionis medio extrahatur l. cum ☿ in *Essentiam*, l. ☿ *abstracto* redigatur in *Extractum*, quod aliis præparationibus meritò præfero. Tutissimum enim est, etiam in paulò majori dosi.

Quoad Menstrua, ex dictis patet, optimum esse ☿ in extrahendo Opio sic correcto, qui illud suo adhuc modo corrigere, & simul spiritibus nostris magis sociabile reddere valet. In morbis tamen acutis tutius est, si cum aceto destillato nunc extractum sit opium & inspissatum, nunc sine prævia correctione, per alcali, nunc cum prævia correctione, cum aceto destillato dissolvatur, ac sicnobis appropriatum magis reddatur.

Hyoscyamus.

Minus tutò internè propinatur; ejus enim usu stupidi, vertiginosi & semidelirantes redduntur assumentes: Hinc vix adhibetur, nisi in corrigendo sputo cruento, ex commendatione Plateri & aliorum; reverà tamen hoc ipsum etiam ab opio ritè correcto expectare possumus. Externè verò nobilissimum est Anodynum in partium externarum doloribus, pro impetu spirituum sufflaminando. Usus ejus est tripiex; vel oleum expressum, cum oleo nucistæ expresso sociatum (solitariè enim usurpatum nimis alterat spiritum insitum, unde cum aromaticis insuper misceatur) vel *Unguentum*, si cum *butyro recenti non ☉ito* frixetur *hyosciamus*, & factâ leni expressione fiat unguentum viride, cui aliquot guttæ *olei destillati baccarum juniperi*, &c. addi possunt; vel fiat *Emplastrum* ex hoc ipso *Unguento* cum *cera* & *oleo proprio expresso* ad consistentiam Emplastri q. s. assumptis; quod extra applicatum pariter, ac superiora illita, spirituum motum, & pathemata plurima dolorosa in partibus externis, sistit.

Classis IV.

DE

CURATIONIBUS SYMPATHETICIS, MAGNETICIS & TRANSPLANTATORIIS.

DIxi superiùs, propriè loquendo non nisi per similis speciei animalis spiritum, propriè dictum alterationem in spiritibus nostris fieri posse, idque ferè in *Curationibus Morborum Archealium*, sympatheticis, magneticis & transplantatoriis, locum obtinere. De his igitur jam aliquid addendum est.

Alia autem longè ea, quæ sublimior ferè, hoc in negotio *HELMONTII* est Philosophia, quiremedia, corporali suo cum partibus corporis contactu, & materiali unione, operantia parvi faciens, asserit duplicem actionem ratione craseos materialis, & secundum ideas morbosas in archæo conceptas, quarum delectione dicit morbos curari, de quibus in Pathologicis egi.

Ut enim *hic ipse* rerum naturalium ortum, progressum & interitum ex ▽ per semina rectè explicat, inque horum efficiente Archæo, præter vim fermentalem (materiæ in tale corpus transmutativam: etiam vim directricem in corporis partium, ex determinata materia, formatione, earumque actione ac usibus statuit, quàm in ideis (ob id à *MARCO MARCI* Operatricibus, potiùs directricibus) positam esse affirmat, etiam per talem processum quasi seminalem morbos in nobis progigni asserit, dum Archæus seu spiritus insitus occasione quacunque, speciatim peccantis cujusdam materiæ occursu, irritatus varias ideas furoris, excandescentiæ, pavoris, &c. aliasque, sponte concipiat, aut similes aliunde sibi communicatas; ideas appropriet, pro quarum ductu & directione multipliciter actiones naturales corporis & functiones vi & potentiâ idearũ seminalium perficiantur. Hinc est, quod dicit, dolorem dentium oriri à tali furore, seu excandescentia, seu idea furoris, concepta in spiritu insito dentis, ideò curat per similem pavoris ideam, per osticulum nempe bufonis, morbosam ideam.

Remedia ergò hactenus usitata saltem à posteriori, removendo causam occasionalem, aut producta ejusdem morbosa, curare asserit, à priori verò nullatenus radicem morbi attingere, unde & tam plures

plures morbi, ceu incurabiles, à Medicis relinquantur, & quas ipsa natura curare nequeat, etiam Medicos, ceu simplices illius ministros, removere non posse. Illustrat hæc non tantùm per curas morborum sine sensili causæ materialis remotione per sola animi pathemata factas, sed etiam per vires imaginationis, tam in corpore proprio quàm in fœtu in utero concluso, in generatione morborum & horum curatione & remediorum determinatione perquam efficaces. Et confirmant idealem hanc hypothesin sufficienter morsus quorumcunque animalium, qui ex perturbationibus affectuum, indeque ortis ideis, sunt venenati, aut ipsius hominis; sicut & sanguis recens & calidus animalium haustus hominem in mores & actiones brutales transformat, non minus quam carnes animalium ex perturbationibus in rabiem actorum comestæ, similem rabiem nobis communicant: vid. *KIRCHERUS de Peste.* Et in genere omnia ea assumpta, quæ imaginativam perturbant, & deliria determinata inducunt, alio modo operari nequeunt, quàm per ideas simul transplantatas, qualia exempla videbitis in *KIRCHERO l. c. pag.* 203. *BARTHOLETTO de Respirat. l.* 5. *cap.* 3. *pag.* 405. & *DOERING. de Opio p.* 72. & 79.

Imaginationis ab omnibus mirandæ prædicantur vires, tam in statu sano quàm morboso. Quid valeat matris imaginatio in signando fœtu? notum est: vid. *HORSTIUS l.* 11. *Observat.* 3. Quo & pertinent peculiaria exempla ab *HELMONTIO* recensita *Tr. de Injectis Mater.* §. 9. quorum rationes videbitis in *MARCO MARCI p.* 415. quosdam ex imaginatione firma non tantum in morbos incidisse, sed etiam iisdem occubuisse, referunt Observationes, imprimis *HEINRICI ab HEERS*: Fiducia ægri in Medicum, ejusvè Medicinam quid valeat? omnibus notum est: Et videatur *MARCUS MARCI p.* 511. ubi simul demonstrat, quare metus morbi ejusdem paroxysmum sæpè inducat, qui aliàs ad tempus aliquod adhuc mansisset sopitus; dumque terrores vel pavores concepti sæpè diuturnorum malorum causæ sunt, in specie variorum deliriorum, de quibus *PLATERUS in Observat. pag.* 51. & 90. hoc tamen beneficio imaginationis fortioris obtinent. Confirmatur, quod in nobis vel simplici imaginatione actiones medicamentosæ variæ, item morbosæ, excitentur: Vomitum & secessus simpliciter interdum sequi per imaginationem, rei cujusdam horrendæ auditum, noto notius est; unde multi absque odore ullo percepto, viso tantum medicamento, aut mentione saltem ejusdem factâ, sufficienter purgati fuerunt, quod *M. A. N. C. Ann.* 1. *Observat.* 152. & *Ann.* 6. *Observat.* 238. item *HOFFMANNUS in M. M. l.* 1. *cap.* 8. testantur; Sicut solo conspectu Infusi cujusdam antimonialis nauseam, & copiosam, tam per superiora quàm per inferiora, purgationem excitatam refert *BARTHOLINUS Centur.* 5. *Histor.* 64. & visu deglutitionis pilularum procuratam purgationem videbitis in SAMUEL *l.* 3. *Observat.* 14. Omnes hæ operationes sequuntur imaginativæ vires. Hæc autem fit tantum per species objecta sensibilia repræsentativas, hoc est ideas spiritibus conceptas & impressas, unde horum actiones naturales ad varias depravationes disponuntur. Conf. *PETERUS Dissertat.* 1. *de Glandulis Intestin. p.* 2. *cap.* 2. hinc est, quod sæpe morbi gravissimi sine omni sensibili medicamenti effectu, vel ulla materiali excretione, vel alteratione materiæ peccantis subitò curentur, qui aliàs sub laboriosis venæ sectionibus, purgationibus, diætis, & ad dedecus Medici contumaces persistunt. Nihil dicam jam de *lapillo Butleri*, de quo *HELMONTIUS pag.* 466. & *MARCI p.* 544. sed hoc urgeo, quod contumaces febres intermittentes esu rei apparenter nocivæ, sed appetitæ, v. g. halecis, curentur tuto; (unde & periodi febrium, quatenus adeò certæ & statutæ ab Archæo, per certam ideam modificato, oriri videntur; hinc & opium paroxysmorum febrilium recursum impedit) quod difficillima curatu Mania injectione in ∇m frigidam tollatur: vid. *HELMONTIUS Tract. Demens Idea* §. 49. quod subita iræ excandescentia vel repentinus metus curent inveteratas paralyses: vid. SCHENCK *l.* 1. *Observat. pag.* 94. & *HORSTIUS T.* 2. *l.* 11. *pag.* 15. quod magnæ excrescentiæ curentur sine ferro, sine igne per contactum manus mortuæ, chronico morbo sensim interemptæ. His ergò in morbis ideæ morbosæ per alias deletæ morbum solvunt. Dum etiam Veteres Galenici causas læsarum actionum Facultates læsas vel irritatas dicunt, quid his irritationibus velint intellectum, aliter explicare nequeunt, nisi dicant, ex præsentia rei molestæ vel præternaturalis percepta stimulum injici Facultati ad amovendum hoc molestum. Necesse ergò est, molestiam inferri ab objecto, hanc recipi & percipi, h. e. quasi sentiri in subjecto, quod exinde velit repellere istud? Sed quomodo hoc faciet, nisi interveniat furoris vel indignationis idea, à qua excitetur ad talem repulsionis motum? v. g. dum stomachus irritatus producit vomitum? Sub istarum ergò umbrularum lumine tacitè ipsas ideas insinuant; ac hinc dictæ Galenicorũ facultates toties irritatæ, actiones hinc pervertentes nil aliud quam talia Archei pathemata, & hinc natę pręternaturales ideæ, esse videntur, loco quarum moderni spirituum animalium impetum, & præternaturales eorum motus ritè substituunt, utut vim motus determinativam ob subtilitatem suam non clarè satis explicent.

Sunt ergò morbi Archeales utplurimum ad morbos occultarum qualitatum relati, qui oriuntur ab ideis peregrinis, Archeum seu spiritum ad actionum depravationes determinantibus; quatenus nunc communicantur spiritibus ab extrinseco, ab assumptis, aut morsu animalium; nunc generantur in iisdem ab intrinseco, vel ab imaginatione, vel ab animi perturbationibus, quorum simulacra non tantùm in penu memoriæ, sed etiam in ea parte corporis, quã species connexa signat, insculpuntur (hinc scorpio irritatus infligit per cuspidem caudæ vulnus venenosum per se lethale; sin verò ex improviso cauda ipsi amputetur, hâc ipsâ corpus innoxiè vulneratur) vel etiam excrementis, quæ prout aliàs noxarum, quas corpori inferunt, causæ sunt occasionales, ita excorum molesta præsentia & irritatione excandescunt ∽, & furoris ideam concipiunt, indeque varias actionum læsiones inducunt. Conf. *HELMONTIUS & MARCUS MARCI.*

Remedia ergò, *quæ morbis* hujusmodi *Archealibus medentur*, faciunt hoc vel directè vel indirectè: Quæ *directè medentur*, sunt *remedia* sublimiora *immediatè in* ∽ *operantia*, ideasque istas morbosas delentia, ∽ blandè pacando, vel ideam contrariam extinguendo, quatenus dicta remedia saltem irradiativè instar odorum, solis veluti effluviis, quæ de se fundunt, agunt in sopitum vel succensum Archeum, in specie in stomacho, unde demum in totum corpus per poros particulæ remediorum minutissimæ penetrant, & sanitas inde succedit, taliumq; intuitu Archeus certo modo alteratus morbosas exuat

aut deleat ideas, vel alias illis contrarias suscipiat, ut ita cesset præternaturalis Actionum perturbatio, & naturalis pacata redeat quies; *Indirectè* autem *operantia* sunt ea, quæ causam occasionalem talis morbosæ ideæ removent, v. g. quando delirium ab hyoscyamo assumpto inductum, curatur per vomitum; vel quando excrementa evacuantur, quorum præsentiâ aliàs ~ excandescebant.

Per exempla res est clarior: *Manus* longo morbo *mortua excrescentias delet* suo contactu, ob pavorem mortis, inductum archeo excrescentiæ, qua pavoris ideâ excrescentia sensim decrescit; manus verò violentâ morte interempti cadaveris idem non facit, cum in talibus aliquid vitale, h.e. de spiritu insito, remaneat: ob similem rationem manus mortua ad contactum nostrum adeò friget apparenter: *Vipera venenum* per morsum inflictum in indignationis & furoris consistit idea, hanc *delet bufo vivus contusus* & applicatus, ob contrariam pavoris ideam, ex hominis præsentiâ contractam, quam moriens adhuc retinet (vid. *HELMONTIUS Tract. Tumulus Pestis p. 885. KIRCHERUS Scrutin. Pestis p. 346.*) quâ ipsa pavoris ideâ quascunq; *hæmorrhagias*, ex nimio ~ furore & impetuoso motu concitatas, *bufo appensus* feliciter *sistit*: sicut *ejus ossiculum*, pulsu; infantis applicatum, ob eandem ideam *epilepsiam ejus sistit*, natam vel ex ira vel ex terrore nutricis, infantem paulopost lactantis: ex simili fundamento *scorpius cum vipera propriis morsibus applicati, venenum tollunt*, ex contrarietate scilicet idearum; Vid. *MARCUS MARCI p. 532.* quare pavidum animal, *lepus*, ejusque *cruor per venationem* benè *agitatus*, ex idea contraria vel *dysenteriam* vel *erysipelas curat*: vid. *HELMONTIUS Tract. Potestas Medicam.* §. 29. non minus quàm, quare *cruor tauri potantem strangulat*, non verò cruor bovis: *Idem in Tract. Natura Contrar. nescia* §. 40. *sanguis torpidi & somnolenti asini* juxta aures extractus, & linteo exceptus, si potui infundatur, *Maniacos feroces* ex idea contraria *curat*.

Nec desunt alia remedia per idealem modum operantia, v. g. rasura cornu tauri in coitus ardore abrasa mirè armat in Venerem; cerebrum & sanguis passeris, in Veneris actu enecati, potentiùs longè stimulat eandem, quàm si nudè interficiatur alio tempore; sanguis & testiculi cervi, dum in venerem hiat, transfossi Arcanum est Venereum cujusdam Principis; sicut & ejus priapus, simili tempore enecati, cum vino subactus, & testibus applicatus, singulariter venerem excitat; Vid. *BARTHOLINUS Centur. 6. Histor. 50.* filum rubrum, quo vipera strangulata fuit, collo circumductum curat anginam; ulnea cranii humani detenta in manu impedit sanguinis ex secta vena in brachio eruptionem: Vid. *BOYLE in Philosoph. Experimentali*, *HELMONTIUS Tract. Magnetica vulnerum Curatio.*

Ex perturbationibus animi gravioribus, per ideas inde enatas Archeum diversimodè dirigentibus, & induci morbos, & etiam curari, aliquoties monitum fuit: vid. *HELMONTIUS Tract. In Herbis, Verbis & Lapid. magna virtus*: Terror interdum diuturnam curat Quartanam: Arthritidem inveteratam curari per torturam, refert *HILDANUS Centur. 1. Observat. 79.* quæ ex terrore nimio ac ferè intolerabili dolore, ob suem cataplasma anodynum depascentem, curata quoque fuit, Autore SALMUTH *Centur. 1. Observat. 48.* ob ingentem terroris ideam, archeo pedum incussam, quare cursus paroxysmi inhibetur; qualis Arthritis ex insperato gaudio similiter ablata fuit, Autore *HILDANO Centur. 1. Observat. 79.* Ast quoties fit, ut metus podagræ eam absentem subitò inducat, aut præsentem exasperet? Vid. *MARCUS MARCI p. 510.* Pavor mortis ex metu suffocationis hydrophobiam sanat. Jam cogitate operosam medentium artem circa tales affectus per medicamenta interna & externa varia applicata, sed frustra; quia per sola animi pathemata subitò & derepente curantur, quæ quicquid possunt, primariò per ideas exinde enatas, & certæ parti impressas, præstant. Motus humorum & agitatio, quamquidem hîc pro causa cognoscunt, vix aliter quàm ab Archeo, per tales ideas determinato, oriri possunt aut certè non tantam habent efficaciam, ut v. g. Arthritidem tam subitò & radicitus tollere valeant.

Satis manifesta hæc sunt pro confirmatione Curationis morborum Archealium per ideas, & remedia idealitèr operantia. Hisce jam ad jungenda ea remedia, quæ simili ideali influxu, utut obscurius paulò, licet potentius, operantur. De Amuletis, earumq; efficacia, jam nihil dicam. Saltem de Metallicis dico, quod horum legitimè præparatorum & reclusorum magna sit potestas, quæ imprimis in eorum ♁e *fixo* latet recondita, adeò ut in his ♁ibus correctis & perfectis tota morborum cohors auscultet: vid. *de modo agendi horum remediorum HELMONTIUS loco citato*; in quo prolixè demonstrare conatur, agere hujusmodi ♁a sine suo materiali in corpus ingressu; utut agant in Archeum instar luminis, solo velut radio vel aspectu sui, quo radio animatus Archeus fingat in se ipso ideam rerum agendarum. Speciatim quidem ignem seu sulphur Veneris fixum, ex vitriolo Veneris præparandum, hîc maximè extollit, & mediante hoc elemento △ Veneris, hoc est, olei è ♁e Veneris, paratum Mercurium diaphoreticum fixum, quæ 2. omnia ista præstare ait, quæ Medicus vel Chirurgus desiderare queant. In ♁e hoc Veneris fixo latet vis singularis pacans Archeum, omnesque ejus furores suaviter compescens & componens, de quo præter ea, quæ hinc inde habet *HELMONTIUS*, vid. *POLEMANNUS de ♁e Philosophorum.* Vitriolum ratione suæ partis metallicæ hanc vim obtinet participatam, unde ♁ vitrioli anodynum dulce tantæ est æstimationis, & in hoc sulphure vitrioli latet ejus vis sympathetica, unde etiam ex Vitriolo volatilisato *Lapillus Buttleri*, seu *Drif Helmontii*, præparari solet. Huc pertinent ejus Elixyria ex Oleis aromaticis in ⊖ volatile redactis: vid. *Tractatus de Princip. Chymicis.* Adhæc ♁a, & alia fixa ex Metallicis parata remedia, tam sicca in consistentia, quàm liquida, liquidarum ℞ rum forma, v. g. Antimonii, ⊙is, &c. se exhibeant, pertinent. Sanè uti generationes rerum ex seminibus sine talibus ideis vix explicari possunt, ita etiam in morborũ productione & generatione hæ ipsæ ulteriorem considerationem merentur. Sulphura autem hujusmodi metallica, aut quæ ejusdem sunt prosapiæ remedia, vi anodynâ singulari, & hinc vi antiepilepticâ pollere, clarum est ex Cinnabari antimonii: ut taceam alia ♁a & ℞as fixiores ♄ales, quæ utut non citra suam corporalem alterationem, tam activam quàm passivam, & in anodyna & hinc diaphoretica operatione sunt summè æstimanda. Quædam enim remedia, dum adhuc in ventriculo hospitantur, suas mirandas exerunt energias; e. g. horum loco commune saltem illud opium, utut non omni carens virulentiâ, etiam nunc in primis viis existens, somnum infert, & laudatissimas non raro operationes exerit, ut *supra dictum* est ex *HELMONTIO*, qui etiam *Tract. jus*

Duum-

daumvir §. 22. refert quod ex semine hyoscyami assumpto quidam deliraverit, assumpto autem vomitorio semen in forma mucilaginis rejecerit; quæ res meretur altiorem indaginem.

Opium enim remedium esse ferè Catholicum, & quod in omnibus ferè affectibus nó sine fructu adhibeatur, in *Classe* 3. pluribus dictum; siquidem quascunque in corpore nostro exortas motiones humorum & spirituum præternaturales compescit. Utut autem parva & exigua ejus dosis non possit referri ad ea, quæ materiali sui miscela in humores aut corporis partes agunt; operatur tamen potiùs in ~ vi suâ narcoticâ, ejus motus nimios, furores & excandescentias sopiendo, sicut alia remedia omnia narcotica non nisi spiritum afficiendo, suas exerunt operationes. Sed cum & ipsa vis narcotica sit nociva, demum tunc salutare evadit remedium, dum depositâ istâ virulentiâ per solas virtutes anodynas, Archeum placantes, operatur.

Generosissima enim remedia aliter operantur, quam vulgaria: e. g. dedi aliquando ægræ ʒj ~ ⊖ ✳ci rectificatissimi, nec tamen sudorem potui prolicere: propinavi autem deinde ℈ß auri diaphoretici Poterii, & post quadrantem horæ copiosissimus sudor sequebatur, quanquam ☉ adfuerit corporaliter, nec ♃ ejus extraversum, tamen operationem maximam perfecit. Ergo videmus, quod ♃a metallica fixa plus in recessu habeant, & sublimiora medicamenta, ac quæ ad universalitatis gradum magis accedunt, longè aliâ ratione operari. Sanè hæc omnia optimè explicari possunt & dilucidari per hujusmodi ideas in Archeo suscitatas, quæ aliàs ad occultas qualitates referri necesse esset, id est, earum ignorantiam apertè fateri.

Pertinent quoque huc, & ad sublimiores ac minus usitatas curandi ægros rationes, quodammodo Curationes sympatheticæ, magneticæ, & transplantatoriæ. De his autem curandi modis, qui quidem sunt rariores, plus tamen in recessu habent, moneo in genere, varias & distinctas de illis Autorum esse sententias. Sunt enim

„ 1. Quidam, qui eos affirmant per experientiam, „ eosque vel admirantur, vel pro genio ulteriùs tam „ theoreticè in causam eorum, quam practicè & per „ imitationem secreta hæc & fiendi modum simul „ scrutantur.

„ (2) Quidam eos negant, causam negationis, „ vel defectum rationis & modi fiendi, vel fallaces „ successus allegantes, aut si experimentis convin- „ cantur, ordinariò tandem ad dæmonis pactum „ omne negotium transferunt. Sed dum Curationes has negant, hoc ipsum faciunt, ut sciendo nihil sciant; cùm maxima pars phænomenorum medicorum & naturalium nos adhuc lateat, adeoque maxima pars eorum, quæ scimus, sit minima eorum, quæ nescimus; insulsum quoque prætereà sit, negare aliquid ideò, quod à priori illud nesciamus, cum per quotidiana experimenta adhuc resignatas detegamus. Dum fallaces successus adducunt, imprudentiam summam hoc ipso ostendunt; quippe universale hoc est omnibus remediis, nunc propter ineptam adhibendi rationem, nunc propter subjecti patientis ineptitudinem. Cum denique (3) per experientiam evicti in dæmonem causam conjiciunt, injurii etiam in *Deum* fiunt: Nihil enim magis est blasphemum, quàm quod *Deus* digito suo in naturam insculpsit, dæmoni adscribere. Cautè ergò posterior hæc sententia tractetur. Nec possunt esse opera dæmonis, quia hujus opera sunt vel realia vel præstigiatoria: Opera realia dæmonis non sunt supra naturam, quia hæc soli *omnipotenti Deo* competunt; nec contra naturam diabolus agere potest: ergò fiunt secundum naturam, i.e. secundum leges naturæ à *Deo* ordinatas, & purè naturalia sunt. Primus affirmantium fuit *PARACELSUS*: vid. *Opera ejus German. P. 4. p. 227. & alibi*: sequuti hunc sunt alii, qui scriptis partim, partim experimentis, negotium hoc ulteriùs confirmarunt, quos Autores *videbitis in Theatro sympathetico Confer. simul MARCUS MARCI in Philosoph. Veterum restit. P. 5. BORELLUS in Observationibus, DIGBY, PAPINIUS SERVUS, item TENZELIUS in Med. Diastat. De cura magnetica, HELMONTIUS de Cura Vulnerum Magnetica, item BARTHOLINUS Centur. 3. Hist. 66. & Centur. 6. Histor. 53.*

Curam *sympatheticam* quod attinet, talis est, dum citra remedii cum subjecto vel parte affecta contactum in distans fit cura, quasi per occultum quendam cum parte affecta consensum: Dicuntur etiam in genere Magneticæ, cum per mutuum quendã subjecti curandi cum remedio curante consensum fiant, & quasi tractio quædam (qualis fingitur in Magnete) inter partem læsam, & inter remedium extra corpus vel absens, quod debet sanare. Notissimus in hoc puncto est *Pulvis sympatheticus Vitrioli, quî DIGBÆO* adscribitur, cujus præparatio est talis:

℞. ☉ *li* ♀ *is* l. *Cypr.* qu. pl.

Hoc diebus canicularibus ad ☉is radios calcinetur, & in loco calido asservetur pro usu.

Usurpatur tam in forma sicca, quàm humida: In sicca, cum linteum cruentum, vel telum sanguine infectũ eo aspergitur; in liquida autem linteum, &c. solutioni ejus immergitur, &c. Curat hæmorrhagias, vulnera, ulcera cruenta in distans, citra aliorum remediorum applicationem, modò sanguinem ex parte læsa manantem contingat; sicut aperta vena ranina nullo medio fuit curata, nisi beneficio hujus pulveris; vid. *DIGBY in Orat. eleganti de pulvere sympathetico.* Fallit interdũ, propter neglectas circumstantias.

Præter pulverem sympatheticum nota est historia de Nobili isto qui habuit nasum adscititium, *à TALICOTIO* restitutum ex servi viva carne, è brachio desumpta, qui corrumpebatur Bruxellis ob mortem dicti servi seu bajuli Bononiensis. Refert quidem hanc historiam *DIGBY in Tract. de Sympathia, item HELMONTIUS de Magnetica Vulnerum Curat.* §. 23. sed non adeò fortiter urgeo, quia à quibusdam de ea dubitatur; vid. *GARMANNUS in Tract. de Miracul. Mortuorum*, ubi historiam hanc quoq; suspectam reddit; licet in re ipsa Autores conveniant omnes, in circumstantiis tamen quibusdam externis varient. Huc facit experimentum de Persicaria: Hæc planta cognita est, & passim crescit; singulari vi sympathetica valet pro affectibus Chirurgicis, nempe vulneribus, ulceribus, contusionibus, &c. vid. *PARACELSUS in Herbario*, qui primus hujus vires pro Cura Magnetica eleganter scrutatus est, vocans eam Blut-Kraut. Recipiatur viridis, & per ▽m frigidam tracta, & parti læsæ, nempe contusionibus gravioribus, vel vulneribus, vel ulceribus, vel è regione partis affectæ dentium vè dolentium imposita, donec nonnihil intepuerit, hincque, ut citiùs putrescat, in locum humidum tepidum vel sub fimo sepelitur, qua incipiente, dictos defectus & dolores simul curat. Multiplici experientiâ comprobatur von den Roßtäuschern/quando equi sunt compressi (wañ ein Pferd getruckt ist) capiunt persicariã, imponunt loco affecto, & sepeliunt sub fimo: succedit etiam hoc cum homine. Confer. de hoc *PARACELSUS*, & (qui hîc propter varia, quæ de eo referuntur, suspectus videri posset

posset: *MEGSONERIUS Tract. de Pulvere Sympathet. Gallicè conscripto*, annexo *scripto Digby de Affect. Corporum, & Immortal. Animæ*, ubi curiosas aliquot de Persicaria habet Observationes. Pluribus exemplis, licet vulgaribus, rem ulteriùs illustrabo: Lac à matre in prunas, seu laminam ferream candentem, recens emulctum, ut vaccæ ubera lac ejus calidum emulctum inflammat & sæpius exulcerat, ita mulieris ubera sterilescere & flaccescere facit, quod sub ablactatione aliàs tam nutrici, quàm matri ipsi lactanti, multa mala, inscijs licet, inde inferre solet; & certè, utut aliquandiu videatur redire lac, evanescet tamen postea, citra supervenientem aliam noxam majorem. Experimentum hoc me nunquam fefellit. Rationem discrepantiæ in hominis & bovis lacte suggerit *MARCUS MARCI* ex diversa lactis constitutione, quod lac bubulum sit magis pingue & butyraceum, & minus dissolubile, unde majorem impressionem patiatur ab igne, ut oriatur uberum exulceratio: sic à me interrogatæ aliquoties matres lactantes, an non sentirent absentes ejulatũ infantis, lac & ubera poscentis? & plures, eæq; diverse, diverso licet tempore interrogatæ, sanctè affirmarunt, se satis etiam distantes, si sitibundus sit infans, & ex lactis defectu vagiat, sensum quendam vellicantem in uberibus percipere, quod domum redeuntes re ipsâ reperiantur: De lacte nutricis dicunt, si gustetur à muribus, quod evanescat: decantatum hoc est, attamen falsum, cùm non semper succedat; quia observatum est, stercora fuisse in lacte, quæ emiserunt mures, nec tamen hic effectus fuit subsecutus: Sic ☿es sistuntur, si linteũ menstruatum injiciatur in ignem; vid. *PANAROLLUS in Fascicul. Arcanorum.* Item dum sanguis testæ ovi inclusus & gallinæ pro sotu suppositus, post cum carne quadam mistus, & cani esurienti propositus & comestus, curat multos chronicos subjecti sui morbos, in specie ictericos: id quòd alio modo per ☉m ægri quoque fieri valet, qua ratione cum sanguine, ☉, excrementis; &c. ægrotantium multæ sympatheticæ curæ fieri possunt: sic in ictero confirmato cura sympathetica satis est celebris, quando placentæ, ex ☉ ægri cum farina formatæ, aut hæc in pultem redacta, ita feli objiciuntur devoranda, post quorum usum æger sanatur: sic ☉ icterici supra stercus equinum, dum calet, excreta curat icterum: vid. Willisius in Pharmac. Ration. P. 2. Volum. 2. pag. 206. non secus atq; idem icterus curatus per ☉æ ab ægro super acervum formicarum emissionem: Experimentum videbitis in M. A. N. C. Ann. 3. Observat. 89. p. 146. Facit quoque hûc etiam illud quorundam experimentum prognosticum in ictero graviori, dum ex ☉ ægri & lacte, addito pane similagineo, factum jusculum cani propinant, atque si canis exinde non moriatur, nec homo moriturum, sed ita ab ictero convalituru m, pronunciant. Pertinet huc famosum Unguentum Magneticum, tam sympatheticum respectu teli cruenti, quàm Armarium respectu teli non cruentati: Unguento priori illinuntur tela cruenta, vel gladius, quibus facta fuerit Vulneratio; posteriori verò illinuntur tela cruenta, quibus vulnera facta, sanguis tamen absterfus, & vulnera curantur. Utriusque basis est muscus ex calvaria hominis violenter interempti, sive fune sive rota; In Unguento Magnetico etiam adest pinguedo taurina, & cerebrum violenter interempti: Historiam ejus & conficiendi rationem ac modum videbitis in *CROLLII Basil. Chymica.* Aliàs differunt hæc duo Unguenta, de quibus videatur *PARACELSUS in l. 8. & SCHRUCK Thes. Med. & Secret.* Speciatim plura Curiosa & notabilia de his Unguentis & Usnea scribit *HELMONTIUS Tract. Magnet. Vulnerum Curat.* §. 2. Ne res in suspenso relinquatur, notabilis locus est in *Actis Medicis Hafniens. Volum.* 2. *pag.* 266. ubi mulier in Frisia adhuc degens unguento istiusmodi telis illito, longè distantia vulnera auspicatò, citra ullius alterius remedii interventum, curasse refertur. Usneam hanc planè stupendam vim habere sistendi emanantem sanguinem, ex quacunque loco fluat, refert illustre exemplum supra citatũ *Boyle in Philosoph. Experimentali*, se oculis vidisse, cum vena alicui esset secta, & ille in manum reciperet usneam, ubi secta fuit vena, statim sanguinem cessasse, quando removerit, iterum prosiliisse sanguinem, assumptâ usneâ iterum stetisse; quod laudatus *Dn BOYLE*, Vir fide dignissimus, oretenus mihi confirmavit. Item faciunt huc verrucæ, lardi contactu curatæ, teste *BACONE de VERULAMIO*, Viro, si quo alio, fide digno: Hic in *Sylva Sylvarum Cent.* 10. *Histor.* 997. de se ipso refert, quod, ubi frustum lardi verrucis, manus sibi fœdantibus (quos inter etiam insignior una erat, per totam vitam sibi coæva) affricuisset, atque hoc in fenestra, meridiem versus spectante, affixum successivè putresceret, verrucæ illæ omnes unà cum grandiori quoque evanuerint; item verrucæ & clavi pedum affrictu pomi per medium discissi evanescentes, lardo in camino furni arescente, vel pomo sub fimo sepulto & putrescente. Hoc in memoriam revocat, quod puero mihi 12. annorum præter propter contigit, cum clavo insigni in digito minimo pedis sinistri laborarem, liberatus ab hoc fui à Studioso Medicinæ, qui pomum Borsdorffianum per medium discissum, illi clavo affricuerat, sic successivè evanuit clavus pedis: iste enim posteà in literis ad me datis fassus est nunc, se hoc tunc temporis experiundi gratiâ tentasse, & præstitisse beneficio pomi discissi, & putrefacti in fimo. Fuit experimentum familiare *LANGII*, quo hic & ego curavimus clavũ insignem in pede: Vid. experimentum *HELMONTII Tract. Magnum oportet* §. 29. Pertinent huc & alii modi; refert *HELMONTIUS*, quod sarcomata, strumæ, verrucæ, tumores, & similes excrescentiæ, cutentur contactu manus mortuæ cadaveris, diuturno morbo, vel lenta morte, aut ultimo senio interempti, ut frigus cadaveris ea penetret; prout enim manus in ☿ putrescit, ita illa quoque pathemata & excrescentiæ in corpore vivo insensibiliter evanescunt. Exempla hujus rei lectu digna refert *BOYLE in Transact. Philosoph. Latin. pag.* 156. Quibus similia â se notata refert *idem Tract. de Utilit. Philosoph. Experimentalis*, ubi ex contactu manus mortuæ cunctas verruccas decidisse annotat. In specie retulit mihi Medicus, cujus comes eram in Italia, sororem suam peperisse filiam, cui fragum fuerit in cantho oculi, quod sæpiùs infantis primogeniti lentâ morte interempti manu absterfum & contactum fuerit, unde & fragum putrescente infante evanuit. Illustrat hoc exemplum parallelum, quod *BARTHOLINUS Centur. I. Histor. Anatom.* 41. habet, ubi refert, cujusdam cutem capitis gladio cum pilis detruncatam, atque in capsula asservatam, eandemque partem quoad pilos mutatam, sicut successu temporis mutabantur in capite, sicque tandem quoque exaruisse & decidisse.

Sympathia propriè est consensus: Quid autem aliud est consentire, quàm uno sentiente aliud quoque sentire, atque idem aut diversum quid parti, unde

unde & magnetismus appellatur. Fundamentum consistit in archeo, cujus aliqua portione à corpore decisâ, in alio subjecto hærente, prout hæc varias passiones recipit, indeque ideas cudit, variarum animi passionum analogas; ita etiam Archeus in toto sibi fingit similes ideas, à quibus pro earum ductu variè determinatur, v. g. in Archeo sanguinis ex vulnere emanantis est idea furoris & indignationis, quæ dum sedatur per armarium Unguentum ratione usneæ ex cranio humano, vel in pulvere sympathetico ratione virtutis pacativæ archei in ♃e vitrioli anodyno, etiam sedatur eadem in archeo ipsius vulneratæ partis, idq; ob symbolum unitatis, quod inter se habet, adeoque symptomata ex ista idea promanantia subitò quoq; cessant, ut inde pars remota omni impedimento sanetur: Vid. *MARCUS MARCI in P.* 5. prolixè. Uno verbo: spiritus Vitalis cum sanguine emanans prout afficitur à pulvere sympathetico, eodem modo afficitur pars læsa distans, propter unitatem ∽ vitalis.

Exempla *Curarum per Transplantationem factarum* quod attinet hæc fit, quando ægritudines transferuntur ex uno subjecto in aliud, sive subjectum hoc sit animale sive vegetabile, canis vel planta, ut exinde sanetur corpus humanum affectum, sive benè inde, sive malè se habeat subjectum, in quod Transplantatio facta est ista; qualis cura observatur in morbis Chronicis, ut colica, podagra, odontalgia, &c. Fit talis cura vel per contactum immediatum corporis ægri cũ sano, & dicitur *Approximatio*, ut per contactum mediatum mediante corpore quodam tertio, Magnete transplantantario ob id dicto, & est propriè dicta *Transplantatio*. Curæ Transplantatoriæ per approximationem duo exempla refert *RIVERIUS Centur.* 4. *Observat.* 19. & 63. ubi quidam ex paronychia seu panaritio acerbissimè dolens, per intrusionem digiti laborantis in aurem felis ab omni dolore liberatus refertur, ipsâ fele, dolore auris affectâ, miserè clamante: Quo etiam pertinet applicatio catellorũ Melitensium subinde pro fotu abdominis aut pedum in Colica & Podagra adhibitorum, de quibus plures ejusmodi observationes collegit *BARTHOLINUS*, Vir hîc purè Historicus, *Centur.* 3. *Histor.* 66. & *Cent.* 6. *Histor.* 53. *p.* 256. ubi inter alias refert, in Cura Transplantatoria de suo Avunculo materno, Colicâ correpto, qui catellos parvos applicuit abdomini nudo, Colicus insigne levamen sensit, catellus verò inquietus fuit, vomuit, dolore affectus fuit, & misere se habuit: non secus ac curiosa est Historia Priorissæ in *M. A. N. C. Ann.* 3. *Observat.* 89. *p.* 146. cujus catellus, quem continuò secum ducebat, toties, quoties illa molestè se habuit, nihil comedit neq; bibit, sed vomuit tamdiu, donec illa se meliùs habere perceperit: Observatio etiam *BORELLI* notetur, qui catellos hos Podagricorum pedibus applicatos claudicasse refert, quod suo loco linquitur.

Per Transplantationem autem propriè sic dictam curantur morbi mediante medio aliquo, v. g. sanguine, quando sanguis ægri morbo chronico affecti ex mediana extractus testæ ovigallinacei recentis, è quo artificiosè evacuatum est vitellum & albumen, artificiosè includitur, ovumque repletum & ita denuò occlusũ gallinæ pro incubatu per 14. ☌ ☍ supponitur, hinc apertum ovum gallinæ vel cani, vel sui, vel feli insigniter famelicæ propinatur devorandum, exinde successivè icterus, scorbutus, cachexia, hydrops, & quamplurimi morbi chronici, ex vitiata sanguinis crasi oriundi, transplantando averruncare solent, animali insigniter ejulante: Vid. *ERNESTUS BURGGRAVIUS in Biolychnio*, cui in hoc puncto, utut reverà in aliis suspectus sit, fides non penitus deneganda, propter similia exempla; hujus tamen fundamentum penitus falsum est: sic Atrophia curatur per sanguinem ægri testæ ovi inclusum, atque in acervum formicarum sepultum. Præ cœteris autem canum magnetismus vegetus est, cum canis sit animal vivax, cujus ∽ vitalis perquam vegetus est: ne dicam, quod quidam de frusto panis asserunt, quod, si hoc sub axilla ad tempus gestatum, ac sudore & effluvio spirituali & mumiali (ratione cujus & herum inter mille homines solent agnoscere canes) benè impræg̃natum & adhuc madens cani objiciatur, illum quasi philtro quodam nobis familiarem reddi; sic enim in immensum hominis rapiuntur amorem, & vix eum relinquunt. Hoc saltem dicam, plura prostare exempla curationum per Transplantationem in canes factarum: Sic *in Actorum Hafniens. Volum.* 2. *pag.* 271. Medicus *ἀνώνυμος* refert mulierem nobilem à Quartana liberatam fuisse, postquam cani frustum panis, quod sub axillis, vel circa inguina & similia loca durante paroxysmo alligatum habebat, sudore, & cum hoc sic quoque fermento morbifico probè impræg̃natum, devorandum objecisset: pariter in *M. A. N. C. Ann.* 4. *Observat.* 51. *p.* 44. à *CNOEFFELIO* duplex historia narratur de vino scorbutico cum maculis laborante, qui crura sibi sæpiùs à catello lingi passus est, post elapsas 8. septimanas benè sese habuit, canis autem totus scabiosus factus ipse æger postmodum per Mercurium dulcem, tam externè quam interne usurpatam, curatus est: sic oretenus relatum mihi à Medico Dresdensi, hortulanũ podagricũ in usu habuisse, ut in paroxysmo caseum non ⊖itum recentem pedibus dolentibus cum insigni quidem levamine (quod ipsum etiam credo) applicaret, cujus crustam exsiccatam cùm cani comedendam objecisset, iste claudus & contractus redditus est, Transplantatione seminis podagrici in illum factâ, ægro utcunque melius habente: item dolor dentium chronicus confirmatus transplantatur in corylum vel sambucum, mediante festucâ arbore decisâ; e. g. circa radicem cerasi denudatur radix (melius succedit cum surculo sambuci) exscinditur radicis particula seu surculus, quo fricatur & pungitur gingiva, ut cruentus fiat, dein ponitur in antiquum foramen, cortex ▽â tegitur, sic evanescunt dolores: Urina cruda recensq; excreta vim habet magneticam in cura morborum Transplantatoriorum, propter consensum mumialem ex toto; unde apud quosdam in usu est, ut pro curanda podagra in morbis Chronicis diuturnis, speciatim febribus intermittentibus, in ⊡ ægri recente, imminente vel durante paroxysmo excreta, carnem suillam ebullire sinant, propinentque unà cum jusculo cani esurienti, sic horum morborum curationem fieri asserunt; vid. *PARACELSUS*: Novi hîc amicum, virũ artificem, qui aliquoties sic tertianam sibi curavit; sed alio tempore in eadem febre frustraneus fuit effectus, ut adeò hæ ipsę curandi rationes nõ semper succedant: sic pariter novi virum hîc Lipsiæ ante duos annos mortuũ, qui doloribus crurũ inveteratis vexatus, ubi frustranea plura Medicorũ tentamina & remedia perpessus fuerat, tandem ab advocato rusticano Medico per curã sympatheticam sequentem in modũ restitutus est: Recepit hic ejus ⊡m, in hac ebullire fecit *ovũ recens* ad duritiem coctũ, quod in minuta frusta discissum, atq; denuò in ⊡ illa aliquandiu maceratum, sepelivit deinde in loco umbroso, æger hinc per plures annos benè se habuit; item atrophia laborantes, & mariti per incantationem

fascinati, per ⊡m ægri, in qua ovum recens ad duritiem coctum fuit, & hinc nonnihil apertum in acervum formicarum sepultum, curati fuerunt: Vid. Hartmannus l. a. ubi de Atrophia: Hoc legens primo intuitu neglexi; hoc tamen Boyle, qui ipse de hoc interrogatus, oretenus confirmavit, atque ejus quoq; meminit in *Transact. de utilit. Philosoph. Experimentalis*, quod Medicus quidam Anglus seipsum hoc modo ab Atrophia curaverit: sic applicato stercore humano ad certam aliquam partem transplantatur eo ipso morbus in plantam, cujus semen in ▽m hoc stercore mistam inseritur: Vid. *TENZELIUS in Medic. diastatica*: Transplantationem podagræ inveteratæ in arbores certas, e. g. in salices tenellos, vel arboris radicem mediante ⊡ & sanguine ægri, prolixiùs descriptam videbitis in *TIMÆO l. 5. Epist. 8. pag. 363.* ubi refert, quosdam Podagricos contractos, & à Medicis relictos, beneficio hujus Transplantationis plenariè fuisse restitutos: sicut ungues pedum abscissi, & in quercu terebrato inclusi, hominem liberum reddunt à podagra: vid. *MARCUS Marci p. 479.* Similes Curationes Transplantatoriæ reperiuntur in *MAXWELLO de Cura Magnetica*, qui *SAMUELIS BOULTONII Tractatum Anglicum, Medicina Magico-Physica* Anglico idiomate inscriptum, tanquam insignis plagiarius, in linguam Latinam de verbo ad verbum, ne nominato quidem Autore tulit. Iste *MAXWELLUS* Scotus est Medicus, & edidit eum *FRANCUS*, Professor Heidelbergensis in 12. *item in Opuscul. Germanic. Chymico-Medicis RHUMELII, in Cura Magnet. Herniar. c. 5. Cura Podagrico-Magica c. 6. in Medic. Milit. c. 4.* item *cap.* 11. 12. 13. 15. 16. 18. 19. 20. & 21. Qua ratione purgatio per Transplantationem institui debeat, proponit ejus aliquot exempla *TILEMANNUS in Append. de Mater. Medica ad Aphor. Hippocrat. Therap. pag. 250.* Et hæc quoad historiam Curationis sympatheticæ & transplantatoriæ sufficiant.

Quæritur, quomodo fiant hæ Curæ Magneticæ & Transplantatoriæ? nam, quod sæpius succedant, affirmatur; quod sæpiùs fallant, etiam certum est, quia ob raritatem non omnes circumstantiæ cognitæ sunt. Verùm sicuti optimis remediis, licet non semper operentur, nil detrahitur de eorum efficacia, ita & hæ curæ non planè nullæ sunt, licet interdum percipiantur fallere. In omnibus his curis, tam sympatheticis quam magneticis, mediate certa portio ∽ vitalis, nunc *insiti* quacunq; ratione cum solidis partibus eorumq; effluviis à toto corpore separati, nun *influi* ex corpore ægri decisa, sive cum sanguine, sive cum lacte, sive cum ⊡, sive cum sudore, sive cum insensibili effluvio, sive cum alia excretione, separatur à toto: hæc enim omnia aliquid de spiritu vitali demunt & secum extra corpus in aliud subjectum rapiunt, quo durante, remanet semper adhuc certus aliquis consensus inter corpus integrum & inter partem excretam, unde postea fiunt tales curæ, quæ per sympathiam & Transplantationem fieri dicuntur. Omnia enim à toto decisa, sive sub contentis fluidis, sive partibus solidis sint, semper spiritu vitali plus minus impræg nata sunt, hujusq; portionem adhuc retinent, & est in iis juxta *HELMONTIUM participatio quædam vitalis & mutuus cum toto consensus extra commercium corporis.* Spiritus hic decisus à toto, & à substantia adhuc conservatus, prout extra corpus in alio subjecto, certo & diverso modo alteratur, ita similis alteratio in ipso corpore insequitur, plus minus tamen diuturna, prout citiùs aut tardiùs ∽ hic à toto separatus, ad sui interitum & dissolutionem vergit, ac ita vel breviùs vel diutiùs cum toto consensum sustinet: nam quo citiùs dissipatur, eò minorem suscipere aut induere in corpore potest alterationem; & contrà ∽ hic licet separatus à toto ex parte, suum tamen consensum adhuc cum toto fovet: Insiti quidem ∽ ratione, dum e. g. ex suprà citatis historiis & Observationibus cutis capitis pilosa vulnere ablata easdem mutationes subit, quas reliqua cutis pilosa in capite relicta; quod nasus insititius ad mortem bajuli putrescat; Ratione ∽ influi verò, quod *ex supra dictis* sanguis linteo exceptus, pulvere sympathetico vitrioli adspersus, sanet vulnus; & quod linteum sanguine menstruo nimis irrigatum, in ignem injectum, sanguinem sistat. In Approximatione ægro applicatur tale subjectum, quod attrahit ∽ vitales, & unit se cum iis, eosque morbosos corrigit, unde sicut affectus quidam inficiunt per Approximationem spiritibus infectis, se insinuantibus in corpus sanum, & hujus ∽ similiter inficiendo, ita fit similiter cura per approximationem, dum ∽ morbosi in corpus sanum derivati certo modo corriguntur aut emendantur; in Transplantatione verò mediat magnes, attrahens Mumiam.

Transplantatio, quæ mediante magnete peragitur, est quintuplex:

1. *Inseminatio*, quando magnes mumiâ, id est, spiritu vitali è corpore extracto, impræg natus miscetur cũ terra pingui, inquam semen plantæ morbo appropriatæ seminatur & lotura membri affecti vel totius corporis subinde irrigatur, inde postmodum, quantum planta propullulans accrescit, in tantũ morbus decrescit. Quod si mumia, impræg nans magnetem, non sit ægra, sed sit sana planta, impræg nabitur spiritu vitali ejus, cujus fuit mumia, quo ipso singularia secreta fieri possunt (in specie philtra) sed probè observetur, quod eligantur herbæ proposito aptæ, cum unaquæq; planta habeat peculiares dotes, & alio modo operetur ∽ in carduo, alio in Angelica.
2. *Implantatio*, quando plantæ cum suis radicibus, vel solæ radices, in ▽m suprà dicto modo preparatam & irroratam immittuntur, ita ut optimum sit, quod radices nullam aliam humiditatem acquirant, quam quæ ex lotione partis affectæ contingat. Quod si plantæ intereant ex attracta vitiosa qualitate, antequam perfectè curatus sit morbus, alia similis est implantanda in eandem, vel similem ▽m.
3. *Impositio*, quando recipitur mumia membri morbosi, aut ejus excrementum aut utrumque, tantum quantum haberi potest, & immittitur in arborem, vel plantam intra corticem & lignũ, tegendo corticem, & obducendo ▽ limosâ; vel mittitur in foramen terebrâ prius factũ, & obducitur pistillo (Zapffen:) denuò ex eodem ligno facto, claudendo foramen juxta ▽m limosam. Sed in omni Impositione observetur, quod si desideretur effectus durabilis, usurpentur arbores longævæ, v. g. quercus, &c. sin verò desideretur effectus celer, usurpentur eæ, quæ celeriter crescunt, quod tam citò atq; obtinetur finis, tollatur omne quod impositum, ne nimia ∽ attractio ægrum lædat.
4. *Irroratio*. Omni die irrorandæ sunt plantæ aut arbores convenientes, donec curetur affectus, ⊡, sudore, fæcibus alvi vel lotura membri aut totius corporis, prout fert occasio; aut separatim, aut his mixtis conjunctim. *Sed ego hoc, quoties usurparem*, inquit

SAMUEL

SAMUEL *BOULTON in sua Medicina Magica, tanquam adjumentum reliquorum modorum:* simul verò atque irrigatio facta est, nova ▽ imponenda desuper, ne △ dissipet virtutem mumialem.

6. *Inescatio,* quando datur Mumia animalibus pro alimento. Calor enim vitalis animalis unit Mumiam secum, eamque corrigit, approprians sibi vitiosam qualitatem, quâ ~ ægrotabat, & ita restaurat sanitatem corporis, cujus Mumia extracta fuerat. Quod si æger non perfectè sit sanatus, dum animal affectum moritur, necesse est, ut alii bestiæ pars similis Mumiæ communicetur; & in hoc modo imprimis sanguis legitime putrefactus vel fermentatus præ cæteris debet usurpari.

Plura videbitis in SAMUEL *BOULTON Medic. Magic.*

Observetur hoc locò, quod in tali Transplantationis casu dicta ~ *vitalis portio* seu medium hoc vitale *Mumiæ* microcosmicæ *vitalis & spiritualis* nomine ab autoribus venire soleat, quæ à toto separata fundamentum sympatheticarum & transplantatoriarum Curationum constituit. Aliàs *Mumiæ* nomen multum significat: propriè significat cadaver violenter interemptum balsamo conditum pro conservatione, loco cujus mumia patibuli usurpatur, vel caro humana certo modo præparata, in specie patibuli, in qua principium vitale occultatum est; hinc ob similem rationem medium, quo à toto separatur, vocatur mumia; utut enim propriè spiritui insito tribui soleat hæc appellatio, qui ob id etiam ~ mumialis vocatur ratione cujus etiam differentia est inter corpora violentâ vel naturali morte obeuntia, cùm omnes partes corporis, violentâ morte interempti quibus confermentatus seu intimè permistus & adjunctus existit, adhuc aliquid vitale contineant, & operationes singulares in magia naturali exserant, tamen hoc in casu promiscuè sumi, adeoque ob Analogiam quandam spiritus vitalis influus in hoc negotio Mumialis vocari solet.

Mumia hæc, sicum sanguine ⊡, partibus solidis, &c. secernatur, res clara est; si autem aliis modis, seu sub forma effluvii subtilioris ex habitu corporis extrahi debeat, ne tam citò evanescat, dissipetur ac alteretur, ac ne magnetismus tam citò pereat, mediante quodam corpore tertio, Magnete dicto, fieri solet, quo portio ~ vitalis sub insensibili effluvio coërceatur, & a præmaturo interitu diutiùs conservatur, quo mediante fit Transplantatio in aliud subjectum.

Magnetes autem isti in quadruplici sunt differentia:

1. Ex *stercore humano* secundum *PARACELSUM* & *TENZELIUM cit. loco.*
2. Est *caro humana siccata*, quæ diu durat, asserente *FLUDDIO*, quæ applicata regioni cordis violento Magnetismo attrahit: sed necesse est, desumpta sit à corpore humano violenter occiso, & si possibile, adhuc calente.
3. Est *sanguis* ex homine sano, quantum placet. Ab hoc grumefacto decantetur liquor serosus supernatans, & exsiccetur in umbra, humectetur successivè isto liquore, & siccetur denuò, donec sanguis omnem imbiberit liquorem, & sic siccatus asservetur.
4. Recipiatur copiosum *stercus hominis sani*, & hoc cum urina ejusdem mixtum redigatur in consistentiam pultis, addendo, quantum habere potest, sudoris ex hominibus sanis, aut linteo aut spongia collecti, ponantur simul in loco mundo, donec siccentur in umbra; hinc addatur sanguis recens, misceatur, siccetur, & asservetur usui.

Hujusmodi Transplantationibus fit communicatio Archei seu spiritus vitalis ex subjecto ægrotante in aliud subjectum, in quo ipso ideæ morbificæ Archei delentur, vel per earum sedationem & pacationem, vel per contrariorum repræsentationem, vel per omnimodam earum, ex Archei omnimoda corruptione & interitu, extinctionem, quo fit ut in Archeo corporis ægri similes exsuscitatæ ideæ faciant, ut archeus paratus, conquiescat, & ita morbus curetur. Rectè enim *HELMONTIUS. p. 599. §. 28.* inquit: *sanguis, pus,* ⊡, *& perspirabile effluvium, continuo aliquid secum de spiritu vitali demunt, hisque inest participatio quædam totius, extra conceptum materiale:* Unde quando tale aliquid pro Transplantationis adhibetur medio, hoc habent ~ istiusmodi vitales ipsi inhærentes. Quamdiu hæc Mumia alteratur, & quamdiu viget ejus vitalitas, tam diu fit similis alteratio in corpore ex quo fuit separata, sive fiat per dissolutionem, sive per alterationem. Et hac ratione quoque procedunt Philtra naturalia.

Quod ergò attinet *Philtra* verà ad certam personam determinata, de his quæritur; An dentur naturalia & determinata? id est, an ita affectio feratur in certam personam? Vulgò negant; sed neganda non sunt, cùm certè ex modò dictis negotium hoc non improbabile videatur. Sic enim naturalia philtra habemus inter parentes & liberos; & in ipsis brutis naturalem quandam, etiam invitis illis, inclinationem in catulos suos, quam ἐρωτα Physici nominant, videmus: quorum fundamentum in identitate spirituum parentum & fœtuum consistit.

Similia Philtra naturalia inter consanguineos, præsertim fratres, observantur, cùm non rarum sit, illos in dissitis etiam satis locis, similibus tamen morbis corripi, aut ægritudines aliorum invicem percipere. Fundamentum est in identitate spirituum genitalium ex iisdem parentibus natorum, & mutuâ societate conspirantium. Si ergò Philtra istiusmodi naturalia dantur, non improbabile erit, etiam Artificialia dari posse, cum artem, naturæ imitatricem, non infelicem videamus, imò illa sæpius superiorem.

Arbitror ergò per exempla data, dari Philtra naturalia determinata, quorum fundamentum in confermentatione seu tali societate spirituum unius subjecti cum alterius spiritibus consistit, ex quâ mutuus Amor sequitur. Rem exemplo declarabo: Conjunguntur non rarò sponsus & sponsa minimè sibi faventes, qui tamen postea conjuncti non Venereis illecebris sed alia ex causa, amicissimi sibi invicem fiunt; spiritus enim genitalis maris est, qui altiùs in uxoris corpus penetrando, amicum hoc concubium efficit.

Quoad artificialia, præter alia, quod dentur, confirmat earum Magnetismus, de quo superiùs dictum. *HELMONTIUS* ipse fecit experimentum in catello incognito cum quadam herba, quam benè in manu perfricavit; unde catellus ubique eum insecutus est. Hic retulit *Dn. D. MICHAELIS* quod *D. HARTMANNUS* habuerit passerem, quem certo philtro ita obligaverit, ut eum nunquam deseruerit, sive sederet, sive ambularet, sive ægros visitaret, sed ubiq; eum comitatus fuerit.

Fundamentum horum in tali mumiali confermentatione consistit, ut ad certum objectum trahatur dilectio, ut rectè loquitur *HELMONTIUS Tract. Magnet. Vulnerum Curat.* §. 28. *pag.* 599. Medium scilicet, quo pro philtro utimur, imprægnatur effluvio quodam spiritus vitalis, sive tali vitali Mumia, ut determinetur & individuetur certo cuidam subjecto. Unde ex confermentatione & unione arcta ~ vitalis mumialis unius subjecti cum altero, hujus ~ quasi transmutatur, & omninò subigitur ab ista Mumia per philtrum communicata, ut nolens volens trahatur in propensionem naturalem illius personæ.

Hæc omnia satis probabilia sunt, quod ob vitale Medium fiat alteratio.

Duo tamen dubia supersunt, quæ negotium hoc difficile reddunt:

1. Primum est, ubi quæritur; quænam præcisè sit ista alteratio, quam ~ mumialis à toto secretus in unguento v. g. magnetico, cane, &c. potitur, ut exinde in melius alteretur æger, à quo ille fuit secretus?
2. Secundum est, dum quæritur; quonam modo contactus ille indistans fiat? seu quodnam sit vinculum istud, vinciens, distans & determinatum subjectum? v. g. quando vulneratus curatur ab alio per aliquot plateas ab eo distantes.

Hæc duæ controversiæ sunt palmariæ, & insigniter Autores adhuc torquent, quæ si dilucidatæ essent, negotium hoc omne quoque in aprico esset. Sed cùm à nemine adhuc decisæ sint, nec nosmet decidamus. Hæc ergò, quæ hactenus dixi, pro excitanda saltem Curiositate vestra in talibus abstrusioribus sufficiant, quæ ita intellecta volo, ut ceu paradoxa ulteriùs pensitentur, & experientiæ saltem sua maneat laus, ubi ratio vacillare videtur.

SECTIO III.

De
MORBIS PARTIUM SOLIDARUM CURANDIS.

SUperest ultima Classis morborum partium solidarum, quæ ex fluidis constituuntur & conservantur, & à spirituosis, ut ita dicam, animantur, de quorum Theoria in *Patholog. l.* 2. *c.* 2. sufficienter actum: Quibus suppositis consideremus jam morbos, qui partes solidas ratione constitutionis materialis afficiunt. Fundamentaliter autem dependent à spiritu insito plus minus vitiato, sicut se manifestant sensibus nostris per respectivas proprietates seu qualitates mutatas; unde idiomate veteribus usitato adhuc morbi Intemperiei vocari possunt.

Quoad *Intemperiem Calidam*, & quidem *universalem*, calor sanguinis major ut plurimum ex ⊖e volatili oleoso seu bile oritur; nisi in febribus cum inflammationibus partium conjunctis, v. g. in pleuritide, inflammatione epatis, erysipelate & similibus acidum vitiosum, sanguinem coagulans & ad stagnationem, indeq; ortam inflammationem, disponens, ex vitiosa cum sale volatili effervescentia in sanguine talem ardorem febrilem infert: unde etiam hæ febres cum inflammationibus conjunctæ per sudorifera curantur, uti sunt lapilli cancrorum, papaver rhæas, fuligo furni, carduus benedictus, C. C. ustum, ♁ diaphoreticum, maxillæ lucii piscis, dens apri, priapus tauri, cervi, &c. Hac ratione etiam lactuca, endivia, serum lactis, sempervivum & alia refrigerantia dicta, alcali volatili blando constantia, phlogoses & incalescentias ab effervescentia Acidi ortas corrigunt, & ita per Accidens refrigerant: spiritus vini in omni inflammatione applicandus est, si præsertim misceatur cum rob baccarum sambuci: conveniunt etiam in inflammatione ▽ de spermate ranarum, ♁ de creta, olibano, croco Martis, & præprimis de saccharo saturni: pro discutiendis humoribus in inflammatione stercus caprinum, equinum, &c. item Album Græcum convenit: In Angina maximoperè commendatur nidus cum stercore hirundinum pro cataplasmate.

Per se autem Intemperiem calidam corporis corrigere ac refrigerare solent imprimis acida, quatenus bilem seu sal volatile oleosum ▽ant ac corrigunt, & blandè sanguinem inspissando seu coagulando, nimias ejus effervescentias compescunt. Talia sunt inter Vegetabilia succus citri, ribium, berberum, aurantiorum acidorum, granatorum, acetosæ, tamarindi & similia: item tincturæ acidulæ florum bellidis, papaveris rhæados, rosarum, &c. Facit huc elegans rosarum ℞ Zvvelfferi, quam parat cum sero lactis acidulato cum pulpa tamarindorum: Menstruum hoc affundit floribus rosarum, & elegantem acquirit ℞m, blandè refrigerantem & laxantem, loco Juleporum in febribus ardentibus benignis usurpandum, in quibus ex tempore tales ℞æ tanquam Julebi hoc modo præscribi possunt:

℞. *flor. bellid.*
papav. errat.
rosar. à p. ij
Irrorentur c. s. qt. ~ ⊕ *li l.* ♁ *is*: infund. in *Decoct. C. C.* l. ▽ *flor. papav. errat. tarax. scabios.* &c. stent in MB. per horam, donec extrahatur ℞, quæ filtretur: cui add.
Syr. de ruboid.
jujub. à q. s.
M. D. S.
Kühl-Julep.

Hauriatur subinde in febribus ardentibus.

Faciunt huc etiam ~ acidi mineralium, tàm simplices, ut ♁is, vitrioli, nitri, ⊖is, quàm compositi, Clyssi dicti: spiritus nitri dulcis in febribus commendatur, imprimis cũ peripneumonia, scorbuto & colica est remedium optimum: Quo etiam pertinent Epaticum dictum rubeum, egregium massæ sanguineæ, non autem epatis, refrigerativum: sic passulæ temperatæ optimum dicuntur Epaticum & restaurativum epatis, cùm tamen potiùs conducant, quatenus temperatæ sanguinem in æquali crasi conservant, ejusq; vitiosos & excessivos sapores ita corrigunt & emendant, simulq; acrimoniam ejus ⊖sam temperant, non verò quod epati conducant. Aliàs enim uti stomacho ratione fermenti sui ⊖ino-acidi acida imprimis conducunt, ita amara imprimis sunt Epatica seu epati amica, v. g. Absinthium, centaurium minus & similia, cùm balsamum epatis, nempe bilis, sit amarissimum, & talia Amara, uti etiam Aromatica, bilis proventum in corpore augent.

Quod si interdum fiat, ut in *parte* quadam *particulari* singularis *Ardor* & *Calor* exsurgat, hic fit aut ex vitiosa succorum confluentium effervescentia, ut quando interdum sub hypochondrio dextro Ardor percipitur, tunc vitium est in vitiosa effervescentia bilis cum succo pancreatio; aut causa est vitium quoddam in parte, ratione cujus sanguis copiosius affluit, ibidem diutiùs hæret, & ita calorem intensiorem inducit, v. g. ex spina digito infixa, indeque orto dolore, sanguis uberiùs affluit, stagnat, & ita istum ardorem inducit.

Quoad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0430-0 DFG

Quoad ergò Intemperiem Calidam particularem, notabilior ejus gradus dicitur.

INFLAMMATIO seu PHLOGOSIS.

Hîc autem in memoriam revocandum, quæ suprà de Alterantibus, Frigefacientibus & Calefacientibus dictum, quæ tunc explicata sunt ratione contentorum, & inde dependentis caloris corporis universalis. Ratio enim Caloris istius, qui in corpore nostro vivente observatur, haud commodius & convenientiùs potest deduci, nec phænomena plura commodiùs explicari possunt, quàm si dicamus, quod oriatur ab Acido volatili spirituoso, temperato, in statu naturali seu oleoso, concitatiori motu agente in compar suum alcali, ratione cujus repræsentat phænomenon caloris; sive jam consideretur calor, quatenus cum sanguine & spiritu influo in partibus solidis, vel quatenus in partibus solidis ratione ∽ insiti ab influo actuatus, in motu simili existit. Vitium ergò intemperiei calidæ consistit in intensiori motu acidi spirituosi temperati oleosi, unde intensioris Caloris sensus supervenit. Exemplum esto in Praxi maximè proficuum ex quo plura phænomena resolvi possunt, ab *HELMONTIO* suppeditatum: Ponamus spinam digito infixam, cujus occasione excitatur dolor, hinc æstus, rubor, & denique sequitur tumor; spina non est calida: igitur nec supervenientis Intemperiei erit causa efficiens formalis, sed saltem occasionalis, & ratione læsionis tantùm Intemperiem calidam post se trahit; ratione doloris concitatiùs movendo spiritum influum ad partem affectam, tàm per nervos quàm per vasa; ex cujus cum insito motu concitatiori, & quasi collisione, tam aciditas antea occultata fit manifesta, quàm calor antè temperatus fit intensior & præternaturalis. Talem autem spinam in omni calore aucto & inflammatione partium deprehendimus: talis spina est e. g. in grumo lactis in mammis coagulati: talis spina est acidum istud in pleuritide, quod pungit pleuram, & pulmonum alteram medietatem affligit, cujus vellicationis occasione Inflammatio & suppurratio earum partium supervenit: talis spina est in ictu apum, cujus vulnusculi tantilluli, licet acutissimi, occasione tantus dolor occupat integram ferè manum, quem æstus, non ratò inflammatio vera excipit, oleo demum scorpionum illito cedens; quod mihi aliquando in medio manus digito ipsimet accidit: par ratio est, si pulviculus oculo illapsus spinæ instar eundem irritet; seu acre Acidum in variolis, quod lympham ophthalmicam occupat, & irritando inflammationes oculorum excitat: talis etiam spina est in vino, quando ab ægro vulnerato hauritur, dum in vulnere dolor exasperatur, rubor, ardorem & Inflammationem, sicque Intemperiem calidam patitur. Nec est, quod quis objiciat, Ardorem non à ∽ insiti & influi collisione, sed potiùs à sanguine provenire, quod tunc tumor factus observatur. Nam (1) antequam pars quædam tumorem sanguineum contrahit, jam ordinariò æstus plus minus, interdum jam satis, intensus, percipi solet, & hinc posteà, etiam maximus tandem, est sanguinis tumor: v. g. dum incipit suppurari, non tantus est æstus, quantus ante sanguinem congestum observatur (2) Sanguinis hæc coacervatio est symptoma superveniens, non causa ardoris: Nempe propter dolorem stringuntur fibræ, arctantur venæ, impeditur reditus humorum, unde stagnatio, & sic tandem supervenit tumor sanguineus & Inflammatio; Hinc evulsâ spinâ cessat omnis inflamatio & dolor. (3) Sæpiùs pars insigni æstu laborat, citra supervenientem sanguineum tumorem: v. g. quando vulneratus bibit vinum, vulnus intensius dolet, æstuat, non semper aut rarò inde tumescit: deinde in febribus malignis sæpè caput solum æstuat, reliquo corpore calente; à fermento scilicet febrili ad caput translato, hujusque partes sensiles magis afficiente. Manifestum hoc est in tumoribus erysipelaceis, qui sunt omnium inflammationum minimi: Rubor latè diffunditur, pars affecta æstuat, micat, scintillat, tumor tamen sanguinis non est notabilis, sæpè summus æstus gradus, tumore sanguinis levi inde observabili. Ergò causa tumoris non est sanguis, sed irritatio dolorosa seu spina, quæ in causa interna semper est acidum, partibus corporis extra ventriculum hostile, & quod in spiritu insito motum concitatiorem facit, quo ipso ∽ ante temperati fiunt intemperati, & aciditas anteà quoque temperata fit intemperata & manifesta. Et ex dictis omnia hæc & alia similia pathemata & horum phænomena possunt explicari.

Therapevsis igitur omnis Intemperiei partium solidarum calidæ, est vel directa seu à priori, vel indirecta seu à posteriori: Directa consistit in spinæ hujus evulsione, h. e. si sit à causa interna, in acidi p. n. irritantis correctione & remotione; hoc enim facto, reliqua symptomata omnia evanescunt; in pleuritide correcto Acido specifico, quod tanquam spina pleuræ fixum est, omnis æstus & inflammatio cessat; in ophthalmia, v. g. in variolis, acido isto per flores zinci correcto, velut spinâ evulsâ, inflammatio brevi post cessat: A posteriori inflammationes curamus, si motum naturæ promovemus, & id quod à priori corrigi nequit, sub tegmine puris plus minus alteratum eliminamus: Sed hæc, quia non, nisi Praxin specialem sapiunt, ea pro nunc relinquimus.

Quod eam attinet, quæ fit à priori, consistit ea, vel si sit à causa externa, in causæ occasionalis seu spinæ remotione; vel si ab interna, in Acidi lædentis & irritantis correctione, & in ⊖sum transmutatione, hincque ejus vel per sensilem transudationem, vel per insensilem transpirationem, evacuatione. Remedia autem alia sunt interna, alia externa: Interna in genere sunt vel absorbentia, vel saturantia istud acidum hostile irritans. Absorbentia sunt fixa, & ex regno animali partes animalium duræ; ex regno minerali ☿ia fixata, Bezoardicum minerale ♁ diaphoreticum, &c. ex regno vegetabili ⊖ia volatilia, ∽ theriacalis, aliique: saturantia sunt ⊖ia volatilia, tam animalia quàm vegetabilia; de *quibus jam supra* dictum. Et hisce mediantibus partium internarum Intemperiem calidam plus minus intensam curare & profligere solemus.

Externa, seu quæ ex causa externa Acidum parti hostile curant, sunt omnia ista, quæ Acidum istud corrigere, absorbere, aut in ⊖sum tertium mutatum, & hinc plus minus sensile redactũ, evacuare solent. Talia, vulgò Refrigerantia dicta, ab effectu, quem accidentaliter post se relinquunt, sunt ex regno minerali ♄ & ♆; ex regno vegetabili illa, quæ alcali volatili temperato impregnata sunt, v. g. lactuca quælibet intybacea, in specie taraxacum, vulneraria plurima, portulaca, plantago, bellis minor, tussilago, flores rosarum, balaustiorum, & prima ex omnibus camphora. Ex regno animali sunt remedia ex ranis, imprimis sperma ranarum, ex ☵is fluviatilibus, speciatim eorum succus recentior expressus, sperma ceti, ex quo paratum emplastrum Mynsy-

chthii Bogleo est arcanum in inflammationibus; imprimis convenit in inflammationibus mammarum, ubi coagulatio lactis præcedit; posteà ⊡ quorumvis animalium, præsertim humanæ, & hinc stercora animalium, summè refrigerantia. Omnia hæc simpliciter refrigerant, quatenus spinam, ut sic dicam, Acidum nempe parti infixum, causam inflammationis occasionalem corrigunt, adeoque evellunt. De Saturno enim notum, quod quælibet acida attactu suo imbibat & dulcificet: de ♀ constat, quod omnium acidorum sit destructiva & correctiva: Vegetabilia ista, lactuca, flores rosarum, &c. Acida etiam subtilissima minuunt & infringunt.

De *Rosis* chirurgorum assertum notum est, licet quoad Theoriam ineptum, quando dicunt: die Rosen kühlen. Quæritur autem quomodo? Verum est: nam in rosa duplicem habemus substantiam; volatilem unam, quam inter analeptica reposui, alteram fixiorem, in exsiccatis residuam, præsertim in rubris, die nicht riechen / abundantem. Dico hinc, quod refrigerent vi terreo-alcalinâ, acidorum absorptiva. Probo hoc, quia decoctum florum rosarum, balaustiorum, &c. eodem modo ▽at ⊖ in atramentum, ac decoctum gallarum; quod non potest fieri, nisi acidi Vitriolici saturatione, & contentæ mineræ ▽ation, & sic notorie agunt in acidum: Oleum rosarum, ex repetita infusione paratum, refrigerat; scilicet rosæ in Infusione saturant occultum Acidum olei, quod simul alcalisatur, unde coëunt in ⊖sum temperatum tertium, dum interea in oleo substantia pinguis urinosa dominatur, cujus acidum temperatum per se & solitariè adhibitum in oleo, minus refrigerare observatur.

Remedia Cancrina.

Temperant & corrigunt acida, etiam volatilia, potentissimè, quod Mechanica docet, dum etiam à subtilissimis acidis factas solutiones ▽at; v. g. aqua ♋ fluviat. vel etiam ranarũ ritè par ata & destillata; qua ratione etiam inter cosmetica refertur. Omnia enim vitia intercutanea (ut vari, pustulæ, gutta rosacea) ab acido, à transpiratione inhibita vitioso oriuntur; unde ab his cute plus minus transpirabili, à materia suppurabili facta evanescunt: sic ♋ ♀i per deliquium etiam insigne est cosmeticum eandem ob causam.

In specie excellunt

Saturnina,

Vi refrigeratoriâ in intemperia calida, quæ usurpantur usu externo, vel in forma sicca, vel humida, vel media. In sicca v. g. quando Inflammationibus erysipelaceis inspergitur ♃ ex floribus sambuci, farina fabarum, triticea, &c. quibus, tanquam anima, additur creta, progenies ♄ina, cerussa, lithargyrium vel minium, &c. in forma humida sub forma epithematis, cujus exemplum suggerit *ZWELFFERUS in Pharmacop. Regia pag.* 91. ubi habet Epithema ad Ambustiones (nam & hîc reverà spicula ignea infiguntur) quod constat ex *cerussa*, *lithargyrio* vel *minio*, in *aceto vel vino*, fit sic Decoctum dulce: saturnus roditur, non tamen saturatur ab acido, unde applicatum hoc est adhuc acidorum absorptivum; vel

℞. *lithargyr.* ℔ ß.
flor. rosar. rubr. M. ij.
olibani
myrrhæ,
mastich. à ℥ß.
▽ ♀*viv.* ℔ iv.
⊠ ℔ jß.

Coqv. simul usque dum *lithargyrium* ferè sit solutum: in fine addendo

Camph. ℥ß.

Colaturæ detur.

Pertinent huc die Umbschläge Chirurgorum, quibus in graviori malo, ubi gangrænæ metus est, etiam lixivium commune addendum, & sanè non sunt contemnenda. De cautelis circa horum applicationem observandis vid. *Dissertat. de ▽ant. Usu & abusu c.* 3. §. 1.

In forma media fiunt Unguenta, Linimenta, Emplastra, &c. unde tot natæ sunt descriptiones Emplastrorum refrigerantium, consolidantium, &c. quæ omnia tamen de saturno participant. Exempli loco sit *Balsamus ♄ni*: Compositio quidem est levis, sed multi usus:

℞. ♄ qualicunque modo *calcinatus*, imprimis *minium*:
Solvatur in ⊠ solutioni in mortario plumbeo instilletur & copiosum, l. q. s. agitando continuo cum *pistillo* ♄*eo*, donec abeant in consistentiam Linimenti grisei, quod externo usu intemperies quasvis calidas promptè extinguit: recens imprimis ad ambusta præsentaneum est remedium.

Emplastra triapharmacon, tetrapharmacon, album coctũ, ex cerussa, lithargyrio, minio, &c. omnia conspirant in eo, quod omnem effectum sortiantur à Saturno, qui horum oleorum acidum imbibit, & fit concretum alcalinũ temperatũ fortiter absorptivũ, acidi in inflammationibus destructivum & correctivum: v. g. *emplastrum triapharmacum*, quod *pro famoso Norimbergensi habet ZWELFFERUS in Pharmac. Regia pag.* 30. quod instar plurium sufficiat, præsertim si ad mentem Autoris cum *camphora* societur. Pertinet huc Emplastrum illud miraculosum in *M. A. N. C. Ann.* 8. *Observat.* 16. *p.* 23. vel *Norimbergense ab Hoffmanno in Thesauro Pharmacevt. pag.* 69. descriptum. Encheirisis horum consistit in eo, ne fiant nimis glutinosa, seu pororum cutis obstructiva; artificiũ verò est in hoc, ut ♄ arrosus tantùm aperiatur, ut promptiùs imbibat alia acida: proportio etiam debita observatur, ut omne acidum *olei* absumatur; & ne Linimentum nimis glutinosum evadat, parum *terebinthinæ* vel *ceræ* addatur.

In

Calce Viva

Sunt particulæ tales ⊖so-acidæ, quæ nihilominus naturam alcalium fixorum sapiunt; (nam quælibet alcalia fixa quoque nihil aliud sunt) in genere sunt particulæ, quæ omnes effectus alcalibus fixis attributos solent exerere, & alterando spinam acidam Intemperiem calidam sistere. Usurpatur vel in forma sicca vel fluida. In fluida ▽ ejus, instar Epithematis æstuantibus & inflammatis locis imposita, est egregia; hinc ad inflammationes Gangrænam minitantes ▽ ♀æ reverà ▽ benedicta Chirurgorum, sive simplex fuerit, sive juxta Gallos addatur aliquid de ♃to vel dulci, item de ♈, vel quod potentius, immittatur quid de ♄i saccharo: sic evadit Mistura lactea, quæ egregiè refrigerat & temperat æstum. In forma sicca

℞. ▽ ♀æ:
Calefactæ instilletur ♋ *rosarum*, probè agitetur, fit Linimentum instar butyri, præsertim contra ambustiones meritò laudatum, etiamsi leve sit.

Inter vegetabilia sunt, quæ ferè alcali moderato temperato constant, plus minus vulneraria sunt: Imprimis excellit ex omnibus *Camphora,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0432-2 DFG

Camphora,

Quæ in forma liquida sub nomihe ♈ camphorati, mire extinguit inflammationes (vana enim est persuasio, man solle die Rose nicht netzen: & mitigat ardentissimos dolores; vel in unguento & epithematibus admista refrigerat insigniter, dum acida, graduata imprimis, potenter imbibit, mitigat & temperat. Est aliàs concretum in se apparenter ⊖sum, & tam à menstruis acidis quàm ⊖sis indifferenter quoque solvitur.

Præterea

Succus lactucæ, Taraxaci, Bellidis minoris, Decoctum Rosarum aut *Oleum,*

Ex rationibus supra dictis refrigerant externè, & exæstuationes compescunt. Evporiston est mulierculatum in cephalalgia cum ardore, sive sint ceteroquin sani sive revera ægri patientes, quam vocant calidam: Sie nehmen die rothen Rosen-Kuchen/ i. e. caput mortuum seu magma, ex destillatione ▽æ rosarum residuum: hoc exsiccatum, & ▽ calidâ denuò humectatum, imponunt fronti seu vertici, quod egregiè refrigerat, sistit æstum, & dolores sopit. Ratio est, quod spicula ista dolorosa, ubicunque hæserint, à magmate rosarum, post volatiliores partes residuo correcta & temperata æstum & Cephalalgiam mitigari faciant.

De *Pulvere ranarum*

Contra carcinomata nihil dicam, nec de oleo refrigerante. Commendo in specie

Sperma ranarum

Per se asservatum, de quo vid. *ZWELFFERUS* & *le FEBURE in Chymia*, si nempe Mense Martio ante novilunium collectum indatur in saccum lineum rarum, porosum &c. suspendatur in loco frigido; abit in liquorem seu liquamen, quod addito pauco nitro & alumine (utut impræguatio cum alumine non in omnibus quadret) potest asservari in aliquot annos (aqua enim hæc destillata nihil valet:) Hoc externè sumum est refrigerans, quatenus est imprimis acidi saturativum, si in forma humida applicetur; sive lintea intincta immergantur & aliquoties exsiccentur, ut phlegma exhalet, & gelatina, particulis alcalinis temperatis impræguata, residua maneat; quod est evporiston, in inflammationibus erysipelaceis optimum: vel etiam ex relicta sub ▽æ destillatione mucagine aliis additis, præsertim ♄inis, fiat Emplastrum. Hæc sunt remedia tria in omnibus malis ab acido natis, in varis, ophthalmia, &c. proficua. De linteis & emplastro spermatis ranarum decantatis, confer. quoad usum & præparationem *M. A. N. C. Ann. 6. & 7. in Appendice*, ubi habentur remedia aliquot *CNOEFFELII*, Medici suo tempore incomparabilis. Quomodo verò hæc vi alcali temperati operentur, docet *TAGCHENIUS in Hippocr. Chymico.*

Quoad

Cancrina,

Succus cancrorum fluviatilium recens expressus, & quovis modo applicatus, est quoque egregium remedium: item si ♋ri fluviatiles seponantur paulatim ad putrescentiam, & ex putrefactis eliciatur phlegma & ∽; quod phlegma est egregium in sedando æstu inflammatorio oculorum, propter urinosum paucum quod in phlegmate adhuc inest, in forma Epithematis.

Urina.

Propter alcali volatile externè refrigerat, & æstuationes sistit; hinc præstans est contra Inflammationes Epithema:

℞. ▽ *commun.* ℔ viij

⊡ *human.* ℔ ij.

♃i ℥iv l. v.

Invicem coquantur in olla vitreata (quia *in vitrificatione* semper *additur* ♄) addendo parum *ceruſſæ* l. *minii*; coquendo ad medietatis absumptionem: Liquor residuus usu externo egregius est in refrigerandis & sistendis inflammationibus partim propter ♄, partim propter, alcali ⊡æ blandè discutiens

Pariter etiam phlegma ⊡æ tantillum putrefactæ in partibus sensibilibus plurimum refrigerat. Observavi in Mercatore quodam, qui, quando patiebatur podagram cum inflammatione erysipelacea conjunctam applicabat stercus recens vaccinum cum levamine notabili, dicebatque: er spühre es recht / wie es die Hitze ausziehe. Scilicet:

Stercora animalium

Turgent alcali volatili seu alcali seminitroso quasi ⊖✳cali, quo temperant acidum istud, à quo phlogoses, vari &c. Aliàs stercus humanum applicatum fortiùs penetrat, & in hoc puncto æstum & dolorem notabiliter mitigat. Ubi metus gangrænæ est, stercus equinum vel ejus decoctum cum vino, est evporiston, plurimis præstantissimis æquipollens.

Quoad *reliquas Intemperies*, earum ratio & fiendi & curandi ex præsuppositis superioribus ferè spontè patet. Nempe fiunt ex ∽ insiti cum influo impetu, & hinc concitatiori motu formaliter; ex Acido vel intemperato facto materialiter; & sic Intemperies calida oritur: id quod alii excandescentiam, furorem, &c. archei vocant. Sic *frigida intemperies* ex contrario oritur: nempe consistit hæc in specie in deficiente spiritu insito, hinc deficiente simul ejusdem cum insito motu, unde consequenter pars minus incalescit, & in tempore remissior observatur. Sic omnia, quæ spiritum insitum partis quocunq; modo labefactare, aut deficientem reddere valent, sive sint injuriæ externæ, sive læsiones internæ intemperiem partis frigidam inducere possunt; cujus comes inseparabilis est robur partium inæquale, ut *HELMONTIUS* loquitur; de quo *supra in Patholog.* sufficienter actum.

Therapevsis partium ejusmodi frigidæ Intemperiei instituitur per Calefacientia sic dicta, qualia sunt aromata & omnia volatilia Aromatica, Balsamica dicta, i. e. quæ ⊖e volatili, ab acido oleoso concentrato & temperato, plus minus impræguata sunt, aut cum spiritu partium insito balsamico, suo modo symbolizant. Talia autem sunt in duplici differentia, vel sunt

1. κατ' ἐξοχὴν dicta Aromatica; vel
2. Vellicantia, & partem rigidam plus minus sensibiliter irritantia, ut hujus medio ∽ influi impetus ad fibras vellicatus, & in crispaturas concitatas, provocetur, quo ex uberiori ejus radio robur, Motum, & Calorem parti debitum, restituat.

Prioris generis sunt omnia Aromatica, superiùs allegata, ut hyssopus, mentha, absinthium, salvia, majorana, rosmarinus, origanum, serpillum, angelica, lavendula, centaurium minus, castoreum, & omnia propriè dicta Aromata exotica, v. g. piper, cinnamomum, galanga, &c. ac parati ex his ∽ volatiles inflammabiles, tàm per fermentationem quàm per solam abstractionem; nec non paratæ cum his Essentiæ aromaticæ: quibus socianda ℞ destillata ætherea (non empyrevmatica) suaveolentia, prout sunt ℞ destillat. baccarum juniperi, terebinthinæ, succini, item Balsamus Peruvianus, gummi tacamahaca, imprimis verò ∽ formicarum cum ♈ per abstractionem pa-

nem paratus suaviter acidulatus. Hæc externè applicata, affricando, illinendo, &c. multum præstant ad partium spiritum insitum denuò reparandum, restaurandum, conservandum, ac calorem, & hinc debitam partium temperiem, revocandum.

Posteriora, quæ spiritum influum in motum concitatiorem provocant, ut hujus medio ∽ insiti copiæ restaurentur, & ex hujus sociatione tonus partiũ reducatur, conveniunt hinc sinapi ejusq; semen, & semen erucæ, & similia acriora. Pertinent huc *Urticationes* dictæ, quibusdam usitatæ, quando pars talis frigidior urticis recentibus probè verberatur, ut irritatione hujus & concitato dolore ∽ & sanguis eò magis ad istam partem promoveatur & retineatur; qui modus in paralyticis membris, item ex contusione tabescentibus, subinde proficuus observatur. Pertinet huc ○ plumosum, talcum, aminanthus, & congenera concreta, quæ quantum possibile pulverisata Litibus, Unguentis, &c. permiscentur, ut horum rigidis spiculis irritentur partes, & ex irritationis sensu facilius incalescant.

Præter has Intemperies, partes subinde quoque corripiuntur sub texturæ suæ materialis mutatione *Intemperie*, ut dicunt, *humidâ*, ut & *siccâ*; de quibus pariter *in Pathologia*.

Therapeusis autem *Intemperiei humidæ* ex dictis vel sponte patet, quod omnia calefacientia modò dicta, omnia resolventia, discutientia, & moderatè adstringentia, in intemperie humida sint convenientissima: Hinc omnia aromata & aromatica locum hîc habent; saltem acriora nonnihil, & paulò penetrantiora eligenda sunt, mediantibus quibus simul attenuationis & discussionis scopus potest compleri: quibus semper addantur moderatè adstringentia pro tono fibrarum roborando; utut eundem amara etiam plus minus conservent & restituant. Præter hæc in genere conveniunt in specie Aristolochia, fœniculum, herba & flores chamomillæ, baccæ juniperi & lauri, crocus, item excrementa animalium acriora & quasi nitrosiora, ut capillum, columbinum, item, O, ☽, ♃ & quælibet ♃ea, hinc balsamum sulphuris, emplastrum dia-sulphuris, petr♁, ♁ ▽æ, emplastrum diasulphuris Poterii contra ischiadem, bolus communis, & cum hoc parata emplastra contra luxationes & fracturas, quæ omnia in dicta læsione, Intemperie humida, locum habent. Quibus denique addendi, præsertim in ulceribus & vulneribus nimis manantibus ☵es absorbentes, communiter exsiccantes dicti, v. g. compositi ex C.C. usto, creta, lacte ♑æ, medulla saxorum, lapide calaminari, ▽ vitrioli dulci, &c. qui absorbentes & plus minus adstringentes subindè melius, quàm emplastra ac unguenta conveniunt.

Medicatio Intemperiei sicca ratione acrimoniæ pertinet ad *Praxin specialem*, & est eadem cum cura Atrophiæ Universalis; Quod *particularem* de ea *in Chirurgia speciali* agitur, ubi *de symptomatibus*, *vulneribus & ulceribus supervenientibus* tractatur. Nihilominus de hac quædam hîc monebo: nempe Intemperies sicca particularis in quadam parte nobis ferè incurabilis est, quod ex defectu ∽ insiti fluat, qui, cùm ex semine originem ducat, hinc nullâ arte à nobis restitui potest. Unde, quod pro ejus Cura nobis relictum, consistit potissimum in tribus:

1. Ut fibræ partium blandè humectentur & emolliantur, quo facilior nutrimenti receptio, & diuturnior retentio fiat.
2. Ut pars solida nonnihil irritetur, quo ∽ influus, vel succus nutritius, illuc concitetur, & ad eam partem commotus in supplementum insiti veniat.
3. Ut ∽ insitus, in parte plus minus deficiente adhuc residuus, roboretur & confortetur; à priori enim nihil amplius possumus.

Interim pro scopo primo conveniunt pinguedines, tàm temperatæ, quàm nonnihil acriores, simulque irritantes, v. g. humana, taxi, anserina, ursina, vulpina, canina, &c. præsertim ex animalibus electæ ævi diuturnioris, & constitutionis naturâ pinguioris ac succulentæ: Quibus socientur medullæ, v. g. vituli, cervi, & ex his parata unguenta analeptica seu resumptiva dicta; quibus commodè mucilagines, v. g. cydoniorum, malvæ, althææ, & similium emollientium adduntur: item ♁ lumbricorum terrestrium per decoctionem, ♁ ranarum, &c. Omnia hæc parti aliquandiu frictæ, ut nonnihil incalescat, tepidè illinuntur.

Pro secundo scopo excellit O plumosum, & inde paratum *Arcanum aluminis*, secundùm imitationem *FELICIS WURZII in institut. Chirurgicis, ubi de Atrophia*; cum oleo communi & ▽ succedit negotium, evadit ☵ nonnihil obscurus, qui dictis litibus additus, reverà præstans est remedium. Confer. *AGRIGOLA in Chirurg. Parva*, qui hæc exscripsit, Autore tamen non nominato, nec tamen ipse ritè assequi potuit.

Pro III. pertinet huc in Aridura partium fotus ex Decocto cubilis formicarum, item immissio partis Intemperie sicca laborantis in canem vivum recentèr immissum, vel etiam immissio partis tabescentis in bovem recenter mactatum, ut horum animalium vitali quasi tepore foveatur & resuscitetur ∽ insitus adhuc partis, & vel curetur, vel prælervetur ulteriùs.

Pergo *Therapeusin morborum Conformationis* Mechanicæ, secundùm trinam dimensionem, i. e. secundum longitudinem, latitudinem & profunditatem. Longitudo est vel excessiva vel defectiva: Latitudo item peccat vel in excessu vel in defectu; Profunditas solida plus minus cava vel porosa est, quæ omnia ex Pathologicis præsupponenda veniunt.

Quoad Therapiam generalem, monenda pauca quædam in genere, cùm pro casuum & causarum varietate speciali varient hi affectus, & ferè aliorum affectuum præcedentium comites & pedissequæ existant, quod pro horum ratione cura quoque eorum plus minus varianda sit; e. g. dum osse femoris extrorsum luxato crus longius; eodem introrsum luxato crus brevius alteri apparet; quæ ipsa vitiata figura seu longitudo per repositionem corrigenda & restituenda est. Sic dum pars quoad Latitudinem vitiatur, unde cũ tumida vel ex nutritionis ubertate, & inde nata excrescentia particulari, vel ex transmissi fluidi retentione, in magnitudine aucta est; externe vel per blanda discutientia insensibiliter, vel per evacuantia sensibiliter, vitiata ejus Latitudo restituenda erit: Quod simili ratione semper in aliis affectuum affectibus particularibus observandum venit, ut nihil de his in genere monendum restitet. Quoad profunditatem partium porosam plus minus cavam, hæc nunc angustatur nunc ampliatur præternaturaliter. Angustatur ea, quando repletur à contento, vel quando constringitur à continente: Istud communiter vocatur obstructio; hoc, quando à fibris undecunque contractis & spasmo

ſpasmo corrugatis pars anguſtatur, dicitur conſtrictio: quorum Theoria *ſupra in Pathologicis.*

Jam quoad Therapevſin *Obſtructionum verarum,* ſive ſint cauſæ, ſive interdum productum morboſum, v.g. in ſcirrhis morbos chronicos ſupervenientibus, ea non eſt inſtituenda per evacuantia, ſed ſimpliciter per incidentia ⊖ina ⊖ſa; hinc gummata & aromatica acriora, de *quibus jam ſupra actum.*

Per talia igitur curandæ ſunt Obſtructiones, non per Purgantia; nihil enim inſulſius eſt, quàm quod morbos, in quibus Obſtructiones reperiuntur, per evacuantia velimus curare, cùm ſic non removeamus cauſam, ſed productum morboſum. Iſti enim chronici morbi, qui ex obſtructionibus dicuntur oriri, potiùs reverà oriuntur cauſaliter ex acido, in ſubjecto materiali plus minus viſcido hærente, quod natum eſt ex vitio digeſtionis primæ deficientis. Nempe ventriculus eſt fons primus omnium morborum chronicorum, & occaſione deficientis digeſtionis natum inde acidum plus minus viſcidum: unde etiam in horum cura martialia primatum obtinent, non aperiendo, cùm Mars per ſe adſtringat, ſed acidum in his morbis peccans corrigendo; unde etiam acidulæ, Martialium anteſignanæ, in his caſibus ultimum ſunt refugium.

Pertinent huc *contuſiones partium externarum,* & hinc dislocatio pororum & meatuum in parte contuſa, unde ſanguinis extravaſatio & ſuffuſio. In his totus ſcopus eſt, ſanguinem congrumatum & acore inquinatum ſucceſſivè diſſolvere, eumque inſenſibiliter abſumere, ſive per meatus ſive per porulos corporis: unde propinantur ſudorifera, acidum abſorbentia, ut ſimul cum ſudore maſſa ſanguinea diſſoluta, in meatibus partis contuſæ impedita, faciliùs eos penetrare, & in debitum circulum remeare poſſit. Sanguinem congrumatum reſolvunt ſcabioſa, ſymphytum majus, abſinthium, hypericon, in ſpecie bellis minor, quæ ſingulariter opitulatur huic congrumationi: *D. MICHAELIS* de coquo narravit, quod hauſto frigido potu difficultate ſpirandi laboraverit, ex coagulatione ſanguinis; poſtquam autem adſumpſit ℞m bellidis, convaluit; cujus decoctum etiam *LINDANUS* ſingulariter laudat: Poſt hanc conducit hyſſopus, fœniculum, cherefolium, &c. *LINDANUS jam laudatus in Colleg. Hartmanniano* paravit potionem ex braſſica rubra, artemiſia, conſolida Saracenica, bellide minore & rhabarbaro, cui addidit ſperma ceti: ſeorſim recepit lapillos cancrorum, quibus affudit ✠, cujus miſturæ cochl. j. dedit cum hauſtu jam dictæ potionis: ſperma ceti egregiè diſſolvit ſanguinem coagulatum, quod etiam facit rhabarbarum, & conducit, ubi opus purgatione. Pro ſcopo ſudoriferò adduntur aliis carbo tiliæ, ♂ diaphoreticum, lapilli cancrorum, ~ ♀i, theriacalis camphoratus; ſi per Diuretica evacuare opus, adduntur flores cyani, calcatrippæ, fœniculi.

Externè applicantur, quæ attenuant & reſolvunt. Repellentia Chirurgorum, ut ✠ & ♃es adſtringentes, ſunt nociva pariter ac impoſſibilia; ſanguinis enim affluxum non impediunt. Inter attenuantia & reſolventia, conveniunt comæ abſinthii, ſerpillum, ſemen cumini, aniſi, crocus, vel applicatur ſolus ſpiritus vini camphoratus, qui penetrat, reſolvit, acorem ſanguinis temperat, ſanguinem fluidum reddit, & poros pro diaphoreſi faciliori aperit: efficacius erit, ſi ☿ hic ſocietur cum theriaca, à qua diſſolutione aromatica ſanguis grumoſus arcetur ab ulteriori corruptione, & dolor opiatâ vi ſiſtitur; quod etiam facit ☿ crocatus: ſpiritui vini etiam Rob ſeu eſſentia ſambuci addi poteſt: item radix ſigilli Salomonis vino cocta, & in forma cataplasmatis applicata, quascunque ſuffuſiones tollit; ſicut etiam *D. MICHAELIS* radicem ſigilli Salomonis ab ℥j. ad ℥iß. cum radicis ſymphyti majoris ℥iij. in vino vel aqua ſimplici cepit & applicavit: *MYNSYCHTHIUS* ex his & tragacantho habet emplaſtrum contra livorem faciei; Agricola ex Theriaca & Rob ſambuci cum ſaccharo ſaturni: chelidonii majoris ſuccus illitus attenuat, diſſolvit, & hinc contuſionibus conducit: convenit etiam externè ſperma ceti ▽ ſimplici diſſolutum, & cum ſpiritu vini parumper miſtum; unde *MYNSYCHTHIUS* emplaſtrum ſpermatis ceti habet ſupra laudatum.

Cavitas interdum eſt nimis *exceſſiva & ampliata,* quod fit ex nimia fibrarum atonia & laxitate, pororum, vaſorum aut meatuum apertione; ſive contingat per ſimplicem dilatationem, ut in anaſtomoſi; ſive per exeſionem aut eroſionem. Quoad *atoniam,* eſt vitium commune omnibus partibus organicis: Hanc triplicem eſſe, vel à nimia & violenta fibrarum extenſione & aliquali laceratione, vel ſpirituum animalium defectu, vel fibrillarum nimia humectatione, ut *ſupra in Pathologicis dictum.*

Prima ſpecies atoniæ partium, ſive reſolutus partium tonus, à præternaturali fibrarum laxitate & flacciditate oriundus, curatur quidem optimè adſtringentibus, nervinis tamen aromaticis permiſtis: inter quæ Martialia proſunt primariò, quæ per ſe ſemper ſunt adſtrictoria, ut ℞ Martis adſtringens, item Tinctura ♀is vitrioli ex corallis & hæmatite parata remedia, tàm corallia præparata, quàm ſyrupus coralliorum *Quercetani,* & ℞ coralliorum; item lapis hæmatites præparatus, & ℞ ejus egregiè adſtringunt: facit huc & ipſe *hæmatites artificialis* ex *ſaccharo ſaturni* & *vitriolo Martis* paratus. Ad hæc adſtringentia, imprimis alumen & ſubjecta aluminoſa pertinent, quæ internè aſſumpta partes laxas mirè reſtituunt, ſimulque maſſam ſanguineam coagulant: item ♁ ſigillata, creta, bolus Armena, aliæque ♁æ medicatæ, imprimis ſi cum ſpiritu vitrioli aliisque acidis uſurpentur; unde & liquor ſtypticus eſt adeò potens adſtringens: Omnia etiam vegetabilia adſtringentia huc pertinent, cydonia, biſtorta, tormentilla acorus adulterinus, remedia ex quercubus. His autem adſtringentibus ſubinde nervina adjungenda, quæ fibras reſolutas ſimiliter reſtituunt, ſive externè ſub fotuum forma, aut cataplasmatum, aut inunctionum applicentur, ſive internè adſtringentibus permiſceantur. Sic notum eſt, quod cataplasma ex fermento cum aromatibus ventriculi tonum laxatum reſtituat; item quod fomenta ex decocto rorismarini, chamomillæ, pulegii, origani, ſalviæ, &c. tonum partium à frigore læſum, aut nimia humectatione labefactatum, reſtituant. Calx viva mixta cum ſulphure, & ▽ communi cocta ad ſufficientiam, inſervit loco balnei artificialis in paralyſi, paraplexia, aliisque affectibus. Oleum item nucis moſchatæ, tàm expreſſum quàm deſtillatum; item oleum caryophyllorum, externe inuncta atoniam curant. E.g. internè ad reſtituendum ventriculi robur ſit hæc for-

formula ex adstringentibus & Aromaticis mista, in lienteria aut simili morbo proficua:

℞. ▽ *menthæ* ℥ij
cinnam. ℥j.
succ. cydon. ℥vj.
elix. menthæ ℥iij.
alum. crudi gr. vj. ad ℈ß.
℘ *destillat. caryoph.* gtt ij.
Syr. Corall. Qvercet. ℥j.
M. D. S.
Anhaltende Stärck-Mixtur.

Secunda species curatur removendo causam, & augmentando ∼ animales per volatilia aromatica.

Tertia ex lympha, curatur blandis sudoriferis, hisque appropriatis, qualia sunt sassafras, succinum, myrrha, juniperina & aromatica sudorifera.

Cura Cavitatis excessivæ à nimia vasorum & meatuum apertione &c. consistit simpliciter in Adstringentibus, quæ & simul fibras stringere, & acidum plus minus rodens corrigere possunt: quæ, cum pleraque vulneraria sint, de iis, *ubi proximè de Traumaticis agendum.*

Sequuntur *morbi Compositionis*, seu potiùs *Connexionis* primarii & secundarii, v. g. Luxationes, prolapsus intestinorum, uteri, &c. *suprà ex Pathologia* noti. Quoad horum *posteriorem Therapevsin* & Medicationem, quia affectus sunt particulares, ad specialem Praxin pertinent. Quod autem morborum Connexionis *Primariorum Therapiam* attinet, observandum:

1. Consolidationes talium vulnerum, v. g. ambustorum, &c. saltem esse nutritionem modificatam: Nam mediante nutritione continuatâ, & suo modo in parte læsa aucta, divisæ partes denuò coalescunt & uniuntur. Est igitur Cura harum partium à spiritu insito, mediante influo efficienter; ex nutrimento rorido, quasi gelatinoso, ⊖ino-oleoso temperato materialiter, per illius specificam coagulationem formaliter factam.

Hinc sequitur

2. Quod consolidatio harum partium sit opus solius naturæ, quippe quæ in genere partes constituit, nutrit, & læsas denuò restituit: adeoque ars Medico-Chirurgica pro tali consolidatione instituenda propriè nihil agit, sed impedimenta saltem removere debet.
3. Impedimenta autem, quæ consolidationem, naturæ ope instituendam, remorantur, sunt acidum præternaturale in vulnerum & ulcerum labiis, v. g. Ambustorum, &c. natum, quod rodendo dolorem, irritando ardorem, fermentando cum nutrimento partis læsæ hujus corruptionem, & pro corruptionis gradu transmutando in pus, saniem, ichorem, &c. reliquorum omnium symptomatum supervenientium nunc causa efficiens formalis, nunc occasionalis existit; ita, ut semper in genere in soluta unitate, nisi tale acidũ vitiosum superveniat, sponte à natura curetur & consolidetur: si hoc acidum tamen supervenerit, incumbit Medico, ut illud removendo reliquum opus natura sponte suâ promovere possit.
4. Acidum hoc in parte oritur ex alteratione ∼ insiti (qui aliàs naturaliter tanquam balsamus partem conservat) simili ratione, ac *suprà de Inflammatione* dixi. Nempe △ in ipsa labia vulneris, aut superficiem partis læsæ, impressionem præternaturalem facit, unde sanguis grumosus, vel ichor collectus, vel festucæ ossium, vul nutrimentum partis roridum, sub colliquatione in ambustis factâ alteratum, vel alia similia plura impressionem novam & peregrinam ac hostilem parti sensili, plus minus læsæ, inducunt. Hujus impressione, ac plus minus irritatione, dolor supervenit, cujus stimulo ∼ influus concitatiori motu ad partem læsam fertur, qui cum insito concitatus motus in parte læsa ardorem seu Calorem formaliter, & hinc ex acido, antè occultato, manifestiori facto fermentum istud acre materialiter constituit.

Nempe *occasione vulneris* irritatus ∼ *insitus*, cum influo in vehementiorem motum agitatur, ex quo 2. superveniunt:

1. Enim sic destruitur eorum temperatura, & occultum acidum antè fit manifestius;

Et

2. Calor intensior, æstusque notabilior, insequitur:

Ex quibus generatur fermentum acidum istud, nutrimenti proximi glutinosi corruptivum, & consequenter acidum vulneris ac ulceris constitutivum, cujus occasione nutrimentum in pus & saniem alteratum corrumpitur: ita quidem, ut quo acrius est Acidum, eo magis dissolvit atque attenuat nutrimentum, hinc ichor & sanies; quò mitius verò Acidum est, & cum nutrimento in temperatius ⊖ sum coit, eò magis pus constituit. Illustrat hoc familiare phænomenon; nempe, quamdiu aliquid peregrini in ulcere vel vulnere inest, tamdiu hoc consolidari nequit. Præter hoc, quod propter alienam texturam nequeat assimilari partibus nostris, ratio est, quod continuâ irritatione continuum dolorem, & hinc continuatum aciditatis proventum conservet; si vero accidit, ut acidum tale in vulnere relictum consolidatio sequatur, ea non diu est durabilis, sed mox insequitur dolor, tumor, & hinc ulceris recidiva. Objiciat quis; Quid de globulis plumbeis videtur, qui sæpius diu in parte læsa gestantur, & vulnera facta inde sine recidivæ metu consolidantur, quitamen reverà sunt extraneum aliquid & hostile? Verùm hi aliud quid in recessu habent. Nempe duplici ratione in specie globuli plumbei in nobis retineri possunt:

(1) Quia ratione figuræ externæ *sunt* corpora rotunda, quæ minus *sensibiliter* lædunt partes *molles*, *in* quibus continentur; unde dum sine sensiliori impressione tolerantur, consequenter nullus dolor, nulla inflammatio, nulla ulceris recidiva, &c. supervenit.

(2) Et potissimum ratione materiæ, h. e. plumbi. Plumbum enim ipsum quodvis acidum temperare & absorbere, ac hujus ratione refrigerare, & dolorem sistere dicitur.

Dum igitur ♄ acidum quodvis temperat & absorbet, hoc ipso ejusdem proventum præternaturalem in parte solida prohibet, hincque præsertim nutrimenti ab acido corruptionem impedit & præservat, dum ejus in pus & saniem degenerationem præcavet; fit inde, ut sine metu ulceris in nobis gestari valeant, per diuturnum etiam tempus. Curiosum enim est phænomenon, quando vulneri recenti applicatur turunda plumbea cava: est,

est nempe in Cura mea quidam homo adultus, cujus glans non est perforata, sed quando ⊡m emittere vult, infra glandem per foramen illam ejicit; matrimonium tamen inire vult: necesse ergò est, ut glans perforetur, quo magis de conjugio ineundo certus esse possit: quoties glandi turunda plumbea fuit immissa, hoc factum sine puris & ullius saniei proventu; si verò turunda ex emplastris immittebatur, mox deinde pus & sanguis prodibant. Nempe ♄ acidi proventum in ulceribus arcet, aut genitum temperat, inde corruptio puris & saniei præcavetur. Par ratio est, quando ulceribus manantibus lamina tenuis ♄ina applicatur, saniei proventus minuitur, dolores mitigantur, parcior puris copia scaturit, acidum à Saturno mitigatur & corrigitur, & hinc facies ac livor præcavetur. Simili ergò ratione globuli plumbei in corpore & partibus mollibus diu gestari possunt.

Quoad eorum ergò Therapevsin, remedia solutæ unitati dicata obtinent vim, impressionem irritativam, à quocunque objecto factam, mitigandi, acidum fermentativum corrigendi, & acredinem nimiam moderatè infringendi, donec nutrimentum successivè à sordibus correctum, minus alteratum ab acido, debitè à spiritu insito assimilari, & læsio inducta consolidari & restaurari queat. Hinc est, quod *HELMONTIUS* dicit; operari Vulneraria, quatenus in se habent occultum quoddam Alcali; & rectè quidem: Omnia enim remedia Vulneraria vi alcalinâ temperatâ, adeoque plus minus oleosa, acidum istud in labiis vulnerum & ulcerum temperare, & in ☉sum tertium mutare valent; vel vi acidi acrioris plus minus destructivâ, operativâ prædita sunt. Pro cujus ratione duplicis etiam sunt differentiæ; priora in mitiori, posteriora autem conveniunt in graviori casu: Illa in vulnere simplici; hæc in ulceribus locum habent. Ex priori classe sunt v. g. hypericon, momordica, plantago, balsamus de copaibe, balsamus sulphuris; ex posteriori ♄ina, colcotharina, item styptica vegetabilium ex quercu, pimpinella, balaustiis, rosis, &c.

Quoad materiam ergò Medicam, his affectibus dicatam, ea remedia acida temperativa, & simul utplurimum adstrictiva esse solent. In regno vegetabili sunt nicotiana, quæ in expurgandis fistulis, & ulceribus mundificandis, valdopetè conducit, & vi narcoticâ pollet; plantago, eorumque succi, hypericon, veronica, sanicula & præstantior ejus species Alchimilla, momordica, consolidæ tres species, media & minor, hedera terrestris, quercus, tormentilla, bursa pastoris, myrrha, omnes arbores resiniferæ, terebinthina, quæ inter balsamica tàm internè quam externè non infimum obtinet locum; hinc larix & abies propter hoc suum balsamum tota hyeme virescunt; aloë, gummi elemi, quod in vulneribus capitis potissimum adhibetur, balsamùm naturalem restaurat; balsamus Peruvianus ☉e acri præditus, & qui reliquis præfertur, de capaibe; vulneri enim si instilletur, promptè coit sine symptomatibus. Præterea in Vulnerum cura cum laude sunt adhibenda olibanum, benzoë, mastix, & inde paratum Linimentum:

℞. ▽ *vitæ* ℥j
benz. ℥ij.
mastich.
balf. Peruv. à ʒij.

M. f. Linimentum in Vulneribus quibuscumque.

Ex regno animali potiores sunt Cancrina, lumbrici terrestres, os sepiæ, mucus aurium, &c. Ex regno Minerali autem succinum, imprimis ejus ☍, quod vocatur Balsamum Europæ seu sacratum, & singulariter conducit in vulneribus nervosis, mistum cum terebinthina & sacchaio saturni; ♈ vitrioli edulcoratum, ♈ vitrioli dulcis seu balsamica, sive sit residuum ex destillatione ∽ & olei vitrioli edulcoratum, sive sit ♈atum ex Vitriolo in ▽ soluto cum alcali factum; item lapis osteocollæ, ♄, cerussa, minium, & quælibet ♄ina, ♃, ☿ & ☌.

Vulnera dividuntur in maligna & benigna. In malignis Theriaca sola cum spiritu vini applicata convenit; item pulvis aranearum, bufonum, viperarum & scorpionum, vulneribus insperfi sunt decantata remedia. In vulneribus à telis venenatis optimè laudatur usus carnis cydoniorum benè manducatæ: optimum remedium est bufo in his vulneribus venenatis & malignis contusus & applicatus: ad morsum viperæ bufo contusus & insperfus summoperè prodest. Venenositas horum vulnerum consistit in hoc, quod idea furoris & rabiei corpori nostro communicetur; ideò idea illa per ideam contrariam, bufonem, &c. sopienda est: vid. *HELMONTIUS*: prodest etiam ♂ candens applicatum, vid. *BOYLE*: Huc quoque pertinent vulnera sclopetorum propter contusionem, ad quæ Chirurgus quidam Neapolitanus phlegma ▽, vel ipsum ▽, in ▽ communi aut aliqua vulneraria dilutum, ut eò vulnus lavetur, laudavit.

De potioribus in specie.

Plantago terrestris,

Eaque in specie quinque-aut septinervea, (nam ▽tica caustica est, hinc ad vesicantia pertinet) est Vulnerarium egregium, acidi blandè temperativum & correctivum. Succus recens expressus, vulneri instillatus aut applicatus, citra primam intentionem seu puris superventum curat vulnera & ulcera. Ipsa etiam simplex planta contusa & applicata dolores sedat, & vulnus consolidat egregiè, si verò vulnus suppuretur, & inde natum sit ulcus, optimè succus hic cum melle vel Theriaca subigitur, & in forma Linimenti ulcus facilè mundificat & consolidat, sive in forma humida, sive sicca, sive succus inspissatus in forma Linimenti adhibeatur. Interne plantago tota, in specie ejus semen, in herniis, dysenteria benigna, in nimio mensium fluxu, est evporiston egregium; unde *SCHROEDERUS* non sine causa syrupum plantaginis extollit in mictu cruento.

Hypericon.

Summe jure travmaticum insigne est, & continet in se substantiam resinosam, quæ terebinthinæ naturam sapit; semen enim ejus odorem & saporem fermè cum terebinthina obtinet. Planta recens, præsertim flores attriti, succum rubeum terebinthinam spirantem suggerunt: unde vi balsamicâ ☉ino-alcalinâ oleosâ temperatâ est egregia in quibusvis vulneribus & ulceribus; in specie ☍ ejus per infusionem & digestionem cum *oleo olivarum*, præsertim si addatur paululum *olei destillati terebinthinæ*: vel ♀ *rubicundum ex semine ejus expressum*, Vulnerarium fit egregium, cui altero anno denuò infundantur *flores recentes*; unde sic habetur ☉, per se excellens travmaticum: vel cum *hoc ipso* etiam & ♃e fiat *Balsamus sulphuris travmaticus*;

vel cum *cerussa* aut *saccharo saturni Balsamus travmaticus refrigerans*; vel additâ *camphorâ* cum *terra Vitrioli dulci Balsamus incarnans*: & sic ex eodem alia remedia polychresta fieri possunt, ita ut Hypericon sit quasi instar omnium; sicut etiam interne in affectibus renum egregium est semen ejus cum conserva violarum in forma Electuarii, adeoque in dysuria, exulcerationibus vesicæ, in specie in mictu cruento, præservativum & curativum est egregium atque eximium.

Sanicula,

Præsertim nobilior ejusdem species *Alchimilla*, quæ excoquendo suggerit decoctum vulnerarium, tam externè quàm internè, in ulceribus fistulosis, sinuosis, &c. per injectionem mundificandis, corrigendo & temperando acido depurandis.

Momordica

Fructus est hortensis, nonnihil spinosus. Infunditur in ♁ *olivarum* vel *lini*, quod ♁ *infusum* est Balsamus vulnerarius nobilissimus. Vidi aliquot exempla hujus balsami in coalescendis vulneribus quid præstiterit, quod miratus sum: famulus siquidem stabuli præsepe purgaturus impingit manum in claviculum, & eam transfodit, ac facilè propter locum tendinosum & nervosum inflammatio cum gangræna supervenire potuisset; qui tamen vulnus hoc beneficio hujus olei bis vel ter in die instillati, etiam sine suppuratione brevi curabat, sine ulla sensili læsione superveniente: alius ex trabe dejecta in manum collidit ungues abrasâ cute digitorum, qui etiam hujus olei solius affrictu evasit brevi sanus sine ullo ulceris superventu. Idem ♁ est excellens in ulceribus mammillarum (aliàs periculosis) ex occasione lactis, unde mammæ inflammantur, & facilè fiunt ulcera sinuosa: in his casibus oleum momordicæ, nunc simpliciter cum turundulis, nunc cum balsamo ♃is pauco mixtum & applicatum, radicitus hæc curat. Idem ♁ per infusionem cum oleo lini egregium est in ambustis, & sine insigniori dolore ejus illinitione brevi curatur & consolidatur vulnus.

Symphyti tres sunt species, consolida major, media, & minor dicta: Minor aliàs speciali nomine dicitur Prunella; sicut media Bugula: præstantius est

Symphytum majus,

Primariò ejus radix, hinc planta integra. Turget hæc mucilagine, triturâ fortiori eliciendâ, quæ temperata est & balsamica, instar vulnerariorum, acidum quodvis temperat, ac in casibus certis ab injuria externa, ratione consistentiæ mucilaginosæ egrègiè defendit: hinc vel sola hæc mucilago decoquendo inspissata Unguenti instar applicatur, vel cum emplastris, unguentis, &c. in Linimenti formam ita redacta usurpatur: eadem herniis & locis herniosis non sine successu imponitur; sicut *BARBETTE* in suis Emplastris eam pro consolidatione recipit: vid. *HOECHSTEDTERUS Observat. Dec.* 3. *Cas.* 5.

Consolida Media seu *Bugula*

Est elegans vulnerarium, temperativum & suaviter consolidativum; magis tamen convenit usu interno, quàm externo, præsertim in exulcerationibus partium internarum incipientibus. Decoctum ejus inter vulneraria interna multum laudatur à *POTERIO*, inter quæ etiam unum ex primariis est; ☿e simul temperato suo volatili quasi nitroso alvum blandè laxat, & quoque ☉m stimulat: admodum etiam conveniens est in casibus, ubi adest sanguis grumosus resolvendus.

Consolida minor seu *Brunella*,

Internè imprimis adhibetur ad potiones vulnerarias, speciatim in læsionibus partium glandulosarum, & hinc in erosionibus, exulcerationibus, &c. faucium Prunella est optimum simplex, sive decoquendo instar Gargarismi, sive cum melle instar litus usurpetur loco mellis rosati.

Tormentilla,

Radix ejus, aut hujus loco *Bistorta*, temperatior & simul adstrictoria, hinc egregia, ubi acrius est acidum in vulneribus, & fibræ arrosæ difficilem ferunt consolidationem, ac adstrictio simul requiritur, radices hæ sunt optimæ, sive Decoctum injiciatur, sive pulvis unguentis & emplastris addatur.

Quercus

Et quercina propter vim fortiter absorbendi acida adstringunt, fibras arctant, & labia vulnerum faciliùs coire faciunt; unde pro acido corrigendo, & labiis vulnerum adstringendis, commodè usurpantur.

Myrrha

Convenit in specie, quando ex defectu ∽ partis læsæ insiti putredo supervenire minatur; item quando vermes in singulis ulceribus generari incipiunt, optimum est: est enim imprimis conservativum mumiæ spiritualis, quæ per 100. & plures annos homines à corruptione arcere potest, beneficio ♈ myrrhati conditos. Ex hoc fit *Elixyr proprietatis*, quod vero ♂ aliquot continuatum omnes corporis nostri putredines arcet, hinc in retentis secundinis maximè laudatur. *Si essentia* ejus cum *spiritu vini* parata unguentis & Lotionibus permiscetur; vel si cum ea in vino decocta, quod ex parte hanc solvit, fiat Injectio vulneraria; vel denique, si ☿ ejus cœteris remediis addatur: sic enim putredo prohibetur, vel progressus præsentis prohibetur, & facilis consolidatio promovetur. Unde est, quod ad *Balsamum Vulnerarium Rulandi* non ineptè copiosa *Myrrha* recipiatur, cujus descriptionem videbitis penes Autorem.

Aloë

Etiam pulverisata & vulneribus inspersa, eadem intra biduum consolidat.

Ex regno animali se offerunt Cancrina & os sepiæ.

Cancri

Internè saltem usu travmatico conducunt, unde commodè in Decoctis vulnerariis pro usu interno adduntur: vid. *POTERIUS*, qui habet talia Decocta, mirè laudanda. Succus expressus in inflammationibus vulnerum est optimus, quia ☵ri, constant ☿e alcalino temperato & minus oleoso, ratione cujus successivè destruunt acidum in parte vulnerata. In specie verò lapilli eorum travmatici sunt, quatenus acidum præternaturale in primis viis corrigunt, vel naturale paulò intensius infringunt, & hac ratione acidi uberiorem luxuriam in vulneribus & ulceribus præcavent; simili ratione ac vinum rubrum acore suo ordinariò vulnera & ulcera deteriora reddit; ita econtrà lapilli cancrorum ipsum acidum corrigendo, quod naturaliter præest quibusvis digestionibus aliis, sanationem accelerant, in specie si assumantur cum vino. Utut enim vinum in vulneribus aliàs per se sit hostile, & à mulierculis rectè prohibeatur, cùm in parte vulnerata dolorem & inflammationem inferat, non quidem ratione caloris, sed acoris; ejus tamen acidum, uti &c ♣, dum roditlapillos cancrorum aut coralliorum concretum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0438-6 DFG

tum exhibet saporem lixivii salsi; sicque roduntur quidem, sed non saturantur, itaque disponuntur saltem, ut eò promptiùs absorbeatur in se acidum primarum viarum: hinc in casu ab alto sanguine congrumato, in luxatis, fractis, &c. quotidianus & salubris eorum est usus. Ex *lapillis cancrorum*, & *exuviis serpentum* sponte depositis, anatica proportione mistis, fit ♄ *conglutinans Cuoffelii*, qui vulneribus, ubi nervi læsi sunt, inspersus eadem statim conglutinat: Si serpentum exuviæ absint, lumbrici, substituantur.

Par ratio est cum

Osse sepiæ,

Quod adhuc potentius imbibit acida luxuriantia, præsertim in primis viis, hinc quibusdam præcipitans magnum vocatum fuit; speciatim enim in contigenda Gonorrhæa benigna, quæ oritur ex fermento acido, testes inquinante, & semen vitiosi saporis producente. Dico autem; in benigna: nam in maligna, diversa & alia planè est ratio, quæ non est hujus loci.

Cerumen Aurium

Humanarum vulnera egregiè mundificat, nec aliquid in pus crescere sinit, cum oleo expresso nucum juglandium adhibitum;

Vel

℞. *Cerum. hujus Aur.* ℥ij.
sach. ♃i ʒj.
c. f. q. ♁ *expr. nucum juglandi.*
f. Linimentum.

Ex regno minerali per ratio est cum dictis animalium partibus.

Scilicet

Osteocolla,

Sic dicta quod ossa quasi conglutinet, concrementum est seu crusta lapidosa ex marga coalescens; prodest internè simili modo, ac lapilli cancrorum; speciatim ad promovendam ossium conglutinationem, & calli acceleratam generationem usurpatur: removet nempe imprimis sapores acidos in primis viis, à quibus calli generatio impeditur; nam quod substantialiter ad partem affectam transeat, merito dubitatur. Datur in casu ab alto, in sanguine grumoso, pulverisata à ʒß ad ʒj. in vehiculo aceti, & per sudorem dicta mala solet levare.

Juxta hanc est

Saturnus

Et ♄ina, quæ sunt solatia Chirurgorum in ulceribus partium; Ulcera nempe eorumque dolores ac inflammationes curant, acidum omne sui attactu dulcificant, & aluminosam adstrictionem inde acquirunt. Plura de horum usu externo *superiùs, ubi de Inflammatione seu intemperie partium calida*, retuli.

Potiùs ergò consideremus

Vitriolacea,

Et tàm Venerea, quàm Martialia, ac inter illa specialiùs ⊕. Vitriolum sub a core suo nativo minus convenit ulceribus, & morbis solutæ unitatis; sed opus est, ut enervetur & separetur acidum istud, quo residua substantia mineralis promptè absorbeat acidum vulneris, & ita consolidationem promoveat: Hinc Colcothar Vitrioli, quod commendatur ab *HELMONTIO*, absorbendo acidum omnem vulnerum & ulcerum corruptorem tollit. Dysenterici ejiciunt excrementa sua in ♀ vitrioli, & hoc mox sistitur dysenteria. Huc pertinet *Pulvis sympathicus*, quando ⊕ *Veneris* exponitur ☉is radiis, ut avolet humidum, & ⊕ ex ☉*is radiis* ♃ balsamicum concipiat: vid. *RATTRAY* & *DIGBY*. In hunc pulverem autem non pus, sed sanguis flotidus immittendus. In usu est imprimis *Terra vitrioli dulcis*, seu ♀ *ex destillatione* ∽ *residuum probè edulcoratum*; cujus loco etiam sumi potest *Crocus Martis*, ex *Vitriolo*, in ▽ *calida* soluto, cum *sale* ♃i vel *alcali quovis alio* ♃*atus*, cadit sic crocus flavescens intensè, ejusdem in Chirurgia usus cum terra vitrioli dulci. In quibusvis unguentis & emplastris ad ambusta, intertrigines, superficiarias partium excoriationes, &c. proficuus est ejus usus. Mirum est, quantum hæc ⊕ lacea & ♄ina corrigant acidum ulcerum, eorumque dolores & inflammationes mitigent, & quantum ad incarnationem, hinc cicatricem maturandam conferant: Ordinariò hinc unguentis, balsamis & Emplastris Vulneratiis cum successu commiscetur; unde ex hoc *FELIX WURZIUS* suum unguentum fuscum parat.

Sulphur

Egregium mundificans vulnerum est; nempe corrigit & temperat acido-salsum acre, & simul, si quæ ex labe ∽ insiti immineat putredo, præservat ab ea, & maturè corrigit. Hinc ulceribus putridis, cacoëthicis, aliisque difficulter sanabilibus, optimè conveniunt ♃ata, quod præstat ♃ ratione partis suæ pinguis; Acidum enim, quod in eo simul inest, non corrigit ulcera, hinc illud prius infringendum, ut habeatur inde remedium balsamicum. Balsamus fit, quando pulverisatum miscetur cum ana vel dimidio ⊖♀; & in vicem in crucibulo funduntur; sic namque hæc duo fusione △ colliquantur, & alcali fixum ⊖♀ agit in acidum ♃is, illudque plus minus enervat: Hinc massæ pulverisatæ si affundatur ♁ *expressum quoddam*, mediante digestione habetur *balsamus traumaticus*, egregius pro litu externo; si verò affundatur ♁ destillatum, erit pro vulneribus & ulceribus usu interno; sicut ex hac eadem massa cum *spiritu vini* paratur ℞, quæ abstracto ▽ relinquit pulverem insignem pectoralem, cum saccharo miscendum & propinandum. Uno labore negotium potest abbreviari pro *balsamo* ♃*is externo*, si scilicet recipiantur *scoriæ reguli Antimonii*, (cùm in iis plus minus acidum ab alcalibus correctum & infractum sit,) vel *sulphur* ex iis paratum ☉*atum*, fiatque inde cum *oleo succini* aut *terebinthinæ balsamus traumaticus* nobilissimus. Confer. *POLEMANNUS de sulphure Philosophorum.* Fieri etiam potest *Balsamus Compositus* ex ♃e & ▽ *Vitrioli dulci*:

℞. ♁ *hyper.* ℔j.
flor. ♃*is* ℥j.
(seu *massæ* ♃*is d. m. parat.* ℥iij)

Ebulliendo ad solutionem s. Extractionem ♃is, ut f. ♁ spissius & intensius tinctum, add:

Ceræ ℥iij
terebinth. ℥ij.
thuris,
myrrhæ à ℥iij.
pulv. aristol. rotund.
nicot. à ʒj.
▽ ⊕ *li dulc.* ℥iij.

Misc. exactè, & sub forma unguenti mollioris: aut additâ majori copia *Ceræ*, in formam Emplastri non adeò duri redigatur, multi usus in affectibus externis undecunque natis.

LANGIUS ♃ *seminis hyperici expressum* cum *sulphure* coquit in balsamum, cui *myrrham* & *Aloën* addit: vid. *FABER in Chirurg. Basilica.*

Vitentur omnia oleosa & unctuosa medicamenta, imprimis in partibus nervosis, quibus nihil nocentius est, quàm uti ejusmodi rancidis medicamentis; sæpe enim dolores, inflammationes & gangrænas inducunt, unde etiam vermiculi innumeri oriuntur. Aliàs Chirurgorum mos est, ut primò digestiva, posteà mundificantia applicent; sed malè: cum unicus Balsamus Vulnerarius hæc omnia præstet, Balsamus Peruvianus in specie, & adhuc magis Balsamus de Capaibe.

Mercurius,

In specie usu externo, ab aliis remediis relicta Ulcera curare solet; quæ enim alia curare nequeunt, hic cicuriat. Sufficiat vel præcipitatus communi modo, vel Arcanum Corallinum, quod *suprà de Salivatione* insinuavi; hoc enim ritè paratum, & cum spiritu vini deflagratum, ulcera etiam rebellia, emplastris additum consolidat & curat. Nempe corrosivum est, & simul malignum illud acidum ulcerum, quod ☿ absorbet, hinc aliis remediis etiam in parva dosi additus, ut in ulceribus luis Venereæ, cacoëtheis, &c. notabiliter ea levat, labia horum fiunt rubicunda, loco saniei fluit pus album, & brevi integrum ulcus consolidatur. *ZAPATHA*, natione Hispanus, Medicus Italus, in Clave Medicinæ (quod scriptum ex Italica in Germanicam linguam translatum) habet unguentum, quod vocat *unguentum Æsculapii*, & nihil aliud est, quàm *butyrum recens non-salitum*, cum *Mercurio ♎ato* pauco acuatum, quo ipso ulcera cacoëthea maximè rebellia sanari & curari putat: Recipit ad ☿♎ati ℥j, *butyri* ℥ß ad ℥j. Similiter fieri potest cum aliis tale genus remediis, addito Mercurio. Mercurius à Saturno coagulatus, & plus minus malleabilis factus, in externis tumoribus cancrosis pro cura palliativa impositus, est optimus, inhibendo, ne fermentum latiùs serpat. Loco hujus etiam sit ããã ♄i cum Mercurio in usu externo, pro ulcerum rebellium acido corruptivo infringendo. Hic in *SCHROEDERI Pharmacop. l. 2. cap. 55. num. 12.* ex communicatione Clossæi prostat Emplastrum, cujus ingrediens est tale ããã; ad cujus imitationem alia plura possunt facilè concinnari, in eundem usum Chirurgicum adhibendo.

Arsenicum

Præ aliis in ulceribus plus minus cancrosis, item in glandularum ulceribus, ordinariò periculosis, optimum est. Crudum adhibere religio est; præparatum tamen optimè usurpatur. *Præparatur*, si fixatur ad imitationem *WURZII in fine Chirurgiæ* descriptum cum *nitri* ana & pauco ♃e, quod fixatum *per deliquium fluit* in liquorem oleosum: huic instilletur ✳, & ▽atur sic ⚹ candidus seu *Magisterium Arsenici*, quod aliquoties ▽ *calidâ* probè edulcoretur, & exsiccatum Unguentis & Emplastris additur. Quod enim antimonialia non præstant in ejus aucta dosi, ab hoc Magisterio, parvâ licet dosi, expectari potest: Quod etiam jam olim *PARACELSUS* insinuavit, qui Realgar hoc in omnibus ulceribus sanandis præ aliis commendat. Ratio est, quia ○-○ est decompositum quoddam minerale, conflatum ex substantia Mercuriali Metallica soluta, & substantia ♃ea acida solvente, quæ dum invicem coalescunt, in concretum volatile, ponderosum, in se quidem corrosivum abeunt; sed quod nonnihil cicuratum, ratione suæ acrimoniæ corrosivæ quælibet posteà, etiam fortissima, ulcerum acida corrigit & cicurat. Compositio hæc per Mechanicam Chymicam patet: nam ex Arsenico, si ♃ ejusdem corrigatur per alcali, obtinetur pars ejusdem metallica ponderosa quasi concretum semi-saturninum.

Pro Therapevsi Combustionum laudatur cepatum succus ob acre alcali, destruens acidum in ambustis, aut cum eo dilutus sapo Venetus, aut cancrorum fluviatilium succus, ambustis virtute alcalina, acidi colliquiscentis partes solidas & nutritium succum destructivâ, resistunt. Lixivium etiam ♆, mixtum cum oleo rosaceo, & illitum juvat.

SECTIO IV.

DE

CAUSARUM MORBIFICARUM CURATIONE GENERALI.

CAusæ morborum materialiter consideratæ sunt vel res naturales, vel nonnaturales, vel præternaturales, de *quibus in Patholog. cap. 3.* Rerum naturabilium, quatenus morborum causæ fiunt, correctio contingit vel sponte suâ à natura secundùm ætatum mutationem, vel arte secundum successivam consuetudinem: Natura enim per ætatum decursus totam corporis nostri crasin diversimodè immutat, & eo ipso morbos quoque chronicos, si qui adsunt, plus minus corrigit. Sub ætatum autem mutatione illa est maximè notabilis, qua homo fit aptus ad generandum; scilicet pubertatis tempore adscendit ad summum ætatis vigorem; dum verò deficit generare, incipit senium, & vires fatiscunt. Sub hac autem mutatione mutantur etiam morbi; sicut morbi chronici ex mutata constitutione in infantibus, aut tenerioris ætatis mutantur, ita etiam post generationis aptitudinem vires deficere, cachexiæ & morbi chronici denuò succedere subinde solent. Quod autem natura facit per ætatum mutationem, idem introducit ars per consuetudinem, quæ successivè corpus alterando fit quasi altera natura: hinc juxta *HIPPOCR. Sect. 1. Aphor. 17. Tempestatati anni, regioni, ætati, & consuetudini aliquid concedendum. Consueti solitos labores ferre, etsi fuerint invalidi aut senes, non consuetis, quamvis robustis & juvenibus, facilius ferunt*: Vid. *Aphor. 49. Sect. 2.* & juxta *Aphor. 50. consueta longo tempore, etiamsi deteriora sint, insuetis minus molesta esse solent*; sicut venena consuetudine, potentiis corporis nostri jam alteratis, imbecillia fiunt, ita, ut diutiùs continuata in cassum tandem adhibeantur; unde non tantùm *HIPPOCRATES l. de natura humana Sect. 26. §. 2.* consuetudinis rationem habet, sed etiam *Aphor. 50. citato* ejus observantiam diligenter inculcat.

Quoad correctionem autem causæ Morbosæ ex rebus non naturalibus ortæ, consistit ea in debito causarum regimine, quod aliàs vocant diætam,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0440-6 DFG

diætam, cujus doctrina, quatenus ad præservandos morbos & conservandam sanitatem pertinet, *suprà in Hygiastica* tractata est. Sufficiat notasse fundamentum, ne res non-naturales fiant causæ morbificæ, esse, ut per diætam promoveantur digestiones quævis, & excrementa ex materiæ necessitate genita maturè excludantur, atque hinc, ut digestio quædam vitiata per legitimum rerum non-naturalium usum emendetur, ac sordes præternaturales genitæ maturè amandentur; hûc enim conspirat omnis diæta, & regimen rerum non naturalium.

In alimentis in genere nocet non qualitas, sed ut plurimum Quantitas, quatenus occasione alimentorum superfluorum digestio vitiatur, & chylus crudus & corruptus, multorum malorum causa, generatur; ubi enim p. n. cibus copiosior ingestus est, fermentum ventriculi hebetatur, fibræque atque tonus hujus laxantur; quod etiam ostendit Curatio. Conf. *HIPPOCRATES Sect. 2. Aphor. 17.* & *CELSUS l. 2. cap. 18. GELLIUS l. 2. cap. 1.* Non ergò plus cibi ingerendum, quam appetitus desiderat; In specie autem alimenta eligantur, huic vel isti individuo competentia, tàm in statu ægro, quàm sano; non enim scripta & dicta Medicorum, sed ipse ventriculus ratione appetitus hoc determinat; hinc ista appetit, quæ potest digerere, quæ, cùm digeruntur, optima sunt; sicut quæ aliàs in se essent optima, nisi benè digerantur, hostilia nobis fiunt: Dein etiam corporis motus propterea instituitur, ut promoveantur digestiones & excretiones per alvum, ⊡m, sudores, &c. præsertim ante pastum; potus autem à pastu inhibetur, quia cruditates in primis viis coacervat: Sudor subinde proficuus est, quatenus massæ sanguineæ motû fermentativum & depurationem ejus adjuvat, aut partes solidas mundificat & abstergit.

Res præternaturales fiunt causæ morbosæ imprimis duplici ratione. Primam constituunt digestionum quarumvis, tàm publicarum quàm privatarum, errata, & hinc nata reliqua fermenta vitiosa, & inde productæ morbosæ sordes, eæque vel non excretæ, sed transmutatæ successivè, vel in aliarum digestionum officinas transmissæ; quæ omnia retenta vocat Helmontius, & hæc seges est fertilissima, unde mille morbi; & quidem qui à fermentis ipsis vitiosis primariò, à productis verò vitiatis superveniunt secundario: V. g. errore digestionis primæ, quando æger rem quandam nauseat, generatur fermentum febrile tertianarium, à quo febris tanquam causa primaria; cujus producta morbosa per sudores non ritè discussa, sed tempestivâ curâ fixata vel suppressa Tumores scirrhosos hepatis, lienis, icteros, hydropes, &c. supervenire faciunt, à fermento febrili primariò, & producto morboso secundariò ortos. Alterâ ratione res præternaturales, quo causas morbosas constituunt, sunt aliunde suscepta contagia, & Assumpta vitiosa fermentativa, plus minus medicamentosa aut venenosa: Nam quatenus ~ influos & digestiones turbant, ordinariò etiam producta causarum morbifica relinquunt, quæ copiosum morborum cohortem post se trahunt: V. g. quatenus contagium in petechiis ab adstantibus facilè suscipitur; item fermentum Venereum per contagium proximum hauriendum; fermentum scabiei, quod quis per chirothecam scabiosi indutam contrahere potest.

Pro horum correctione notandum:

1. Fermentorum internè genitorum vitia non nisi per vitiosos sapores à posteriori esse determinabilia; unde curantur vel Alterantibus generalibus, vel specificis aut appropratis: Illa minus; hæc magis propria sunt. De alterantibus *superiùs dictum, ubi de alterantibus humores in genere:* Specifica verò *in Praxi specialis* evolvenda sunt.

2. Quoad Producta Morbosa secundariò morbos producentia, hæc etiam vel Alterantibus sunt attemperanda, vel quâ datâ porta evacuanda. *Quæ* enim *educere oportet, quo maximè vergunt, eò ducenda per loca convenientia*: Vid. *HIPPOCRATES Sect. 1. Aphor. 21. & Sect. 4. Aphor. 3.* item *l. de salubri Diæta, AVICENNA 4. 1. cap. 18.* & *M. A. N. C. Ann. 4. & 5. Observat. 148. p. 172.* De utrisque pariter *suprà dictum.*

V. g. ponam dysentericum, in cujus cura à posteriori insistimus corrigendo fermento plus minus maligno per remedia appropriata, v. g. priapum cervi, ceti, hepar viperarum, semen plantaginis, quæ inde dicuntur specifica; sicut per alia remedia sordibus productis acrioribus corrigendis insistimus, vel per Absorbentia, ut cornu cervi, corallia, hæmatiten; vel per Evacuantia, rhabarbarina, Clysmata, &c.

In cura particulari rarò datum est morborum fermenta à priori corrigere, sed saltem producto morboso à posteriori generalibus evacuando aut temperando studemus; reliquum, quod superest, naturæ corrigendum committimus. Quoad suscepta extrinsecus fermenta, quæ à priori non nisi appropriatis alterantibus corrigenda, sicut non ubique hoc concessum est à priori, cùm non nisi per specifica possint evacuari, hinc à posteriori tantum productis morbosis corrigendis, post evacuandis, insistimus. Prius Medium docet Praxis specialis; posterius, quoad evacuantia & corrigentia generalia, supra quoque explicavimus: v. g. fermenti maligni in lue venerea aliunde hausti proprium Alexipharmacum est in Mercurio, quod fermentum illud in specie corrigit, ut salivatio superveniens, utilis & noxii simul evacuatoria, accidentaria: Hæc est cura à priori per fermenti contagiosi correctionem. Econtrario à posteriori productum viscidum acidum evacuando corrigimus per decocta lignorum sudorifera, vel per diætam sic dictam sudoriferam; sic enim morbosæ illæ sordes unà cum materiali inhærente fermento morboso eliminantur. Quod hæc cura à posteriori fiat, patet, quod in aliis etiam morbis Chronicis, v. g. malo ischiadico, in doribus arthriticis diuturnis, &c. locum quoque habeat, ut hinc salivatio seu cura per mercurium non propriè dicata sit lui venereæ. Par ratio est, quando Galli curant Gonorrhæam malignam, frequens ipsis malum, per emulsiones largissimâ dosi propinatas, ex seminibus cucurbitæ, cucumeris, &c. dicunt enim, adesse dolorem renum, æstum genitalium, &c. & sic per frigida, acrem istam lympham evacuari, & cum ea successivè fermentum istud eliminantia, corrigunt hoc fermentum tantum, sed meliùs facerent, si à priori per Balsamum de capaibe vel essentiam ligni guajaci hoc agerent; sic enim à priori corrigerent fermentum, & à posteriori productum morbosum per renes amandarent.

Pergo ad Indicationem symptomaticam, quæ agit,

agit, quomodo occurrere debeamus symptomatibus urgentibus.

SECTIO V.

DE

SYMPTOMATUM URGENTIUM REMOTIONE GENERALI.

AB ordinaria in morbis medendi methodo in causarum ablatione & morbi sedatione non rarò deviare nonnihil Medicus necesse habet, dum scilicet symptomata subinde contingunt adeò atrocia, ut istis relictis speciatim his succurrere necesse sit; si scilicet ex eorum violentia & continuatione ægris vitæ quoddam periculum, vel mediatè vel immediatè immineat, ob nimiam virium ab iis prostrationem, quæ symptomata tunc urgentia dicuntur. Horum cura est vel specialis vel generalis. Specialis v. g. dolor atrocior in podagra; Vigiliæ, deliria, fluxus alvi, vomitus, hæmorrhagiæ, lipothymiæ, convulsiones, &c. in febre maligna; sitis clamosa in causo; spasmi in affectibus nephriticis, &c. Hæc omniâ habent specialem curam, cuique affectui, quorum symptomata hæc sunt, determinatam: Vid. *MOEBII Institut. pag. 561. sequ. SENNERTUS p.* 1280. Habent enim omnia appropriata sua remedia, mediantibus quibus iis optimè mederi possumus.

In his autem curandis legitimâ Indicatione opus est Medico, secundum ductum naturæ; an symptomata contingant motu Critico? an verò symptomatico? symptomata enim quædam sunt reverà, quædam tantum apparenter talia: Revera talia sunt, quæ in principio & incremento morborum urgent; Apparenter verò talia, quæ in statu morborum acutorum plus minus critica sunt. Si contingunt motu critico, relinquenda sunt, & non curandâ, aut saltem nimiâ vehementiâ compescenda; totum enim negotium curæ in crisi naturæ committendum est, quæ non est turbanda. Si contingunt motu symptomatico, plus minus mitigentur, aut, si possibile, sine noxa auferantur.

Curantur vel Universalibus, omnia symptomata tollentibus, vel particularibus, in specie iis dicatis. Specialiter v. g. curamus vomitum per cydoniata & acida blanda; Convulsiones curamus nunc per ⊖ia volatilia, nunc per ♃a metallica; diarrhæam & dysenteriam, & Hæmorrhagias, curamus per absorbentia & adstringentia cum terra sigillata acidis juncta. Quoad curam autem generalem, symptomatibus omnibus, paucissimis exceptis, in genere magnum sibi hîc vendicat jus opium, quatenus omnia urgentia symptomata immediatè, à spirituum impetu, & sic modificando motum reliquorum contentorum, tàm intestinalem quàm localem, mitigat (& quod adhuc opio longè præferendum est, ♃ in vitriolo Veneris Anodynum) adeò ut nullum ferè sit urgens symptoma, præter comatosa, & lipothymiam, & quidem hoc saltem in quibusdam casibus, quod non leniatur ab opii salutari facultate. Nam & universaliora remedia ex ♃ibus metallicis hauriendà, secundùm adeptos non nisi certâ vi anodyna operari videntur. Neque tamen Anodyna, & imprimis opiata, sola, sed semper cum appropriatis symptomatis istis dicatis sociata dentur, aut saltem remediis jungantur, quæ causas symptomatum corrigunt.

TANTUM

MICHAE-